3 1761 03531 0374

COLLECTION

DE

DOCUMENTS INÉDITS

SUR L'HISTOIRE DE FRANCE

PUBLIÉS

PAR ORDRE DU GOUVERNEMENT

ET PAR LES SOINS

DU MINISTRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE

PREMIÈRE SÉRIE

HISTOIRE POLITIQUE

N3

COLLECTION

DES

CARTULAIRES DE FRANCE

TOME IX

CARTULAIRE DE L'ABBAYE DE SAINT-VICTOR DE MARSEILLE

PUBLIÉ

PAR M. GUÉRARD
MEMBRE DE L'INSTITUT DE FRANCE
AVEC LA COLLABORATION DE MM. MARION ET DELISLE

TOME II

32628

PARIS
TYPOGRAPHIE DE CH. LAHURE
IMPRIMEUR DU SÉNAT ET DE LA COUR DE CASSATION
RUE DE VAUGIRARD, 9

M DCCC LVII

BX
1615
.N343
1857
v.2

CHARTULARIUM

MONASTERII SANCTI VICTORIS MASSILIENSIS

659.

f° 148 v°.

Carta Bertranni comitis, de Forcalcherio.

(Edidd. Rufli, *Dissert. sur les comtes de Prov.*, 63 et 66; D. Vaissete, *Hist. de Languedoc*, II, *Pr.*, 210; auctores *Gall. christ.*, sed excerptim et mendose, I, instr., 61.)

1044.

Omnipotens factor omnium Deus, ineffabilis sophię suę disposicione condens cuncta, hominem finxit ex terra, quem flaminis vivifici inspiratione animatum in paradiso constituit. Qui apostatę angeli invidia, heu! hac velle proprio in culpam actus, a patria paradisi pulsus, immortalitatis gloria exutus, hanc convallis lacrimarum gemens peregrinationem subiit. Qui auctor bonorum piętatis studio subvenire dignatus est lapso, redemptionis prebens munera quo adire possit cęlestia, qui, exigente propria culpa, amiserat paradisiaca gaudia, tradita videlicet sibi humo et quęque subsistentia in ea vel ex ea. Quapropter ego Bertrannus[1], auctore Deo, marchio sive comes Provincię, non immemor ejus beneficiorum ac territus meorum immanitate scelerum, animatus ęciam piorum ipsius promissionum, quibus subvenire dignatur miseris jam anima in interitum lapsis, inquiens per prophetam : « Date hęlemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis[2]; » et : « Ut aqua extinguit ignem, ita hęlemosina extinguit peccatum[3]; » memor ęciam Jhesu Christi Domini benignissimę hac desiderantissimę promissionis, qua in fine dicturus est suis : « Quamdiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis; » et : « Venite, benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi[4]; » tactus divino amore et cupiens restaurare locum in comitatu Sigisterico situm, territorio castelli quod nominatur Forcalcherium, in onore sancti Promasii consecratum, ad utilitatem et servi-

[1] Bertrannus seu Guillelmus Bertrannus I.
[2] Luc., XI, 41.
[3] *Eccliс.*, III, 33.
[4] Matt., XXV, 34.

mano, benedictus, multis post dictam donationem expletis diebus, hujuscemodi cartam sancto Victori suisque donavit et firmavit. Berengarius[1] vicecomes firmavit. Miro vicecomes firmavit. Raiambaldus de Nica firmavit. Rostagnus[2] vicecomes firmavit. Wantelmus de Oppeda firmavit. Rostagnus Sigisteriscensis firmavit. Pontius, filius Ascherii, firmavit. Isnardus de Nuazellas et Vilelmus, frater ejus, firmaverunt. Garnerius de Drullia firmavit. Berardus et Autrannus, filii ejus, firmaverunt. Autbertus, filius Ingirberti, et Isnardus, frater ejus, firmaverunt. Cotaronus de Forcalcher firmavit. Petrus Avitus firmavit. Rostagnus de Poio Alto firmavit. Rostagnus Carbonellus et Rostagnus Almeradus firmaverunt. Volveradus miles Arelatensis firmavit. Nevolongus firmavit. Acta publice in concilio apud Barbarbaras.

Ego quoque Vilelmus et ego Gauzfredus[3], comites sive marchiones Provinciæ, filii prefati Bertranni, hoc supradictum donum sive reddicionem, quam pater noster fecit, libenter ac voluntarie monasterio sanctæ Mariæ et sancti Victoris Massiliensis monachisque ejus propriis manibus firmamus, et sub[s]criptos testes firmare mandamus. Berengarius, filius Berengarii vicecomitis, donavit et firmavit. Vilelmus de Vennasca firmavit. Bermundus Gauntelmus firmavit. Aldierius de Alingno firmavit. Rodulfus Cotaronus et Aicardus de Sadula firmaverunt.

660.

Carta Geraldi, episcopi de ecclesia sancti Martini de Crois.

1060 — 1064. In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Geraldus[4], gratia Dei, episcopus, hanc donationis pronunciandæ privilegio prescribo noticiam fidelibus omnibus, tam presentibus quam futuris, et maxime clericis ecclesiæ nostræ, videlicet Sistericensis, filiis. Si loca sacra possesionesque terrenas, fidelium usibus a Deo placitæ orationis quietem singulariter asscriptas, fideliter procurare potuero, et episcopalem exercere

censis, non autem Geraldus I, ut minus prudenter asserunt doctissimi auctores *Gall. christ.*, I, 482. Geraldus enim I defunctus est antequam Nicolaus papa II cathedram sancti Petri ascendisset.

[1] Berengarius major, vicecomes Sistaricensis. De quo vid. infr. n. 680.

[2] Rostagnus, vicecomes Sistaricensis.

[3] Guillelmus Bertrandus II et Gaufridus II.

[4] Geraldus II, episcopus Sistaricensis.

videor dignitatem, et me ob hoc postmodum in Christi regno remunerandum fore non dubito. Postulat ęciam id ipsum beatę memorię domni papę Nicholai[1] inevitabilis jussio, quod oboediendum mihi, cum episcopum absque ulla symoniaca, Deo gratias, factione sacraverit, principaliter indixit. Quocirca, et si omnia quę ad me pertinent redintegrare ad priorem statum procul dubio non possum, saltim quandam ęcclesiam, in honore sancti Martini consecratam, a regulari tramite kanonicę vitę, ad quod scilicet a primo constructa est, longe alienam, in territorio castri cui vocabulum est Crois consitam, quoniam ad clericalem regulam, quia in nostris partibus prevaricabilior est, recuperare non valeo, quantum tamen est in me, Deo reddere non tardabo. In hoc igitur juvamen, sociętatemque domni Durandi, abbatis Massiliensis, ejusdemque cęnobii congregationis eligens, prescriptam ęcclesiam sancti Martini, cum omnibus altaribus quę ibidem sunt et in ejus possesionibus construi possunt, Domino Deo et sanctę virgini Marię sanctoque Victori, glorioso martiri, et sociis ejus, atque abbatibus monachisque omnibus ibidem degentibus, tam presentibus quam futuris, absque ullo temporali numere, stabili donatione concedo et firma concessione dono; quatinus, prout eis divina piętas dederit et secularium oppresiones plurimum nocivas pacificaverit, Deo servientes ibi monachos mittant, qui ad servicium omnipotentis Dei, omni tempore predictum locum possideant, habeant et venerentur. In omnibus enim hunc locum, videlicet Massiliense monasterium, potissimum augere vel stabilire volens et ardentissima dilectione complectens, ęcclesias omnes et acquitos[2] honores, quecumque a decessoribus meis vel a quibuscumque, in ępiscopatu meo, ejus incolę hactenus habuerunt, prompto animo et spontanea voluntate, libere modo legaliterque Deo et sancto Victori dono et propria auctoritate confirmo: ęcclesiam videlicet sancti Promasii, apud castrum Forcalcherium, cum altaribus quę ibi sunt et in ejus possesionibus construi possunt, atque cum possesionibus omnium defunctorum qui ibidem sepelire se fecerint vel de suo aliquit eidem loco dereliquerint; et ęcclesiam sancti

[1] Nicolaus II. [2] Sic.

Mauricii, in territorio Sancti Maximi vel Forcalcherii, et ęcclesiam sancti Marcellini ad Nuazellas, et ęcclesiam sancti Saturnini, in territorio castri qui dicitur Rocha Amaritudinis, ęcclesiamque sanctę Marię, apud Manoaskam, cum cęteris ęcclesiis et possesionibus quęcumque, ut dictum est, in ępiscopatu meo actenus sancti Victoris monachi abuerunt et quęcumque ab hodie, meo consilio, conquisierint, nullius temporalis doni cupiditate, sed cęlestis retribucionis amore, domni ęciam pape Nicolai qui me signavit auctoritate, prescripta confirmo donatione.

661.

De Flictignana.

1049 — 1061. Breve de covenientia quam habuit domnus abbas Petrus[1] de sancto Victore, cum Pontio, monacho de Salagone, de tenemento et territorio de villa quam vocant Flictignana, et cum Adberga et filio suo Martino, et cum Constantia, sorore ipsius Pontii monachi. Tale fuit convenimentum cum eis, ut, quamdiu vivunt, et teneant et possideant; post obitum vero eorum, revertatur pars uniuscujusque ad sanctum Victorem. Nam, dum advixerint, non poterunt vendere neque ullo modo alienare, neque ad hominem vel feminam vel ad alios sanctos dare.

662.

Circ. 1060. Memoria de una pecia de terra, quam donavit Franca ad sanctum Victorem Massiliensem, in comitatu Sistericense, in castro Forcalcherio. Et est sita in loco quod nominant Carronicas, et habet ipsa terra consortes et terminationes : * de uno latus via publica quę pergit in monte Briconia; de alio, terra Michahelis; de superiori vero fronte, terra Udolonis Mandone; et de alio, pecia una de terra, quam ipsa Franca dedit filiolo suo Pontio Matarone. Si autem ulla umquam persona irrumpere vel inquietare voluerit, non valeat, sed componat auri obtimi libras III, et insuper maledictionem Dei omnipotentis incurrat. Signum Franca firmavit. Cotaronus firmavit. Pontius et Umbertas.

v°.

[1] Petrus I.

fratres, firmaverunt. Rodulfus, filius Inguilberti, firmavit. Wilelmus monachus scripsit. Isnardus presbiter firmavit.

Hęc est donatio sive vestitio, quam fecit Pontius Mataronus de sua ereditate sancto Victori, de hoc quod in presenti habet et quod in antea adquisierit, in tali conventione ut, post mortem suam, omnia sua remaneant sancto Victori et habitatoribus ejus. Franca, amita sua, similiter firmavit et hereditatem sui nepotis sancto Victori roboravit. Ego Pontius Matąronus donator firmo.

Alia.

Breve de alodio quod donavit Franca ad nepotem suum vel filiolum suum Lautardus Incleu, quartarada una meliorata. Consortes : de una parte, vinea de Unia; de aliis, vineis de Ricard; de alio, via puplica. In Carronicas, unam peciam terrę, in tali coventia, quamdiu vivet, teneat; post autem, revertatur ad sanctum Victorem.

663.

Carta de condamina de Forcalcherio.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Rostagnus, episcopus Avinionis, filius Berengarii vicecomiti[1], dono Deo et altari sanctę Marię sanctique Victoris martiris fundato in monasterio Massiliensi, et Bernardo abbati, et omnibus successoribus ejus atque monachis, habitatoribus ejusdem monasterii, tam presentibus quam futuris, quandam condaminam, quę est sita prope castellum quod dicitur Forcalcherium, juxta ęcclesiam videlicet sancti Probacii, ad orientem posita, et a fronte, de parte orientis, in terra de dominico; de meridie, in via puplica quę vadit de ęcclesia sancti Probacii ad aliam viam; de occidente, in via qua egreditur ab ęcclesia sancti Probacii usque ad viam puplicam de Roma; de aquilone, in prato sancti Martini, sicut vadit ipsum pratum usque in terra de domi- 1065 — 1079.

[1] Idem sane vicecomes Sistaricensis, qui sup., n. 659, testis adest chartæ Bertranni Provinciæ comitis.

nico. Quantum istę afrontaciones includunt, dono vel potius reddo sanctę Marię et sancto Victoris monasterio et advocarios ejus, ut habeant et possideant omni tempore. Et, propter hanc donationem imo pocius reddicionem, accepi ab eis LX solidos denariorum octonicorum. Si autem ego aut aliquis homo vel femina hanc donationem infringere aut inquiętare voluerit, non hoc valeat facere, sed componat in duplo hanc donationem, et postea firma et stabilis permaneat omni tempore.

Rostagnus episcopus firmavit. Raimundus et Vilelmus, Laugerius et Berengarius, fratres, omnes isti firmaverunt. Cotaronus et Rodulfus, filius ejus, firmaverunt. Willelmus Baltugatus firmavit. Laugerius de Mediculo firmavit. Laugerius de Mornaz, Gofredus de Gravesons, Bonefacius, Willelmus Isarnus, Willelmus Malvizinus, Lautoardus, Petrus de Crosa, Stephanus presbiter, Dominicus, Boso presbiter, Gumbertus, Tassilo, Villelmus et Nevolongus et frater ejus Bonus Pars, Pontius Aldebrannus et fratres ejus, omnes isti firmaverunt.

664.

Item, Rostagni episcopi, de eadem.

40 — 1080. In nomine Domini. Ego Rostagnus, sanctę Avinionensis ęcclesię ępiscopus, dono Domino Deo et sanctę Marię, perpetuę virgini, sancto Victori, precioso martiri, pro remedio et indulgentia meorum peccatorum et parentum meorum, condaminam quam Miro[1], quondam avunculus meus, dederat; pro qua et ęquum et ensem, precio LX solidorum, acceperat a monachis prescripti martiris; quam iterum injuste possesam Berengarius, frater meus, reddidit, pro salute animę suę. Ego vero metuens, post mortem fratris mei Berengarii, possidere prescriptam condaminam, melius mihi previdens, reddo eam supra memoratis sanctis. Sed quia temporali stipendio penitus carere nequeo, accipio prodinde[2] XL solidos ottonincorum nummorum. Est igitur jam dicta condamna apud Fornicalcarium castrum, in confinio et infra

[1] Miro vicecomes. Vid. sup., n. 659. [2] Sic

terminos terrę sancti Victoris sanctiquę Probacii. Terminatur autem : ab occidentali parte, cum terris sancti Sepulcri; a meridie, ipsa ecclesia et villa sancti Probacii; ab alio latere, via romana; ab orientali parte, cum nostris propriis terris. Ego igitur Rostagnus hanc donationem volens perhenniter permanere inconcussam, propria manu firmo et ceteris amicis meis firmare moneo.

Uxor Willelmi Bertranni comitis, videlicet comitissia[1], firmat. Guirberga[2] et filii ejus Willelmus, Raimundus, Lothgerius, Rostagnus, firmaverunt. Rodulfus firmavit. Petrus firmavit. Bermundus firmavit. Pontius Aldebrannus, Raimundus, firmaverunt. Rainaldus firmavit. Berengerius firmavit. Petrus firmavit. Gonzolenus firmavit. Galterius firmavit.

Si quis vero comes vel aliqua persona, non tantum Deo sed sibi plus contraria, hanc donationem, sub aliqua occasione, post mortem meam, anullare temptaverit, nisi correctus legitimę satisfecerit, inextricabili maledictione multatus, cum Dathan et Habiron, quos terra vivos obsorbuit, perpetua paciatur supplicia, et insuper donum nostrum stabilitate permaneat.

665.

1 150.

Alia Rostagni episcopi.

Breve commemorationis quod precepit facere Rostagnus[3], episcopus Avenionis. 1040 — 1080.

Ego Rostagnus, episcopus Avenionensis, contra preceptum Dei, malum usum habebam in obedientiam sancti Promacii, apud castrum Furcalcherii; scilicet accipiebant homines mei de vineis supradicti sancti, pro custodiis quę vulgo gardias dicunt, contra morem, quantum illis videbatur; sed et de villanis qui habitant in ipsa villa sancti consuetudines malas accipiebant, et vi auferebant quod poterant. Unde ego considerans quia magnum peccatum esset hoc et contra

[1] Adelais, uxor Guillelmi Bertrandi II, comitis Provinciæ.

[2] Gisberga seu Gerberga, mater ipsius donatoris Rostagni I.

[3] Rostagnus I.

Dei voluntatem, dimisi illum malum usum et precepi scribere et confirmare, ex parte mea et ex parte comitissę[1] et omnium principum nostrorum, ut nullus deinceps hoc audeat facere, neque comes neque episcopus neque aliquis princeps post nos venturus. Et, ut ista nostra donatio atque dimissio firma et stabilis permaneat, firmavimus nos ipsi hoc scriptum et omni tempore firmum permanere laudamus. Monachi vero predictę obędientię sancti Promacii gratis et cum bona voluntate bovem unum obtulerunt, pro testimonio hujus libertatis et absolutionis.

666.

Carta Bertranni comitis, de manso uno in Forcalcherio.

1013 — 1032. Auctoritas hanc enim jubet ęcclesiastica et lex consistit romana, *etc.* Ego Bertrannus[2] comes, cogito de Dei misericordia et recognosco casum fragilitatis meę, *etc.* Pro ipso amore et amore Dei, dono ad ęcclesiam sancti Cromatii[3], confessoris dignissimi, mansum unum, quem tenuit Altemannus, cum campis et ortis et vineis, et quantum ad ipsum mansum pertinet, totum et integrum dono ad ęcclesiam sancti Cromatii confessoris. Et est ipse mansus in comitatu Sisterico, in castro Furnocalcario, sine ulla contradictione. Hoc autem ante omnia et super omnia statuentes, atque ex auctoritate Patris et Filii hac Spiritus Sancti precipue promulgantes, devitamus ut nulli liceat principium, vel cujus hordinis aut dignitatis sit, sive ęcclesiastica seu laicalis, magnę parvęque fuerint, qui in supradictum mansum quemquam adhererе vel minuare presumat, obnixe devitantes, sanctaque Dei genitricis Marię omniumque cęlestium virtutum, necne beati Petri apostoli, regni cęlorum clavigeri, sanctique Cromatii confessoris omniumque sanctorum maledictionibus subjaceant; sitque pars eorum cum Juda, Domini proditore, cum eis [qui] dixerunt Domino Deo : « Recede a nobis, et scientiam viarum tuarum nolumus[4]; » fiat ei sicut Zeb, et Zebedęe et Salmana, et omnibus principibus eorum, qui dixerunt : « Hęredita-

[1] Verisimiliter Adalaïs, de qua vid. chartam superiorem.

[2] Bertrannus seu Guillelmus-Bertrannus I.

[3] Promatii.

[4] Job, XXII, 17.

tem possideamus sanctuarium Dei; Deus meus, pone illos, et cętera; » dentur ulcione et submergantur in inferni baratro, sicut dimersit Pharao, cum exercitu suo Pharao in mari Rubro, sintque anathemati vinculo conligati atque percussi a Deo Patre et Domino Jhesu Christo, filio ejus, et Spiritu Sancto. Sane si quis, ego aut ullus homo aut ulla [op]posita persona, qui contra hanc cartula donatione ista ire, inquietare vel inrumpere voluerit, non valeat vendicare quod repetit, sed componat in vinculo auri optimi libras xxx, et insuper iram Dei omnipotentis incurrat super eum, et sit similis Juda, traditoris Domini nostri Jhesu Christi. — Regnante Rodulfo, rege Alamannorum sive Provinciarum, in Christo feliciter.

Signum Bertrannus comes, qui hoc conscriptum scribere et firmare rogavit, manu sua roborata atque firmata. Signum Beringarius[1] vicecomes. Signum Vescofrodo. Signum Amicus. Ricaus testis. Rostagnus testis. Gandelmarus testis. Signum Feraldus. Teubertus testis, frater Willelmo. Signum Odbertus. Auterius testis. Celsius testis. Frodo. Eldebertus [de] Sancto Maximo testis. Scriptum per manus Poncii presbiteri. Amen.

667.

Alia, de eodem.

In sanctę et individuę Trinitatis nomine. Ego Unia, pro remedio animę meę, facio talem convenientiam cum monachis sancti Victoris, Massiliensis monasterii, de ipsis terris et vineis quę fuerunt de manso de Flasenda. Et sunt in ipso terminio quod donavit comes Bertrannus Domino Deo et sancto Victori[2], videlicet ut medietatem ipsarum terrarum et vinearum teneam ego, quamdiu vixero, et alteram medietatem habeant et possideant ipsi monachi; post mortem autem meam, omnes ipsas terras cultas et incultas atque vineas, quę, sicut diximus, sunt in supra nominato terminio, teneant et sine ulla contrapellatione Sæc. XI. Post 1030.

[1] Berengarius, vicecomes Sistaricensis, pater Rostagni I, episcopi Avenionensis. Vid. sup. n. 663.

[2] Vid. chartam superiorem.

in perpetuum possideant jam seppe dicti monachi sancti Victoris. Si quis autem, *etc.*

668.

Carta Gonterii presbiteri.

Circ. 1035. v°. Ego Gunterius presbiter, Ariberti[1] quondam filius, qui ęcclesiam sancti Promacii de Furno calcario fecit, dono Deo et sancto Victori et sancto Promacio, totam fraternitatem quę ad me pertinet in manso qui fuit de meo avio, Rotberto nomine, quem pater meus egoque comparavimus de Bertranno[2] comite, suscepta carta donationis[3]. Dono ęciam mansum totum integrum de Altemanno, quia ipse totus pertinet ad me. Insuper dono jam dicto sancto Victori primicias ipsius ęcclesię et offerendas et baptisterium et cimiterium et libros et omnia quę mea sunt. Hanc cartam donationis fieri feci ego Gunterius, et manu propria firmavi, aliosque firmare rogavi. Si quis autem annullare voluerit, vel in aliquo decurtare vel inquietare, non valeat obtinere quod temptaverit, sedquę cum Juda traditore dampnetur inferno inferiore, nisi ad dignam satisfactionem venerit; ipsa autem donatio firma in perpetuum permaneat, et ab monachis supradicti sancti Victoris, Massiliensis cęnobii, perhenniter possideatur.

669.

De vinea Petri.

Circ. 1035. Breve de vinea quam Petrus, condam filius Heriberti, qui sanctum Promatium fecit, vendidit sancto Promacio, in manu videlicet fratris Isnardi, et in presencia sui avunculi et suorum fratrum. Recepit autem pro hac vendicione XX sestarios de annona et II solidos de denariis. Est autem vinea ipsa in loco qui vocatur Tomeda. Jam dictam vineam prefatus Petrus, sicut diximus, vendidit et reliquit.

[1] Aribertus, ecclesiæ sancti Promatii conditor, vivebat adhuc anno 1030. Vid. *Gall. Christ.*, I, 481.

[2] Bertrandus I, comes Provinciæ.

[3] Vid. sup., n. 666.

670.

De Heldeberto.

Breve memoratorio de ęcclesię sancto Mauricio, quę donat domnus Heldebertus et uxor sua Aimindruz et filius suus Johannes ad sanctum Victorem, pro remedio animas suas, cum cimiteriis et oblationibus quę pertinent ad altare, cum jussione domno Frodone[1] episcopo. Et donat de terra modiatas II de alode, una ad panem et alia ad vinum, quę sunt ante ostium ęcclesię a solis occidente, et unum molinum, et ipsa terra quę est inter bedale de molino, quantum habet et acaptare possit. Circ. 1020.

671.

Conveniencia Petri canonici.

Breve sive convenientia quę fecit Petrus monachus, prior sancti Promacii, cum Petro canonico, filio Autberto, et cum Poncio Montanario, capellano sancti Martini, de excambiis quę fecerunt de uno prate[2] Sancti Martini, quę jacet in ipsa terra sancti Promacii, juxta mercatum, et de una vinea quę fuit de homine Rostagn. Et ipsa vinea jacere videtur ad Sanctum Sinfredum, suptus viam. Istam vineam dedit supra scriptus Petrus monachus, ad ipsum Petrum, suprascriptum canonicum, et ad Pontium Montanarium pro prate ipso; et ipsi dederunt ipsum pratum. Donaverunt et firmaverunt et firmare fecerunt, ut fiat hęc firmacio stabilis in perpetuum. Circ. 1040.

672.

Hęc est donacio sive vesticio quam fecit Pontius Mataronus de sua hereditate sancto Victori, et de hoc quod in presenti habet et quod inante aquisiturus est, in tali conventione ut, post mortem suam, omnia remaneant ad sanctum Victorem et habitatoribus ejus, ut orent omnes pro anima ejus. Franca, amita sua, similiter. Et est ipsa hęre- Circ. 1050.

[1] Frodo seu Fronto, episcopus Sistaricensis. [2] Pro *prato*.

ditas in comitatu Sistericense, in castro quem nominant Forcalcarium. Si quis vero adimere a sancto Victore voluerit, cogatur emendare auro optimo libram unam; postmodum namque donatio ista firma et stabilis permaneat. Ego Poncius supradictus firmavi.

Bermundus donat ipsa vinea quę est in loco quem nominant Crucols, quę fuit de Sisterico vel de Maiamberto, fratre suo. Et in alio loco, in Carsedalo, unam peciam de vinea, de Teutberto genre de Columba, quantum habet donat Deo et sanctę Marię et sancto Victori.

673.

Sæc. XI. Hęc est donatio sive vesticio [de] decimis, quę fecerunt Petrus et Bermundus fratres, de orto sancti Promacii, ad sanctum Victorem, in manu Ermembaldi monachi, et consortes ipsius orti, de mansione Andreę Alladii usque ad puteum. Hoc fecerunt pro animabus suis, ut misereatur eis omnipotens Deus.

674.

1048 — 1060 Ego Accelenus facio talem conventionem cum domno abbate Petro et cum monachis sancti Victoris, de secena parte, quam ego appello in Fligtinana et in Sogione, ut, quando vivo, teneam ipsam partem, et post meam mortem revertatur ad sanctum Victorem et ad habitatores ejusdem loci, ita ut ipsi monachi, sine ulla contrapellatione meorum parentum aut aliquorum hominum, habeant et teneant ipsam partem in perpetuum.

675.

Breve Andree presbiteri.

Circ. 1050. Breve de donatione quę donavit Andreas sacerdos a sancto Victore, alodem suum, qui est in villa Fligtingnana et alia villa quę nuncupant Sujuno, unam quartam partem, pro anima genitori suo vel genitrice sua, et pro remedium animę suę, in tale conventu, quamdiu vixero, ego et filius meus teneat et possideat, et post obitum nostrum ad sancto Victore revertad. Et ipse donator fecit morte subitanea, et ipsa here-

ditas remansit in manus potestates comites, id est Jofredus sive Bertrannus[1], et monachi requisierunt ipsum alodem de sancto Victore, et Bertrannus comes vel Jofredus donaverunt et firmaverunt, pro anima genitoris suis et pro remedium animas suas, ut absolvat illos Deus ab omnibus peccatis eorum.

Signum ipsi comites, qui ipsam hereditatem donaverunt, manus illorum firmat. Signum Baranguerius vicecomes* et uxor sua voluerunt t. 151.
et firmaverunt. Signum Isoardus et frater suus Villelmus firmaverunt. Signum Rostagnus de Gargaia firmavit. Signum alius Rostagnus de Sestarone firmavit. Signum Inguilbertus et filii sui Odbertus, Auterius, Rodulfus et Isnardus, voluerunt et firmaverunt. Willelmus Bermundus firmavit. Cotaronus firmavit, et canonici de sancto Mario voluerunt et firmaverunt.

676.

De Forcalcherio.

Breve de convenientia que Martinus fecit apud Fulconem monachum, de illa honore que habet in Fligtignana et in Suiane, in campis, in vineis, in hermis, cultis et incultis. Facio donationem ad monasterium sancti Victoris et ad totam congregationem, et in tali convenientia, et[2] quantum sine muliere stetit, tantum gaudeant monachi sancti Victoris; et, si habet mulierem, habet infantes, et post obitos suos revertat sanctum Victoris et ad sanctum Promasium et ad avocarios suos, et in tali convenientia, quantum sine muliere stetit, quod illi vestimentum donent, sicut dederint ad alios mercennarios, et si melius, melius. Et in is requirementum que Accelinus facit, in illa terra de Fligtinana et in Suione, de illa donatione que fecit Autberga ad Accelina, ego Martinus, filius suus, si ego nullum requirementum et nullam dricturam habeo, ego dono et transfundo pro animas nostras ad monasterium sancti Victoris et ad sanctum Promasium. Circ. 1050.

[1] Gaufridus I et Bertrandus I, comites Provinciæ.

[2] *Et* pro *ut*.

677.

Sæc. XI. Ego Isnardus et uxor mea et filiis meis Isnardus et Ugo, cum aliis filiis meis, donamus unum campum, que jacet juxta vicum vetus; et, de alio latus, via puplica quę vadit ad Forcalcarium. Ego Galterius et Poncius, frater meus, donamus unam modiatam de vinea. Ego Pontius Bonus Parus dono Domino Deo et sancto Victori unum campum, que jacet juxta Rovem, ante sanctum Marcellinum. Ego Petrus Guillelmus dono sextaradas duas.

678.

Alia.

(Ed. in *Gall. christ.*, I, 481.)

1030. Conditor polum et arva dixit Moysi, famulo suo, in decem precepta, verba legis : « Non facietis deos argenteos nec deos aureos, sed altare de terra facietis, ibique adorate conditorem mundi. » Ubi ęcclesia, ibi Christus, quia scilicet scimus verum testimonium, que suo discipulo cecinit, dicens : « Tu es Petrus, et super hanc petram hędificabo ęcclesiam meam. » Et, sicut ex costa Ade hędificata Eva, ita ex latere Christi fabricata est ęcclesia, quę est mater nostra; et qui ęcclesiam condid, domum Dei hedificat et infernum despicit. Et nos, in Dei nomine, Aribertus et uxor ejus Leutildis, et filii sui Geraldus et Gunterius et Petro et Pontius, ex jussione domno presule Frotone, necnon et Durando[1] pontifice, sub castro Furnocalcario, construximus ęcclesiam, in honore sancti Promacii et sancti Mauricii sive sancti Romani. Et nos, propter litteras prexaratas, quę audivimus non surda aure nec declinata, per devia attingere cupimus diem consecrationem hujus baselicę, sicut olim, Deo auxiliante, certaminis, XV kalendas decembris. Et de alodem nostrum quem habemus in comitatu Sisterico, sub castro Forcalcario, donamus semodiata de vinea, et alia de

[1] Fronto seu Frodo, episcopus Sistaricensis, et Durandus, ejus successor.

terra, et inter medio de vi[ne]as et nostra, via puplica que pergit a Sancto Probacio. Donamus nos, propter Deum et remedium animas nostras ab omni vinculo peccatis nostris.

Factum sponsalicium istum anno dominicę incarnationis millesimo xxx, indicione xiii.

679.

Carta de æcclesia sancte Marie in valle Alsonica.

Omnipotens factor omnium Deus, ineffabilis sophię suę dispositione condens cuncta, hominem finxit ę terra, quem flaminis vivifici inspiratione animatum in paradiso constituit. Qui, apostatę angeli invidia in culpam actus, a patria paradisi pulsus, immortalitatis gloria exutus, hanc convallis lacrimarum gemens peregrinationem subiit. Cui auctor bonorum pietatis studio subvenire dignatus est lapso, redemptionis prebens munera, quo adire possit cęlestia, qui, exigente propria culpa, amiserat paradisiaca gaudia, tradita videlicet sibi humo et queque subsistencia in ea vel ex ea. Quapropter ego Wilelmus, non immemor ejus beneficiorum ac territus meorum immanitate scelerum, animatus ęciam piorum ipsius promissionum, quibus subvenire dignatur miseris jamjam in interitum lapsis; videns me vulneratum ac peccatorum vinculis pregravatum, cupiens adimplere benignissimam illam vocem qua in fine dicturus est, quod omnis qui reliquerit domum aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut fratres aut sorores, centuplum accipiet et vitam ęternam possidebit; tactus divino amore, non dedignor colla sub regula mittere et in potestate domni Bernardi, abbatis monasterii Massiliensis, venire. Insuper, ego Willelmus superscriptus et uxor mea Domidia, et filii mei Ugo et Guillelmus atque Bertrannus, donamus omnipotenti Deo ejusque monasterio, apud Massiliam, in honore Domini nostri Jhesu Christi, simul et ejus genitricis ac beatorum martirum Victoris ejusque sociorum fundato, et abbati suprascripto Bernardo, ac monachis evi presentis ac semper manentis, jure hęreditario, in valle Alsonica, ęcclesiam que esse videtur in honore sanctę Dei genitricis semperque virginis Marię conse- 1073.

crata, cum omni cimiterio quę ad ipsius ęcclesiam pertinet, * ut habeant et possideant in perpetuum, ut nostri semper sint memores et apud Deum intercessores. Donamus ęciam ad ipsam ęcclesiam et monachis ibidem Deo servientibus, scilicet Massiliensibus, ad utilitatem et servicium ipsorum, unum defensum quę esse videtur supra ipsius ęcclesia situm, et dividitur, ex una parte, cum territorio castri qui vocatur Ungula, ex alia parte, cum defenso Pontii militis, quem supra nominant Tribug, et, ex alia parte, dividitur sicut cumba qui vocatur Caballaria descendere videtur. Dono ęciam in territorio quo supra de terra III modiatas et una semodiata de vinea. Hec omnia suprascripta Massiliensi cęnobio jam superius dicto donamus atque transfundimus habenda sive tenenda et perpetuo possidenda, ut ibidem manentes monachi atque abbates, futuri et presentes, sint pro nobis orantes Deumque, ut a peccatis solvamur quibus vincti tenemur. Et, ut hęc ęlemosina sive oblatio nostrę devotionis firmiter incunvulsa permaneat, manu propria firmamus et amicos nostros libentissime ut firment roganus.

Facta donacio hec anno incarnationis dominicę millesimo LXX° III°.

680.

De Fontelana.

1 mai. 1053. Sublimitas omnipotentis Dei, hominem fingens ex terra, inspiravit vivifici flaminis inspiratione animatum, proprio velle in culpa lapsum, quia amiserat gaudia paradisiaca; humum tradidit sibi et subsistentia queque ex ea vel in ea. Idcirco ego Geraldus[1], gracia Dei, Gisistericensis[2] episcopus, si possesiones, terras terrenas locaque sacra mihi comissa potero fideliter procurare usibus fidelium, ne[3] postmodum ob hoc in regno Dei, quod peccando jamdictus primus homo amiserat, non dubito fore remunerandum. Propterea, ęcclesiam principis apostolorum Petri, in villa que dicitur Fontelana hedificatam, cum cimiterio sibi determinato, consilio et voluntate domni Willelmi Bertranni[4],

[1] Gerardus II Caprerius.
[2] Sic.
[3] Leg., *me*.
[4] Guillelmus Bertrandus II.

comitis Provincię, et comitissę suę uxoris[1], domni ęciam Berengarii, filii Berengarii majoris, vvicecomitis Sigistericensis, sueque mulieris Accelenę, dono, et voluntate et dono[2] ejusdem villę, Frodonis videlicet et Rodulfi, Armanni, Isnardi Alimaris, Gauceranni et Laugerii, Mataronis de Fonteiana, Rostagni Magnerii, ceterorumque heredum prefatę ęcclesię vel villę, Domino omnipotenti ejusque monasterio, apud Massiliam, in honore Domini nostri Jhesu Christi ejusque genitricis ac beatorum martirum Victoris ejusque sociorum fundato, et abbati Durando[3] ac monachis evi presentis et semper permanentis, reddo et dono, et possidendam in perpetuum trado, ut nostri semper sint memores et apud Deum intercessores. Si igitur (quod absit) cujuscumque persona hominis[4] hujusmodi cartam donacionis rumpere, deteriorare vel minorare voluerit, non valeat; quod si, suadente diabolo, fecerit, nisi infra XL dies penituerit, dampnum quod male coactus fecerat emendans, maledictionem Dei omnipotentis et sanctorum ejus accipiat, et cum antichristo ejusque ministris a regno Dei extraneus pereat in eternum dampnatus, donatione hec firma et stabili permanente.

Facta est carta donationis anno ab incarnatione Domini millesimo adjuncto ęciam LX necnon V ablato[5], scripta in sancti Promasii claustro, die madii mensis I, regnante in seculorum secula Domino Deo.

681.

De uno manso in Ausonivis.

(Ed. Ruffi, *Diss. sur les comtes de Provence*, 62.)

In nomine Dei Patris omnipotentis et Filii et Spiritus Sancti. Ego Bertrannus[6], comes Provincię, pro redemptione animę patris mei, atque pro salute anime meę parentumque meorum, et ut omnipotens Deus virtutem ad superandos omnes inimicos meos, visibiles et invisibiles, tribuat mihi, facio donationem helemosinariam omnipotenti 1030.

[1] Adelaïs.
[2] Adde : *heredum*.
[3] A. 1055 Petrus præerat monasterio Massiliensi.
[4] Pro *ordinis*.
[5] Cf. n. 532, t. I, p. 529.
[6] Bertrannus I.

Deo et sancto Victori, ejus martiri, monasterii Massiliensis, unum videlicet mansum ab integro, quem excoluit homo nomine Rothbaldus, in villa Ausonivis, in comitatu Sisterico. Sane si quis, *etc.*

Facta donatio hec anno ab incarnatione Domini millesimo xxx, indicione x, regnante Rodulfo, rege Alamannorum seu Provincię.

Ego Bertrannus comes hanc cartam scribi mandavi et manu propria firmavi, testibusque subnexis firmari rogavi. Rostagnus firmavit. Alius Rostagnus firmavit. Isnardus firmavit. Heldebertus firmavit. Atanulfus firmavit. Bermundus firmavit. Willelmus firmavit. Faraldus firmavit. Isarnus scripsit.

682.

Alia.

(Edidd. Ruffi, *Dissert. sur les comtes de Prov.*, 61; Louvet, *Hist. de Provence*, I, 62, Guesnay, *Vita S. Cass.*, 370.)

1030. In Dei nomine. Ego Willelmus[1], comes Provincię, et uxor mea nomine Lucia, pro redemptione animę patris mei atque pro salute animę meę parentumque meorum, facio hanc donationem hęlemosinariam omnipotenti Deo et sancto Victori, ejus martiri, monasterii Massiliensis, unum videlicet mansum ab integro, quem excoluit homo nomine Isimbardus, in villa Ausonivis, in comitatu Sisterico. Sane, *etc.*

Facta donatio hęc anno ab incarnatione Domini millesimo xxx, in-
f° 152. dicione x, regnante Rodulfo *, [rege] Alamannorum seu Provincię.

Ego Willelmus comes hanc cartam scribi mandavi et manu propria firmavi, testibusque subnixis firmari rogavi. Poncius[2] comes, filius Tolosani, firmavit. Bertrannus[3], frater ejus, firmavit. Isiliar firmavit. Jofredus firmavit. Ugo, frater ejus, firmavit.

683.

De ecclesia sancti Stephani in Ausonico.

1073. In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Guilelmus Calcia et

[1] Guillelmus III.

[2] Pontius, filius et successor Guillelmi III, dicti *Taillefer*, comitis Tolosani.

[3] Bertrannus, postea marchio Provinciæ.

uxor mea Domidia et filii mei Ugo et Guilelmus atque Bertrannus donamus omnipotenti Deo ejusque monasterio, apud Massiliam, in honore Domini nostri Jhesu Christi, simul et ejus genitricis ac beatorum martirum Victoris ejusque sociorum fundato, et abbati Bernardo ac monachis evi[1] presentis ac semper manentis, jure hereditario, in valle Ausonica, ecclesiam que esse videtur in honore sancti Stephani protomartiris consecrata, cum omni cimiterio et oblationibus, que ad ipsius ecclesiam pertinent, ut habeant et possideant in perpetuum, ut nostri semper sint memores, et apud Deum intercessores. Et, ut hec elemosina sive oblatio nostre devocionis firmiter inconvulsa permaneat, manu propria firmamus, et amicos nostros libentissime ut firment rogamus.

Facta donatio hec anno incarnationis dominice millesimo LXX° III°.

684.

De Nuazellis.

Dei omnipotentis opitulante clementia ejusque benignissima inspi- 1031.
rante gratia, qui mortem non vult peccatoris sed vitam, dum per prophetam suum misericorditer polliceatur, dicens : « Vivo ego, dicit Dominus; nolo mortem peccatori[s], sed ut convertatur et vivat, » Ego Isnardus et uxor mea Dalmacia, filii etiam mei, Isnardus videlicet, Wilelmus et Rostagnus necnon Isoardus, de animarum nostrarum salute solliciti, ... donamus eidem omnipotenti Deo et sancto martiri Victori, ejusque monasterio apud Massiliam fundato, et abbatibus ac monachis ibidem Deo famulantibus, futuris et presentibus, ecclesiam scilicet in honore sancti Marcellini fundatam, que est in comitatu Sistericensi, in territorio ville Nuazellas, cum terris cultis et incultis, in supradicte ecclesie circuitu adjacentibus, vineis, pratis, garricis, montibus, planis, aquis aquarumque decursibus, arboribus pomiferis et inpomiferis. Que terra hos habet terminos : ab oriente, gadum de campo Bladaldi, sicut aqua currit Auson usque ad Brugidur; a meridie,

[1] Cod. *ejus*.

de Brugidur, per verticem montis, usque ad viam publicam quę venit ad rivum Beverun; ab occidente, sicut via ascendit usque ad condaminam dominicam, in roca de Aldefred, et vadit usque in Poio Aregu, usque in via quę est justa, et sicut ipsa via descendit in rivo Auson ad vadum de campo Bladaldi. Insuper donamus unum medium mansum in castello Sancti Vincentii, quem excolit homo nomine Pontius Spina, filius Gualterii. Hęc autem supranominata, propter animarum nostrarum salute parentumque nostrorum, donamus, cedimus, *etc.* Si vero aliquis homo contra hanc donationem venire temptaverit et irritam facere eam voluerit, aut servis Dei de his omnibus aliquam molestiam inferre presumpserit, iram omnipotentis Dei ac sanctorum ejus incurrat, et auri optimi libras x persolvat.

Acta est autem hec donatio anno incarnationis dominicę millesimo tricesimo i°, indicione xiii^{a}, regnante Rodulfo, rege Alamannorum seu Provincię.

Nos vero fratres prefati donatores hanc donacionem manibus nostris roboravimus et testibus firmare rogavimus; insuper ętiam manu propria firmamus. Celsus firmavit. Isnardus, frater ejus, firmavit. Pontius Occulus de Regina firmavit. Eldebertus firmavit. Belaldus firmavit. Alius[1] firmavit. Guiramus firmavit. Nectardus episcopus[2] firmavit. Germundus camonicus firmavit. Daibertus canonicus firmavit. Mercorinus canonicus firmavit. Rostagnus canonicus firmavit.

685.

Sponsalicium ecclesię sancti Marcellini.

1031. Quoniam spirituali Christus ęcclesiam copulo sponsam vocare dignatus est, jure a sanctis patribus traditum credimus sanctę ęcclesię sponsalitium dari debere. Idcirco, huic sanctę ęcclesię, in honore sancti Marcellini constructe, die dedicationis ejus, sponsalitium constituimus ego Isarnus abba et monachi nostri, unam videlicet modiatam terrę cultę in territorio castelli Sancti Vincentii, ad Aramis, de manso

[1] Vel fort. *Alvis.*

[2] Hujus sedes incerta.

quem excolit homo, Pontius Spina nomine. Et constituimus ut quicumque hoc sponsalicium tenuerit, per unumquemquem annum det censum sanctę sedi Sistricensi duodecim nummos. Sane si quis auferre ab eadem ęcclesia hoc dotalicium voluerit, non valeat, sed cogatur reddere auri optimi libram I.

Facta hec carta anno incarnationis dominicę millesimo XXX° I°, indicione XIII[a], regnante Rodulfo, rege Alamannorum sive Provincię. Domnus abba Isarnus cum suis monachis fieri jussit.

686.

Carta de ratis et navibus.

(Edid. Bouche, *Hist. de Provence*, II, 1054.)

In nomine Domini. Ego Raimundus, gratia Dei, comes et Provincię 28 Jul. 1094.
marchio, ob remedium peccatorum meorum et salute anime męę ac parentum meorum, dono Domino Deo et sanctę ejus genitrici Marię et beato Victori martiri, atque domno Ricardo, abbati Massiliensis cenobii, et cunctis monachis ibi degentibus, tam presentibus quam futuris, quidquid usus aud reditus habeo vel habere videor in ratibus descendentibus sive per Durceiam sive per Rodanum, et in navibus per eosdem fluvios, sive cum sale sive cum quibuslibet mercimoniis, ascendentibus, sive quę ego in proprio habeo, sive quę homo aud femina per manum meam, vel fevo vel pignore vel alio quoque modo, habent et tenent, ut, ab ac die et deinceps, proprie naves et rates prelibati monasterii nichil, vel ascendendo vel descendendo, quicquid illis accidat, aud in navi aut in terra tribuant, neque ego, nec homo pro me, ascensum vel reditum aud tributum ab eis exigamus vel exigere faciamus. Sed et illud quod Dulcis[1] comitissa vel alii quilibet boni viri jam dicto monasterio dederunt vel daturi sunt, et laudo et confirmo. Si autem, aud ego aud quęlibet alia magna vel parva persona, cujuscumque sit ordinis vel condicionis, contra hanc donacionem nostram veniens hoc cirumpere vel inquietare temptaverit, non valeat

[1] Dulcis, aliter Stephana, Gaufridi I uxor materque Bertrandi II, comitum Provinciæ.

Beatrix, uxor Guiberti, similiter. Garnerius et filii ejus Nigellus, similiter. Petrus de Aramonte et fratres ejus Guillelmus et Bernardus. Ramundus et fratres sui, cum avunculo et filio. Promisit et concessit quicquid pro ecclesia sancti in Aramonte acquisitum possidebat Ivo et beato Victori, sicut supra scriptum est, confirmavit. Ramundus de Lers quicquid suus alterve vicinus ei pro parte contingebat similiter. Petrus et mater sua et Guillelmus, filius ejus, simul dimisit in pace sancti. Item Ingelelmus de Vinaio cum filiis suis, et filius Bernardus, Bernardus de Lers dederunt sancto Victori et monachis ejus terram quam de avorum suorum et matris suæ proprietate habebat. Ad terminos quæ fuerat sancti Victoris monachorum. Guillelmus et Petrus Pinelli, de Moreuz, dederunt quatuor sextaria quicquid in avorum suorum erat. Victorie acquisitum, pertinuit. Petrus Arnaldi, de Moreuz, similiter Arnaldus Widonis, de Rivo Rotundi, quicquid in avorum suorum Victoris abebat acquisit. Arnaldi similiter. Victori... terram ex... Ivo, de et annui quo supra. Bertrandus Guilberti, similiter.

687.

Liber de Elemosina.

In nomine [illegible] Trinitatis [illegible] Ego Willelmus, de Valcuz... et [illegible] uxor Bruniquera, et [illegible] simul et filii nostri, pro redemptione animarum nostrarum, pariter annuimus et [illegible] et [illegible] quod ex [illegible] in honore [illegible] Mariæ, ubique [illegible] Victoris, monachis [illegible], in perpetuum Manentibus, et monachis ejusdem loci, cum possessionibus quæ [illegible] habetis, scilicet [illegible] [illegible] Petri, in agro qui Tarentas vocatur, in loco Cornelio nuncupato, cum omnibus [illegible] quæ ad eam pertinere videntur et in qua [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] quam [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]

pajensibus, terrarumque et vinearum cultoribus, non dicimus totum, sed quantulumcumque de sua tenura, quam tenent per nos, et quantum Deus inspiraverit cordibus eorum, pro suis animabus, donent ipsi ęcclesię sancti Victoris et sancti Petri, sicut prescriptum est, ęcclesie sancti Victori, Massiliensi monasterii, per nos donate et reddite.

Ego jam dictus Richaus, et frater meus Rostagnus, et mulieres nostrę Raimos et Falatrudis, et filii nostri Poncius et Richaus, Arbertus et Gontardus, Rodlandus et Giraldus, Willemmus et Datilus, Armandus et Petrus, Lodegarius et Datilus, Ugo,.....[1] pro terrenis cupientes mercari cęlestia, sicut pretitolatum habetur, donavimus sancto Victori, Massiliensi monasterio, et monachis ejusdem loci, tam presentibus quamque futuris, sepe nominatam ęcclesiam sancti Victoris et sancti Petri, in Grassello fundatam, cum homnibus ęcclesiis quas videtur habere et ibi fundate erunt, sive in territorio ejus fuerint, et totum honorem quem habet et accaptabit et recuperabit. Necnon et ego Ricaus, et uxor mea Raimus, et filii nostri Poncius et Albertus, Rodlandus et Datilus, pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, ut Deus omnipotens absolvat nos a vinculis peccatorum nostrorum et perducat ad regna cęlorum, donamus ipsis ęcclesiis que supra nominavimus, scilicet sanctę Marię sanctique Victoris et sancti Petri, nostram partem quam habemus in parrochia de Malaucena, cum omnibus apendiciis que ad ipsam parrochiam pertinent, et ipsam ęcclesiam sancti Michahelis, ad quam tota parrochia illa pertinet.

Et ego Rostagnus et uxor mea Falatrudis, et filii nostri supradicti, similiter donamus ipsis ęcclesiis que supra nominavimus, scilicet sanctę Marie sanctique Victoris et sancti Petri, nostram partem quam habemus in parrochia de Malaucena, cum omnibus apendiciis que ad ipsam parrochiam pertinent, et ipsam ęcclesiam sancti Michahelis, ad quam tota parrochia illa pertinet, ita videlicet ut ipsi jam dicti monachi sancti Victoris, Massiliensis monasterii, presentes et post eos futuri, predicta omnia, sibi a nobis collata et conferenda, nostro consilio accaptanda.

[1] Lacuna in Cod.

teneant et in perpetuum, sine ulla contrarietate, possideant. Hanc donacionis et redditionis cartulam fieri precepimus, manibusque nostris firmavimus alios quoque firmare rogavimus. Si quis autem hanc donationem annullare aut inpugnare temptaverit, non valeat vendicare quod voluit, sed iram omnipotentis Dei incurrat, omnibusque maledicciouibus, que in veteri Testamento et novo scripte sunt, astrictus et oppressus, dampnetur in inferno inferiore, cum Juda traditore, nisi satisfecerit digna emendatione.

Acta vero anno ab incarnatione Domini millesimo LVIII.

Willelmus presbiter firmat. Smido firmat. Poncius Moringus firmat. Petrus Serpullus firmat. Rostingusenna firmavit.

Ego Richaus et uxor mea Raimos et filii nostri supradicti donamus ętiam decimam de liz[da] que nobis contigit in merca[to] Malaucenę. [Et] pro hoc dono recepimus unum ęquum obtimum in precio, et Rostagnus. Ervei unum pairolum similiter pro hoc dono habuit. Donamus ętiam decimam de fornadge, similiter predictis sanctis et monachis.

688.

(Editum in *Gall. Christ.*, I, *Instrum.*, 151, et in *Hist. de l'église de Vaison*, liv. I, 81 et liv. VI, 17.)

In sanctę et individuę Trinitatis nomine. Ego Petrus[1], Raimbaldi filius, Deique gracia permittente, Vasensis ęcclesię episcopus, et cannonici mei, videntes hoc seculum ad occasum tendere et scientes post mortem nichil boni nichilque mali quenquam posse peragere, sed, secundum quod in hoc seculo operatus est, vel vitam perennem et gloriam sempiternam in ęlis accipere, aut in inferno perpetuas pęnas sustinere, tremiscimus; sed rursum benigna sanctę scripturę exhortatione confortamur, quę, sicut aquam ignem extinguere, ita dicit elemosinam posse peccatum ex toto delere. Viventes ergo et bene in nostra memoria permanentes, dignum ducimus bene facere animabus nostris debere, et non solum exutos corpore, verum etiam in carne adhuc permanentes, Dei fideles nostros amicos quoque accaptare, qui 1059.

[1] Petrus III.

nobis in hoc seculo suis orationibus debeant succurrere et in futuro. Inspirante itaque clementia divina, pro emendatione morum nostrorum remissioneque omnium peccatorum, et pro animabus parentum nostrorum omniumque fidelium defunctorum, donamus et reddimus altari quod est consecratum in honore sancti Victoris martiris et sancte Marie, semper virginis, in monasterio Massiliensi, monachisque tam presentibus quamque futuris ejusdem loci, videlicet abbaciolam sancti Victoris et sancti Petri, quorum ecclesia visa est esse sita in episcopatu jam dicto Vasensi et in loco qui nominari solet Grasello, cum omnibus ecclesiis suis, que ibi sunt et facte erunt, et cum omni honore quem habet, et accaptabit et recuperabit. Ego Petrus jam dictus, Vasensis urbis episcopus, et cannonici mei prescriptam sancti Victoris et sancti Petri ecclesiam, in loco Grasello fundatam, cum omnibus ecclesiis que ibi sunt et facte erunt et cum omnibus quas habet rebus et accaptabit
v°. et * recuperabit, donavimus ex integro prescripto altari, consecrato in honore sancti Victoris sancteque Marie, semper virginis, in monasterio Massiliensi, et habitatoribus ejusdem monasterii, tam presentibus quamque futuris, ea scilicet ratione, ut omnia supra taxata sibique concessa vel concedenda in perpetuum ipsi sine ulla inquietudine alicujus persone possideant. Hanc autem donationis sive guirpitionis cartulam scribi precepimus manibusque propriis roborandam decrevimus, alios quoque ut firmarent rogavimus. Si quis vero eam annullare vel in aliquo impugnare presumpserit, non valeat vendicare quod voluit, sed iram omnipotentis Dei incurrat et omnes maledictiones, que in novo et in veteri Testamento scripte sunt, super eum cadant, nisi digna satisfactione emendaverit.

Acta anno incarnationis Domini millesimo LVIII.

689.

Carta de Mirabello.

1059. In sancte et individue Trinitatis nomine. Ego Rodulfus Aculeus, de Mirabello castello, et uxor mea Alvis, et filii nostri et nepota mea, pro redemptione animarum nostrarum proque animabus parentum

nostrorum, et ut vitam ęternam mereamur in cęlis accipere, donamus altari, quod est consecratum in honore sanctę Marię, semper virginis, sanctique Victoris, [martiris] Christi, in monasterio Massiliensi, et monachis ejusdem loci, tam presentibus quamque futuris, scilicet ęcclesiam sanctę Marię, in episcopatu Vasensi sitam, in loco Pulcro Visu nuncupato, cum omni honore quem habet et acaptabit. Licentiam etenim damus totis nostris hominibus, tam militibus quam etiam pagensibus, terrarumque et vinearum cultoribus, non dicimus totum, sed quantulumcumque de honore quam tenent per nos, et quantum Deus inspiraverit cordibus eorum, pro suis animabus, donent ęcclesię sanctę Marię. Ego jam dictus Rodulfus Eculeus et mulier mea et filii nostri, scilicet Petrus, Wilelmus, Ismido et Geraldus, et nepota mea, pro terrenis cupientes mercari cęlestia, sicut pretitulatum habetur, donamus sancto Victori, Massiliensis monasterio, et monachis ejusdem loci, tam presentibus quamque futuris, sepe nominatam ęcclesiam sanctę Marię, in Mirabello fundatam, cum toto honore quem habet et acaptabit, cum nostro consilio, ita videlicet ut ipsi jam dicti monachi sancti Victoris, Massiliensis monasterii, presentes et post eos futuri, predicta omnia sibi a nobis collata et conferenda, nostroque consilio acaptanda, tencant et in perpetuum, sine ulla contrarietate, possideant. Hanc donationis cartulam scribi precępimus manibusque nostris firmavimus, aliosque firmare rogavimus. Si quis autem, *etc.*

Acta vero incarnationis Domini millesimo LXVIII, indicione....[1]

Ego Rodulfus et uxor mea et supradicti filii nostri hanc descriptionem in manu Martini monachi dedimus et firmavimus, et testibus firmare rogavimus. Berengarius firmavit. Frater ejus Rostagnus Segretus firmavit. Arnulfus firmavit. Petrus Faber et filii ejus firmaverunt.

690[2].

f° 154 v°.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Wilelmus Rainulfi et mater mea Aimerudis nomine donamus Domino Deo et sanctę Marię et sancto Victori martiri Massiliensi, et abbati Bernardo, et monachis 1064 — 1079.

[1] Numerus abest.

[2] Hæc charta recentiore manu exarata est.

presentibus et futuris, ecclesiam sancte Marie de Brusa, cum appendiciis suis, ecclesiam sancti Stephani et ecclesiam sancti Martini et ecclesiam de sancta Fara, cum decimis et primiciis et oblationibus vivorum et mortuorum, et honorem qui adquisitus est. Donavit Poncius Occulus de Regina et filii sui totam suam partem de terra, que est in cimiterio sancte Marie, herma et colta, ad proprium alodem. Donavit pater meus Ranulfus, illa terra que est in villa vetera et aliam terram de Valle Agneto, una modiata, et totas illas terras que sunt in Kadafulcho, cum terris cultis et incultis, cum arboribus pomiferis et inpomiferis, cum aquis et piscationibus et defensis. Donat aliam terram de valle de Lautaldo. Donavit et ecclesiam de sancta Fara, ad proprium alodem, cum vineis cultis et incultis terris. Domna Ema donat totam suam dominicam curam de sancto Stephano ad sanctam Mariam, ad proprium alodem. Domnus Gauceranmus donat totam suam partem de sancto Stephano ad sanctam Mariam, et unum mansum qui fuit de Poncio presbitero, ad proprium alodem. Donat Bernardus, presbiter de Auriacho, et filii sui Airaldus et Poncius et Rostagnus, de terra nostra ad sanctam Mariam, et terminat, de uno latus, via de Sancto Stephano. Donat Teutbaldus una quartarada de vinea ad sanctam Mariam, ad proprium alodem. Et ego Wilelmus Rainulfus, et mater mea Aimerudis, supradicti, ecclesiam sancte Marie, cum supradictas ecclesias, cum honore qui pertinet ad eandem ecclesiam, in toto territorio de Brusa, cum campis et vineis, cum terris cultis et incultis, pratis, pascuis, garricis, oglatis, aquis aquarumque decursibus, arboribus pomiferis et inpomiferis, piscationibus, molendinis, paratoriis, casis stantibus et dirutis, cum exuis et regressibus, donamus Deo et sancte Marie, *etc.* Et ego Ysnardus Aldeberti similiter dono Domino Deo me ipsum, et quartam partem de villa Sancti Stephani, et mansos et homines.

f° 155. **691.**

Cartas de Jugornis.

(Edid. Martene, *Ampl. coll.*, I, 411.)

1045. Dei omnipotentis nutu animatus ejusque dulcifluis promissionibus

incitatus.... Ego Petrus, vicecomes Guapincensis, una cum matre mea Dalmatia, et uxore Inguilberga, ac filio meo Isoardo, facimus et donacionem Jhesu Christo Domino ejusque monasterio, apud Massiliam, in honore suę genitricis sive sancti Victoris, gloriosi martiris, ejusque sotiorum seu sancti Petri omniumque apostolorum constructo, de quibusdam rebus nostrę potestatis, tamen ipsius hereditatis, videlicet de ęcclesiis sanctę Marię ac sancti Petri sive sancti Johannis, quę sunt sitę in comitatu Hebredunensi, in villa Jugurnis, cum omni parrochia et tota medietate decimi de toto territorio ipsius villę, cum medietate mercati et cum omnibus omnino rebus et nunc et in futuro tempore ad easdem ęcclesias pertinentibus, cum terris, mansis, domibus, vineis, pratis, ortis, molendinis, arboribus atque aquis. Siquidem eundemque locum vel ęcclesias monachi Bremetensis coenobii aliquanto tempore injuste possederant, utpote deficientibus possessoribus Massiliensibus, olim illorum monasterio a paganis destructo. Moderno autem tempore, eidem jam coenobio presidente abbate Isarno, missis a se monachis qui requirerent locum, in conciliis episcoporum ac provincialium nobilium, antiquissimis cartis in medium prolatis, a cunctis est judicatum ut per Dei juditium quisque probaret suum drectum. Unde redditi lęti et in Domino fisi, eisdem assistentibus monachis Bremetensibus et pluribus nobilibus, palam agunt judicium, a presulibus atque judicibus datum, secretim jam probato in igne atque ferro, fidem prebentes omnibus Dei ostensionibus quod sui essent juris ęcclesię Jugurnis. At illi contumaces et Deo resistentes, itidem cunctis coram, hominem mergunt in aquam; sed eorum juditio spe injusta frustrato, dirruptis ligaminibus et supinatis cruribus, risum fecerunt omnibus qui aderant videntibus. Tandem ergo attoniti ac stupentes ac veriti, coram et in presenti sic fuerunt concrediti, rogantes reddi sua quę ex propria cella fuerant deportata.

Ego ętiam Rodulfus, cum uxore mea Tumidia et filio meo Ismidone ac nepotibus meis, reddo ac dono monasterio Massiliensi similiter quedam quę in eadem villam Jugurnis ad me pertinere videbantur, videlicet ortum unum et pratos et molendinum unum et quicquid meum erat in manso de Arnaldo, et aliam medietatem de mercato. Et hęc

omnia nos supradicti donatores ideo facimus ut monachi Massilienses nostri semper sint memores et apud Deum intercessores, nobis neque ullis ex nostris, ullo unquam tempore, in supradicto loco Jugurnis, ullum servicium neque censum omnino requirentibus.

Facta donatio sive redditio hęc anno incarnationis dominicę millesimo XL V, inditione XIII, regnante Heienrico [1] rege.

Igitur ego Petrus et uxor mea et filii mei, et ego Rodulfus et uxor mea et filii mei ac nepotes, hanc cartam manu propria firmavimus et testibus firmare rogavimus. Si quis vero (quod absit) hanc redditionem vel cessionem inquiętare vel annullare volnerit, cogatur exsolvere auri obtimi libras X, et insuper omnibus Dei maledictionibus subjaceat, stipulatione hac perhenniter permanente.

692.

Alia.

1062 In nomine Dei omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, et honore sanctę Marię et sancti Victoris, et altaris quod est consecratum in confessione monasterii Massiliensis, Ego Isoardus vicecomes Gapincensis, et frater meus Bertrannus, et uxor mea, nomine Petronilla, et avia mea domna Dalmacia, facimus donationem de medietatem nostrę condamine, quam habemus, jure hereditario, in territorio de castello Falcone, quod est situm in commitatu Ebredunense, supradicto monasterio, in manu Durandi, abbatis monasterii jam dicti, pro animabus nostris. Accipimus autem de substantia sancti Victoris, a supradicto abbate Durando LX solidatas. Et hoc tali tenore facimus ut monachi sancti Victoris, manentes in cella sanctę Marię de Jugornus, quam videlicet cellam sive villam pater meus Petrus vicecomes dedit sepe jam dicto monasterio, teneant et possideant omni tempore, et orent pro nobis. Terminatur vero ipsa terra : ab oriente, rivo de Cumba Fera; ab occidente, medietas de ipsa condamina; a meridie, supradicto rivulo; ab aquilone, monte Solemiaco. Ego Isoardus hanc

[1] Henricus III imperator.

cartam scribere mandavi et manu propria firmavi ac testes firmare rogavi.

Facta donatio hęc anno ab incarnatione Domini millesimo LX° n°, indicione XIIII.

Isoardus firmavit. Bertrannus firmavit. Dalmatia firmavit. Petronilla, uxor Isoardi, firmavit. Ismido Broca et frater ejus firmaverunt. Poncius firmavit. Petrus et Rodulfus frater firmaverunt. Petrus de Roseto firmavit. Petrus de Venturol firmavit. Pontius de Launanicus * firmavit. Pontius Malfactus firmavit. v°.

Ego Isoardus vicecomes supradictus, pro amore omnipotentis Dei et pro redemptione animę meę ac parentum meorum, facio donationem de omni tercia parte unius mansi, qui est situs in territorio de villa Cadorgas, in loco qui nominatur Rutillagus, de omnibus ab integro rebus quę ad ipsum mansum pertinent, cum ipsa tercia parte decimi, ad altare sanctę Marię et sancti Victoris, quod est consecratum in monasterio Massiliensi, et abbati Durando ac successoribus ejus et congregationi omni ejusdem monasterii, presenti et futurę, ut habeant et possideant in perpetuum, et pro nobis intercedant ad Dominum. Igitur, si aliqua quęcumque persona insurgere temptaverit contra hanc donationem, non valeat implere quod male conatus fuerit, sed cogatur in vinculo solvere centum solidos obtime monete Ottonis; insuper et omnibus Dei maledictionibus subjaceat, hac donatione firma ac stabili perpetuo manente.

Ego Isoardus hanc donationem manu propria firmavi et testes firmare rogavi. Johannes et frater ejus firmaverunt. Petrus Bailidus et frater ejus firmaverunt. Rainaldus firmavit. Pontius presbiter et frater ejus firmaverunt. Petrus de Roseto firmavit.

693.

Alia.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Beraldus et Petrus, nepos meus, pro animabus nostris et nostrorum parentum, donamus Domino Deo et sancto Victori, Massiliensis monasterii, et monachis 1054.

ejusdem loci, tam presentibus quamque futuris, videlicet medietatem unius mansi, quę Bertelai fuit, nostri patris, et quam ipse habuit in Jugurnis, et nobis in hereditatem donavit, excepta sexta parte quę fuit data in sponsalicium matri ejusdem Petri, nepotis mei, quam licet ei in vita sua possidere; post mortem autem ejus, ad nostrum domum transituram predictum. In Misonem quoque, unam petiam de vinea donamus et unam mansionem, quę fuit nostrum cellarium; in Falcone, similiter alteram petiam de vinea. Supradictam donationem fecimus in terris cultis et incultis, *etc.* Si quis autem hanc donationem annullare vel minuere voluerit aut inquietare presumpserit, non valeat vendicare quod voluerit, sed cogatur unam auri libram solvere prenominatis monachis; insuper dampnetur in inferno inferiori, nisi digna satisfactione emendaverit.

Acta est autem anno ab incarnatione Domini millesimo LIII, indicione VI.

Isoardus firmavit. Galdemarus Camelus firmavit. Rolandus firmavit. Ricaus firmavit. Constantius firmavit. Rodulfus firmavit. Vincentius firmavit. Dalmacia firmavit. Rodulfus Broca et filii sui firmaverunt, et nepotes sui Petrus et Rodulfus firmaverunt.

694.

Alia.

1058. In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Isoardus, vicecomes Capicensis, et domina Dalmatia[1] donamus Domino Deo et sancto Victori martiris, monasterii Massiliensis, medietatem unius mansi, quę fuit de Aramberto in castro quę cognominant Falconem. Supra dictam donationem fecimus in terris cultis et incultis, *etc.* Si quis autem hanc donationem rumpere vel minuere voluerit aut inquietare voluerit, non valeat vindicare quod repetit, sed cogatur unam auri libram solvere prenominatis monachis; insuper dampnetur in inferno inferiori, cum Juda traditore, nisi digna satisfactione emendaverit.

[1] Dalmatia, ejusdem Isoardi avia.

Acta est autem anno ab incarnatione Domini millesimo L°VIII°.

Isoardus vicecomes firmavit. Laugerius firmavit. Rodulfus Broca firmavit. Petrus Broca firmavit. Galdemarus Camelus firmavit. Petrus Rostagnus firmavit. Gisbernus de Ausito firmavit. Rodulfus Zufitus firmavit. Petrus Imbertus firmavit. Barnaldus joglarius firmavit. Lambertus caballarius firmavit. Ugo, nepus Aramberti, firmavit. Durantus firmavit. Johannes presbiter firmavit. Barnardus faber firmavit. Bricius, filius Isdraeli, firmavit. Isnardus de Misone firmavit. Arnaldus Rufus firmavit.

695.

Alia.

Ego Petrus de Roseto, timens et expavescens venturam iram judicis eterni, pro anima mea vel parentum meorum, dedi quoddam mansum cenobio sancti Victoris, Massiliensis martiris. Et illud mansum dedit mihi senior meus Misonensis vicecomes Petrus, et ego, cum consilio filii sui domini mei Isoardi, libenter dedi illum cenobio. Et est mansum illud in castro quod vocatur Turrias. Et de isto manso hoc quod Rodulfus Broca dedit mihi, quod ei pertinebat, similiter dant filii sui et laudant, scilicet Pontius et Ismido, donec ego vel mei filii deservire voluerimus ipsis vel filiis suis; et illud mansum solitus erat tenere quidam Giraldus de Brusco. Et damus cum pratis, vineis, garricis, terris cultis et incultis, arboribus fructuosis et infructuosis. Circ. 1050. 1° 156.

Isoardus firmavit. Bertrannus frater firmavit. Conjux Isoardi firmavit. Tumidia firmavit. Ismido firmavit. Pontius firmavit. Petrus de Roseto firmavit., cum conjuge sua et filiis. Rodulfus firmavit. Petrus Broca firmavit. Rodulfus firmavit.

696.

Alia.

In nomine ineffabilis et individue Trinitatis. Ego Stephanus Russinus, de castro Rosseto, et mulier mea Maria, pro nostris animabus, donamus Domino Deo et altari quod est consecratum in honore sancte Circ. 1050.

Marię, semper virginis, sanctique Victoris, martiris Christi, in monasterio Massiliensi, monachisque ejusdem loco, tam presentibus quamque futuris, totum ipsum alodem quem habeo, pro media plantatione in duabus vineis quas plantavi cum dominis meis Petro de Roseto et fratribus suis Antonino, Helia, Ugone et Isoardo, in loco qui vocatur Alta Ripa, et de quo idem Petrus et uxor ejus Gotolenda, et filius ejus Pontius, et omnes prenominati fratres ipsius investiverunt me donaveruntque ad proprium alodem et id faciendum quod voluero. Itaque eorum absolutione donavimus jam dictum alodem prenominato monasterio sancti Victoris et servitoribus ejusdem loci ea ratione, ut, post mortem meam et mulieris meę, de ipso alode fatiant quod voluerint, et operentur ipsas vineas ad suum opus. Quod si voluerint commendare eas aliis hominibus, volumus et precamur ut commendent eas meis propinquis, pro tali servitio quale alii homines debent facere eis propter ipsas. Est autem ipsum alodem in duas petias de vineis, quarum una est subtus ipsam roccam quę vocatur Mons Celeus; altera vero habet, de una parte, vineam de Girberno Marrone, et, de altera parte, vineam de Prima, quam dedit ei pater suus Senioretus. Hanc donationem, sicut diximus, fecimus monachis sancti Victoris, presentibus atque futuris, ut ipsam in perpetuum possideant.

697.

Confirmacio episcopi Regensis de ecclesiis in diocesi Regensi.

5 Mart. 1098. Quoniam, auctore Deo, ejus per orbem ecclesiam, per caritatis concordiam, et cre[s]cere semper et proficere credimus, tunc, tamquam veros ejus filios, reccius nos laboraturos in illo confidimus, cum ea que, invidia exigente, inter se dissident ad fraternam pacem pio studio revocamus. Quapropter, sub Trinitatis nomine sacro, ego Augerius, divino nutu Regensis episcopus, una cum Petro, ejusdem ęcclesię preposito, et Arluino, Rainoardo, Marcho, Richelmo, canonicis, aliisque pluribus, clericis et amicis, recogno[s]centes quod diabolio instinctu diu nobiscum venerabilis Massiliensis monasterii monachi discordiam visi sunt habuisse, inspirante divina gracia, pacem

cum illis et concordiam perpetuam, nulla posterorum dissolvendam inquietudine, cepimus reformare. Confirmamus igitur nos predicti cum venerabili Ricardo, Massiliensis abbate, et ejus priore Willelmo, et monachis ejusdem loci, tam presentibus quam futuris, veram et integram dilectionem et quicquid ecclesiarum vel ecclesiasti[ci] juris in nostro episcopatu, Regensi videlicet, hodie habent et possident, concedimus et laudamus, ut, ab hac die et deinceps, secure et quiete, sine omni vel nostra vel cujusquam contradiccione, habeant et possideant, et quicquid inde voluerint faciendi liberam facultatem sibi esse cognoscant. De his autem que habere debent et nondum pos-side[n]t, hoc illis promitimus[1] ut, secundum quod racio exposset atque equitatis censura dictaverit, sine omni mali ingenii scrupulo, veri ad recuperandum adjutores in omnibus existamus. Sunt autem ecclesię, quas ad presens illis confirmamus : ecclesia sancti Juliani de Lagninas, et ecclesię sancte Marie et sancti Juliani de Trigancia, et ecclesię de Verignun, una sancti Projecti, alia nova, nondum perfecta, et ecclesię sancte Marie et sancti Johannis de Saleta et ecclesia sancte Crucis, et ecclesia sancti Poncii de Buzot, et ecclesia sancti Syrici et ecclesia sancte Marie de Bugua et ecclesia sancti Johannis ante monasterium, et ecclesia sancti Stephani de Regigna, et ecclesia sancta Maria de Brunet, et ecclesię de castro et valle Archinzose sancte Marie et sanctorum Petri, Johannis et Martini, et ecclesia sancti Trophimi de castro Sancti Juliani, et ecclesia sancti Cassiani de Tabernas, et ecclesia sancti Antonii in territorio castri de Las Medas. Has prelibatas ecclesias, sed et illam sancti Michaelis de Verniz, cum omnibus que eisdem ecclesiis pertinent vel pertinere debent, sicut scriptum est, jam dicto abbati Ricardo, et monachis ejus presentibus et futuris, in perpetuum concedimus, laudamus et confirmamus. Quod si nos vel aliquis homo, cujuscumque sit sexus, condicionis et ordinis, contra hoc veniens, irrumpere aut inquitare temptaverit, non valeat vendicare, sed iram et maledictionem Dei, *etc.*

Facta est carta nr° nonas martii, anno Domini millesimo xcviii.

[1] Cod. *protinus.*

Signum Augerii episcopi, qui hanc donationem seu confirmationem feci et firmavi, scribi jussi, testes firmare rogavi. Petrus, decanus et prepositus, firmat. Arluinus firmat. Rainoardus firmat et laudat. Marchus laudat et firmat. Richelmus laudat et firmat, et alii plures firmant.

f. 157 v°.

698.

Carta de Cadorgas, Guinamanni archiepiscopi.

(Ed. in *Gall. christ.*, III, instr., 205.)

1066. In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Guinamandus, gracia Dei, Ebredunensis archiepiscopus, fatio donationem eidem omnipotenti Deo et sancte Dei genitrici semperque virgini Marie, sanctoque Victori, gloriosissimo martiri, et abbati Bernardo omnibusque successoribus ejus, et monachis omnibus in cenobio Massiliensi Deo servientibus, tam presentibus quam futuris, Cadurcenses videlicet ejusdem sancti Victoris Massiliensis et sancti Christofori, martirum preciosorum, ecclesias, cum altaribus in eisdem ecclesiis consistentibus, cum omnibus oblationibus, cum primiciis et offerendis, cum omnibus mortuorum donationibus, cimiteriis atque baptisteriis, cartis et judiciis, penitentiis et infirmorum visitationibus, non pro ullius terreni lucri amore, sed pro Jhesu Christi Domini dilectione et omnium peccatorum meorum remissione, ut habeant et possideant hec omnia predicti monachi honorabiliter, omni tempore, salva tamen digna subjectione sancte Ebredunensis ecclesie. Sed et quecumque Vilelmus miles, filius Wilelmi sacerdotis, in presentia mei donavit et corroboravit, eandem donationem, cum consensu et consilio canonicorum nostrorum, auctoritatis nostre donatione, predicto monasterio firmando concedo; necnon et quecumque ceteri homines Cadurcenses ibidem donaverint, sive pro remedio animarum suarum, seu pro pretio vel alio qualicumque modo, similiter ut habeant et jure hereditario possideant predicti monachi, confirmo et stabili lege constituo. Dono etiam, supradicto pacto, illis sponsalitio ipsarum ecclesiarum que tenuerunt Guillerius et Butifar et Brusa. Sed et super hec concedimus illis, supradicto modo

confirmando, quicquid in nostro archiepiscopatu acquisiverunt vel acquisituri sunt, cum nostro consilio vel consilio cannonicorum nostrorum. Ipsi vero monachi sancti Victoris, martiris Christi, offerunt altario sanctę Marię seu sancti Marcellini pallium unum, ob memoriam dilectioni et hujus nostri doni recordationis.

Acta est autem hęc carta publice, ex pręcepto domni Guinamandi, archipresulis Ebredunensis, anno ab incarnatione Domini millesimo LXVI°, indicione III.

Si quis autem hanc cartam inrumpere aut contradicere voluerit, vel dona quę in ea scripta continentur auferre a predictis monachis temptaverit, non valeat vindicare, sed componat ipsis hereditariis in vinculo auri obtimi libras XV^cim^ et insuper sit excommunicatus, *etc.*

Firmatores sunt inde : idem archiepiscopus Guinamandus, Johannes Papia, Gosfredus decanus, Umbertus cannonicus, Wilelmus miles, Petrus bajulus, Guido, frater ejus, Petrus de Rosset, Rodulfus Cufet, Pontius Malbec, Girardus, Augerius, frater ejus, Pontius et Sisbertus, frater ejus. Upertus gramaticus, qui hanc cartam donacionis scripsit, sub indiccione et anno quo supra.

699.

Carta Lantelmi archiepiscopi.

(Ed. in *Gall. christ.*, III, instr., 206.)

Quoniam, auctore Deo, ejus per orbem ęcclesiam per karitatis con- 1080 — 1105.
cordiam et crescere semper et proficere credimus, tunc tanquam veros ejus filios reccius nos laboraturos in illa confidimus, cum ea quę, invidia exigente, inter se dissident, ad fraternam pacem pio studio revocamus. Quapropter, sub Trinitatis nomine sacro, ego Lantelmus, divino nutu Ebredunensis archiepiscopus, una cum Bobello, preposito ejusdem ęcclesie, et Senioreto, Bruneto, Laugerio, Petro, canonicis, aliisque pluribus clericis et amicis, recognoscentes quod diabolico instinctu nobiscum venerabilis Massiliensis monasterii monachi discordiam visi sunt habuisse, inspirante divina gratia, pacem cum illis et perpetuam concordiam, nulla posterorum dissolvendam inquietudine,

cupimus reformare. Confirmamus igitur nos predicti cum venerabili Ricardo, monasterii Massiliensis abbate, et ejus priore Wilelmo, et monachis ejusdem loci, tam presentibus quam futuris, veram et integram dileccionem, et quicquid ecclesiarum vel ecclesiastici juris in nostro archiepiscopatu, Ebredunensi videlicet, hodie habent et possident, concedimus et laudamus, ut, ab hac die et deinceps, secure et quiete, sine omni vel nostra vel cujusquam contradiccione, habeant et possideant, et quicquid inde voluerint facere liberam facultatem sibi esse cognoscant. De his autem que habere debent et nondum possident, hoc illis promittimus ut, secundum quod ratio exposcet atque equitatis censura dictaverit, sine mali ingenii scrupulo, veri ad recuperandum adjutores in omnibus existamus. Sunt autem ecclesie, quas ad presens illis confirmamus : ecclesia sancte Marie de Gigornz, et ecclesia sancti Petri, et ecclesia sancte Marie de Turries, et aliam ecclesiam sancti Genesii, et ecclesiam sancti Petri de la Bredola, et aliam sancte Marie, et aliam sancti Marcellini, et in Cadurcas ecclesiam sancti Victoris et aliam sancti Christofori, et aliam sancte Marie, et sancte Marie de Falcon, et alia sancti Galli, cum omnibus que eisdem ecclesiis pertinent vel pertinere debent, sicut scriptum est, jam dicto abbati Ricardo et monachis ejus, presentibus et futuris, in perpetuum concedimus et confirmamus. Quod si nos, *etc.*

f° 158. Bosenor, Petrus, Laurentius, Stephanus Brunet firmant et laudant. Bertrandus Maciot, testis. Romanus de Ebredun, testis. Lantelmus Guina, testis.

700 [1].

1 oct. 1318. Notum sit omnibus, presentibus et futuris, quod, anno Domini millesimo m° xvm, kalendis octobris, regnante illustrissimo rege Roberto[2], questio et controversia erat inter potentem et magnificum dominum Raymundum de Agouto, militem et dominum de Tritis majoremque dominum castri Sancti Stephani de Fuce, et religiosum fratrem dominum Gaufridum Monachi, monachum monasterii sancti Victoris,

[1] Hæc charta secunda manu exarata est. [2] Robertus, rex Siciliæ, comes Provinciæ.

priorque prioratus beate Marię dę Brusa de Plano, ex ęo quia dictus prior de Brusa dicębat et asserębat suum averę lamitum[1], caprinum, bovinum et porcinum, depassi possę et deberę in defenso et paludio Sancti Stephani, prope Fusce scituatis, et hoc omni tempore, absque contradictione quacumque. Dictus dominus de Augonto contrarium dicebat et allegabat, dicens quod nullus jus habebat depassęndi in dicto defenso et paludio jam dicto. Fuerunt producta certa jura pro partę dicti prioris, coram arbitris per partes electis. Qui quidem domini arbitri, auditis hinc inde partibus, talem ordinationem sive sententiam dederunt, videlicet quod dictus prior de Brusa et sui successores, in dicto prioratu de Brusa existentes, possint et valeant in dicto defenso et palud omni tęmpore depasci facere sua animalia bovina, ad aratrum dedicata, et ęciam animalia ad servicium sue domus necessaria; alia vero animalia, cujus generis sint, non sint ausa intrarę in dicto defęnso et palud, et, casu quo reperta sint, solvant bannum asuetum, sicut ceteri hominęs sancti Stephani, videlicęt de die; si de noctę, solvat duplum bannum.

Fuit data supradicta ordinatio sive sentencia in presentia dicti domini Raymundi et domini prioris de Brusa, et approbata per ęos, cum juramento, testibus presentibus, Petrus de valle de Brusa, ęt Hugo Valencie, de Sancto Stephano, et Petrus Molle et pluribus aliis,et me Guilhęmo Maurelli, publico notario, qui mandato et rogatu utriusque partis, hanc cartam scripssi, et hic[2] omnibus interfui et grossavi.

701. v°.

Carta sancti Johannis de Fontibus.

Notum sit cunctis quod nos, id est Udalardus vicecomes et Ermessindis vicecomitissa, dedimus sancto Victori, Massiliensis cenobii, nostrum proprium alodium, videlicet æcclesiam sancti Johannis de Fontibus, cum omnibus suis directis, in quibus neque episcopus neque ulla ecclesiastica secularisve persona aliquit habet vel habere debet. Ante a. 1127

[1] Sic, pro *lamitum* vel *lanatum*. [2] Pro *his*.

Episcopus vero nullum usaticum, nullum censum ibi unquam habuit nec habere debet, nec unquam quesivit, nisi tantum crisma et oleum sanctum et consecrationes altarium et ordinationes clericorum. Predicte ecclesie sancti Johannis dedimus ecclesiam sancte Eulalie Bagudani. Ego vero Ermesindis vicecomitissa, superstes viri mei predicti Udalardi, dedi eidem sancto Johanni ecclesiam sancti Christofori, de Fontibus superioribus, et ecclesiam sancte Marie de Castellario, et ecclesiam sancti Petri Logordani. Ecclesiam vero sancti Martini de Cuilisicco dederunt alii boni homines, quorum erat proprium alodium[1].

159. 702[2].

(Edidd. Guesnay, *Vita S. Cass.*, 592, et Ruffi, *Hist. de Mars.*, I, *pr.*, 489.)

1156. Notum sit omnibus, presentibus et futuris, quod abbate Massiliensis monasterii et monachis conquerentibus, in curia domini Raimundi Berengarii[3], Barchinonensis comitis, de Raimundo Gaufrido, eo quod terciam partem castelli Massiliensi monasterio auferret, et in duabus partibus reliquis ipsius castelli, que siquidem due partes sine contradiccione aliqua predicti monasterii juris sunt, impressionibus[4] plurimis infestaret, assensu utriusque partis, electi sunt de curia tres viri sapientes et discreti, videlicet Rostagnus de Tarasco, Ugo sacrista, Berengarius Bertrandus, quorum arbitrio predicta querimonia decideretur. Asserebant itaque monachi quod illam terciam partem, de qua questio erat, Gaufridus, vicecomes Massiliensis, prefato monasterio donaverat, pro remedio anime sue et pro hereditaria portione duorum filiorum suorum, videlicet Fulconis et Petri, quos ex affectu devocionis eidem monasterio monachandos obtulerat. Hanc siquidem terciam partem Ugo Gaufridus, predicti Gaufridi vicecomitis filius, contra dispositionem paternam veniens, per quoddam temporis spacium abstule-

[1] Anno 1106, Bernardus, episcopus Gerundensis, monachos instituit in ecclesia S. Joannis de Fontibus. Quæ fuerant ab Uzalardo ejusque uxore Ermensende, concessa, ea a. 1127 confirmata sunt a Berengario episcopo. Vid. D. Martene, *Ampliss. collect.*, I, 609 et 689.

[2] Charta secunda manu exarata.

[3] Raimundus Berengarius IV, dictus Juvenis.

[4] Fort. pro *oppressionibus*

rat. Iturus vero Jherosolimam, instrumento et testibus ydoneis monstratum fuit in curia quod illam terciam partem predictus Ugo jam dicto monasterio restituisset. Deinde testes alii ab eisdem monachis producti sunt, qui, jurejurando prestito, afirmaverunt se, post illam restitucionem, vidisse Massiliense monasterium predictum castellum de Sex Furnis totum integrum possedisse et habuisse. Allegabatur preterea de hac injuria, quam super hiis jam dictus Gaufridus eisdem monachis faciebat, iterum atque iterum diversis temporibus querimoniam ante comitem factam esse; constabat, propter interrupciones factas, nulla temporis prescriptione eum posse defendere. Interim vero, dum hec agerentur, existentibus duobus filiis Raimundi Gaufridi, Gaufrido videlicet et Hugone, in curia comitis et respondentibus pro patre suo cum Petro Iterio, et negocio, mandato ac voluntate patris usque ad finem producto, mortuus est Raimundus Gaufridus. Iterato itaque, consenssu utriusque partis, videlicet filiorum Raimundi Gaufridi in locum patris succedentium et abbatis et monachorum, per arbitrium eorumdem supradictorum, Rostagni de Tarasco, Ugonis sacriste, Berengarii Bertrandi, virorum prudentium de curia, placuit discedere ab eadem controversia. Cum igitur audissent plurima que pro monachis faciebant, et filios Raimundi Gaufridi sicut et patrem eorum gravare judicio possent, gravitate tamen et modestia sita, quieti monasterii consulentes, pro bono pacis, memorato abbati et monachis, pro arbitrio dixerunt ut medietatem quam monasterium habebat in castello de Oleriis, et terciam quam habebat in Porcilis, et dominationem quam habebat in Castellario, et quartam castelli de Rosseto quam ejusdem abbatis nomine milites tenebant, et dimidiam partem de Bulcodenis Raimundi Gaufridi filiis donarent. Et, e converso, idem supra memorati viri, pro arbitrio, mandaverunt Raimundi Gaufridi filiis quod illam terciam partem castelli de Sex Furnis, quam jure sive injuria pater eorum possederat, de qua monachi conquerebantur, integre eis donarent seu restituerent, et quiquid ibi tenuerat vel possederat ex toto derelinquerent. Cum igitur ea que transaccionibus finiuntur non minoris auctoritatis habeantur rebus judicatis, et juris et equitatis ratio persuadeat que inter partes conveniunt sine retractacione per-

petuo custodiri; eapropter, anno incarnationis dominice millesimo c° L° VI°, nos Raimundi Gaufridi liberi, et mater nostra Pontia, donamus seu restituimus et guirpimus et desanparamus, cum carta ista, per bonam fidem et sine dolo, Domino Deo et sancte Marie et sancto Victori et monasterio Massiliensi, et tibi Willelmo [1] abbati et successoribus tuis et monachis presentibus et futuris, sine retencione aliqua, in perpetuum, quiquid Raimundus Gaufridus, genitor noster, habuit vel possedit, vel nos habemus seu possidemus, seu alius aliave pro nobis, in castello de Sex Furnis, cum omni territorio suo et pertinentiis omnibus ejusdem castelli, ubicumque extendantur, videlicet mari, stagnis, insulis cum falconibus, portubus, salinis, montibus, nemoribus, garricis, usclatis, pratis, defensis, campis, vineis, ortis, et denique cum omnibus, cultis et incultis, et cum omnibus quecumque clauduntur seu ambiuntur in dicti castelli terminis. Et accepimus a te et a monachis tuis, propter hec predicta, Willelme abbas, supradictam dimidiam partem quam habetis in Oleriis, et terciam quam habetis in Porcilis, et quod habetis in Castellario et in Rosseto et in Bulcodenis. Supradictam autem donationem seu restitucionem et guirpimentum eo proposito et intentione et eo pacti tenore facimus, ut omni jure et potestate, justa vel injusta, et dominio predicti castelli de Sex Furnis nos et omnes qui de genere nostro sunt vel secuturi sunt ex toto privemur, et universum jus nostrum et dominium, seu quecumque parens noster possedit ibi, in vos et in vestrum monasterium plenarie transferimus.

Et ego itaque Wilelmus abbas Massiliensis et prior Bertrandus, collaudatione et concilio capituli nostri, donamus vobis, Raimundi Gaufridi filiis, et matri vestre Pontie, et successoribus vestris, in perpetuum, et guirpimus et desanparamus eum carta ista, per bonam fidem et sine dolo, sicut jam dictum est, per supradictos viros Rostagnum et Hugonem et Berengarium, prefatum honorem, videlicet quiquid habemus in Oleriis et in castello de Porcilis et in Castellario et in Rosseto et in Bulcodenis, cum omnibus terminis predictorum locorum nos-

[1] Guillelmus Petri.

trorum et pertinenciis, silicet edificiis, domibus, ortis, pratis, montibus, cultis et incultis, exceptis eorum castrorum ecclesiis decimis et primiciis hac oblationibus vivorum hac mortuorum et exceptis domibus, concessis et destinatis eisdem ecclesiis, et denique eo toto excepto quod parrochiali jure seu consuetudine pertinere consuevit ecclesiis, et exceptis prediis, vineis et ceteris omnibus ex nunc oblatione seu devotione fidelium aquirendis, et exceptis monasteriis que sita vel vicina sunt locorum predictorum * territoriis et monasteriorum pertinentiis et ter- v°.
minis, videlicet monasterio sancti Salvatoris et sancti Privati et Faveric. Et nos quidem accipimus a vobis Raimundi Gaufridi liberis, et a matre vestra Poncia, sicut presentis instrumenti serie superius conpreensum est, quiquid pater habuit vel possedit, vel vos habetis vel possidetis in castello de Sex Furnis et in omnibus ejusdem castelli pertinentiis.

Porro, quod hujuscemodi placiti et conventionis tenor per nos filios Raimundi Gaufridi vel per nostros, quantum remota omni fraude servare possumus, nunquam, in parte vel in toto, ad irritum revocetur, et ut nulla de cetero alicui nostri generis retractandi relinquatur occasio, dominum comitem [1] monasterio fidejussorem dedimus. Et ego Gaufridus et Ugo, nostro et matris nostre Pontie nomine, jurejurando, tactis sacrosanctis evangeliis, firmavimus, et Petrum Iterium et Raimundum de Fuiel jurejurando firmare fecimus. Et ego quidem Raimundus Berengarius, Barchinonensis comes, regni Aragonis princeps et Tortose et Provincie marchio, suprascripte definicioni, auctoritate judiciaria, nostre confirmationis robur acomodo; et hanc eandem difinitionem et amicabilem pacti, ut a lite discedetur, compositionem, mandato et voluntate patris eorum factam, judiciali decreto, cum propriæ manus subscriptione et sigilli nostri impressione, confirmo ac prefato monasterio fidejussor existo, atque successores meos, nepotem videlicet specialiter meum Raimundum Berengarium [2], ac generis nostri reliquos, eisdem Raimundi Gaufridi filiis mandantibus, fidejussorio

[1] Raimundus-Berengarius, comes Barcinonensis.

[2] Raimundus Berengarius II, comes Provinciæ, pupillus Raimundi-Berengarii IV, comitis Barcinonensis.

nomine obligo. De terminis vero castelli de Sex Furnis, ne de cetero aliqua emergat dubitatio, probatum fuit, in curia comitis, esse terminos prefati castelli de Sex Furnis, sicut rivus Roepe decurrit a molendino Baldoyni usque ad mare, et a mare porrigitur et circumambit insulam de Rausellis, et inde usque ad Capud Vetus, et a Capite Veteri circumflectitur et porrigitur ad Puteum Foranum, et inde ad capud Sancti Trophimi, et inde usque ad Salagobran, ac inde per terram terminus usque ad cacuiam[1] podii Rascaz, et per podium Rascaz terminus dirigitur usque ad molendinum Baldoyni. Quiquid igitur infra hos terminos et hunc maris ambitum continetur totum est territorii ac dominii predicti castelli de Sex Furnis, cum suo mari, ripis, litoribus et cum omnibus, ut supra compreensum est, pertinentiis. Ceterum terras illas territorii de Sex Furnis, quas tantum hujus placiti tempore, homines Tolonensis ville, nomine Gaufredi, excolebant, si cum patres illorum excolentium eas coluerant, debeant eas excolere, dummodo monachos, quantum ad terras illas pertinent, esse sibi dominos recognoscant, et tascam et que reddenda sunt eis reddant, et, juxta rationem beneficii, quod ex agricultura illa consequentur, subjectionem et servicium monachis predictis, quorum territoria illa sunt, inpendant.

Signum Raimundi comitis. Hujus vero difinitionis sunt testes : Petrus[2] Forojuliensis episcopus, Petrus de Cabanis, Guirannus de Simiana, Arnaudus de Liciz, Ugo Gaufridus vicecomes[3], Porcellus [de] Arrelatis, Arbertus de Castro Veteri, Gaufridus de Torves, Alfannus de Tarascone, Bertrandus de Gorda, Pontius de Nojareto, Wilelmus Nubilot, Aicardus de Auriol, Girardus Sancti Crispini, Deusdedit Mairosiensis, Wilelmus Maderiarum, Ricavus, R. de Monte Calvo, Petrus Bertrandus del Revest, Wilelmus Bertrandus [de] Arelatis, Bonifacius Forojuliensis archidiaconus, Aimericus de Coalonga.

[1] Fort. pro *cacumen*.

[2] Petrus I.

[3] Vicecomes Mas Iliensis.

703. f° 160.

Cartas de Volona.

In sanctę et individuę Trinitatis nomine. Ego Petrus de Volona, cujus 16 mart. 1064
pater Isnardus dictus est, mater vero Dalmatia vocabatur, sciens universum hominum genus, tam masculos quam feminas, sicut nudos e matris utero nasci, sic quoque nudos in terram unde assumpti sunt reverti, et nichil in hunc mundum, secundum Apostolum, nascendo inferre posse, neque aliquid moriendo auferre, nisi hoc tantum pro actibus suis, aut vitam in cęlis semper beatam, si bona fuerunt, vel, si mala, perpetuam in inferno pęnam recipere; audiens ętiam Dominum in evvangelio dicente[m]: « Date hęlemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis; » cupio, dum mihi licet dumque sensus integer et sanitas in corpore manet, meę animę providere, et ei de istis mundialibus rebus quas, ut dictum est, mecum ferre non possum bene facere. Dei itaque clementia et bonitate ejus roboratus magnifica, pro animabus patris mei et matris meę et fratrum meorum defunctorum, nichilominus pro anima mea et pro animabus fratrum meorum adhuc (Deo gratias) viventium, et pro animabus mulieris meę et mulierum ipsorum, dono ad proprium alodum altari quod est consecratum in honore sanctę Marię, semper virginis, sanctique Victoris, Christi martiris, in monasterio Massiliensi, et abbati qui ibidem videtur esse, domno videlicet Durando, successoribusque illius, monachis quoque prescripti monasterii, tam presentibus quamque futuris, ęcclesias scilicet sanctę Marię et sanctę Consortię, quę fundatę sunt in loco quem nominant Mandammus, et meam partem de cimiterio quę ad me pertinet, infra quadraginta dextros, et duos mansos in ipso territorio, ex integro, cum terris cultis et incultis et ingressibus et regressibus, et cum omnibus rebus ad eosdem mansos pertinentibus, et defensum sive boscum quod vocatur Aias, cum omni terra supra quam est et infra quam est. Dono insuper de ipsis mansis et terris quas dedi vel daturus sum totum decimum ex integro. Dono ęciam unum mansum, in territorio de Dromone, quod tenere videntur Galbertus et Stephanus, ejus

frater, cum omnibus rebus ad ipsum pertinentibus. Hęc omnia superius prenominato sanctę Marię sanctique Victoris monasterii altari, ad proprium alodum, donata, sive in ęcclesiis, cum suis altaribus suoque cimiterio, infra XL dextros ad orientem, occidentem, meridiem et septentrionem protenso, et cum omnibus ad easdem pertinentibus, sive ętiam in mansis, defensis, pascuis, pratis, garricis, aquis aquarumque decursibus, ut inconcussa et firma in perpetuum permanere debeant, huic cartulę inscribi precępi, manuque propria firmavi aliosque firmare rogavi. Si quis autem hanc donationem annullare vel in aliquo minuere temptaverit, non valeat vendicare quod voluerit, sed Dei omnipotentis iram omniumque sanctorum incurret, nisi digna satisfactione emendaverit. Sunt autem hec omnia prenominata dona in comitatu Gappincensi et in territorio de Volona.

Facta est autem hęc donatio sive descriptio anno incarnationis dominicę millesimo LXIII, indicione II, epacta nulla, XVII kalendas aprilis.

Ego Petrus Isnardi donavi et firmavi. Guilelmus Palairols firmavit. Bertrannus Bonice firmavit. Isoardus firmavit. Frater Sirus, Petro donatore rogante, et domno Durando abbate monasterii Massiliensis jubente, scripsit, apud idem Massiliense monasterium.

701.

Alia.

1060. In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Petrus de Volona, Isnardi filius ex matre Dalmatia, omnipotentem Deum, quem, omni tempore vitę meę, per actus singulos ad iracundiam super me hactenus provocavi, toto mentis desiderio placere desiderio[1], totamque fidutiam meam erigens ad ejus verissimam promissionem, confugio ad ipsius clementissimam bonitatem; quoniam ipse dicit : « Peccator, in quacumque die conversus fuerit, salvus erit; » et, in evvangelio : « Gaudium est angelis Dei super uno peccatore pęnitentiam agente. » Invitans quoque omnes ad perfectionem, nullum excipit, dicens :

[1] Fort. pro *placare desiderans*.

« Omnis qui reliquerit domum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem » et cetera. Quocirca, predictus ego Petrus, his divinis promissionibus animatus, omnipotenti Deo, creatori meo, et sanctę Dei genitrici semperque virgini Marię, et sancto Petro apostolo, sanctoque Victori, glorioso martiri, et sancto Cassiano abbati, beatissimo patri, in monasterio Massiliensi, et domno abbati Durando, et omnibus successoribus ejus et monachis omnibus ibi Deo servientibus, tam presentibus quam futuris, dono animam meam et corpus meum, et omnem meam hęreditatem, ad proprium alodem, videlicet in duobus castellis quę nominant Scalam et Besaldunum et in omni territorio eorum, sicut Durentia ferit in Bledonam et sicut ascendit Bledona usque ad ęcclesiam sanctę Marię ad Rovres, et, ex parte altera, sicut ascendit rivus qui appellatur Virongus in serrum de Paliairols, per illam fobiam, et transit per medium Paliairols usque in Poio Acuto, et in quantum deincebs extenditur territorium castelli quod vocatur Besaldunus, et in omnibus quecumque ad eosdem castellos vel villas pertinent, cum omnibus apenditiis eorum, cum terris cultis et incultis, arboribus pomiferis et inpomiferis, pratis, pascuis, defensis, garricis et uglatis, aquis et decursibus earum, et cum * omnibus egressibus et regressibus; totum quantum ad me omnino pertinet quantumque infra prescriptum terminationem habeo et habere videor, in integra mea memoria et sensu integro, sanitate prospera et voluntario ac desiderantissimo animo. Sponsalicium vero quod dedi uxori męę, nomine Bellissimę, quamdiu ipsa vixerit, teneat et possideat; post mortem vero ipsius, revertatur ad hęredes meos, videlicet Dominum Jhesum Christum redemptorem nostrum, et sanctam Mariam, ejus genitricem, sanctumque Victorem, et domnum abbatem Durandum, ejusque successores, et congregationem predicti Massiliensis monasterii. Hęreditatem quoque Isnardi, nepotis mei, quantumcumque infra prescriptam terminationem, męę videlicet fraternitatis partem divisionis, ei a parentibus obvenit vel habere debet, sicut ad me pertinet et reverti debet, vel, post mortem meam, si in vita mea, si ante me ipse absquę filio legali vel filia mortuus fuerit, eisdem hęredibus meis Domino Jhesu Christo, redemptori nostro, et

v°.

sanctę genitrici ejus Marię, sanctoque Victori, et domno abbati Durando, et omnibus successoribus ejus, et congregationi predicti Massiliensis monasterii, post ejus mortem, totum et ab integro dono. Hęc omnia, sicut superius scripta sunt, ego Petrus dono omnipotenti Deo et altario quod est consecratum in honore Domini nostri Jhesu Christi et sanctę Marię, semper virginis, et sancti Victoris martiris in Massiliensi monasterio, et domno abbati Durando, et omnibus successoribus ejus et monachis omnibus ibi Deo servientibus, tam presentibus quam futuris, pro redemptione animę meę et animę patris mei et matris meę, et omnium parentum meorum defunctorum et vivorum, qui hanc paupertatis meę presentem hęlemosinam voluerint et sancto Victori ejusque monachis eam tenere in pace adjuverint. Omnia hęc abbates et monachi sancti Victoris per suprascriptam meam donationem, absque ullius inquietudine et contrapellatione vel minuatione, omni tempore habeant, teneant et possideant, ut omnipotens Deus, suę genitricis et sanctorum suorum intercessionibus placatus, magna misericordia deleat omnia peccata mea et propter suam immensam clementiam tribuat mihi requiem sempiternam.

Facta est hęc donatio anno ab incarnatione Domini millesimo LX, regnante Domino nostro rege atque imperatore omnium, Cona[1] imperatore Alamannorum, et Philipo rege Francorum. Si quis autem huic donationi contraire voluerit, non ei liceat vindicare quod voluit.

705.

Alia.

ipt. 1063. Breve de convenientia et donatione quam fecit Bilisma, filia Vuandalmoys, uxor Petri de Volonona, Domino Deo et sanctę Marię sanctoque Victori martiri in monasterio Massiliensi, et domno abbati Durando, et omnibus successoribus ejus abbatibus, de sponsalicio suo.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Bilisma, pro amore et timore ipsius Dei omnipotentis, dono eidem Deo et sancto Victori

[1] Conradus II.

martiri, in monasterio Massiliensi, et domno abbati Durando, et omnibus successoribus ejus et monachis omnibus ibi Deo servientibus, tam presentibus quam futuris, omnem honorem quod habeo de sponsalicio Petri, viri mei, de Volona, post mortem meam, id est duo castella Scalam et Besaldunum et totum quantum had me pertinet in omni territorio eorum, in tali convenientia, ut ego, in vita mea, non possim dare aut vendere quiquam ex eo, ullo ingenio, nisi ad ipsos monachos sancti Victoris, sed totum integrum et imminutum remaneat Domino Deo et sancto Victori et monachis ejus.

Facta donatio hęc pridie nonas septembris, anno ab incarnatione Domini millesimo LXIII, indicione II.

706.

Alia.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego donator Riquelmus, de omni re quę ad illum pertinet molinum et vineas et omnia quecumque ad illum pertinet, donamus omnipotenti Deo, et sanctę Marię sanctoque Victori, et abbati Bernardo[1], et successoribus ejus et monachis in monasterio Massiliensi Deo servientibus, tam presentibus quam futuris. Hęc omnia, sicut supra dictum est, donamus Deo et sanctę Marię sanctoque Victori martiri, et abbatibus et monachis Massiliensibus, presentibus et futuris, promto animo et bona voluntate, pro remissione peccatorum nostrorum et redemptione animarum nostrarum, pro timore gehennę et premio vitę ęternę; et mulier sua Maria, pro remissione peccatorum suorum. Isnardus, filius suus, donat et firmat. 1 apr. 1073.

Facta carta doni hujus anno millesimo III[2], kalendis aprilis, in monasterio Mandanuis.

707.

Alia.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego donator Umbertus et 1 jul. 1073.

[1] Bernardus abbas 1064 — 1072.

[2] Suppl. : *septuagesimo*.

mulier sua Tomidia, et filii sui Petrus et Guilelmus et Umbertus et Isnardus Bocca Rostagnus, donamus omnipotenti Deo et sanctę Marię sanctoque Victori, et abbati Bernardo et successoribus ejus, et monachis [monasterii] Massiliensis Deo servientibus, tam presentibus quam futuris; hęc omnia supra scripta donamus in territorio Stratas Depressa, de molinos usque in aqua que vocatur Bledona, et de sua parte de decimum tota mediętate et unum pratum; donamus Deo et sanctę Marię sanctoque Victori martiri, et abbatibus et monachis Massiliensibus presentibus et futuris, promto animo et bona voluntate, pro remissione peccatorum suorum; et, de illa terra que Tasilo et Villelmus donamus a Deo et sanctę Marię sanctoque Victori, totum
f° 161. quę ad Umbertum * pertinet; et muliere sua et filiabus suis, donamus Deo et sanctę Marię et sancto Victori et monachis.

Facta donationis carta anno incarnationis Domini millesimo[1] m, kalendis juli, in monasterio Mandanois, regnante Jhesu Christo.

708

Alia.

1 april. 1073. In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Nos datores Isnardus et uxor sua Aizivella, et filiabus suis Isnardus, Rupertus, Laugerius et Ugo, donamus omnipotenti Deo et sanctę Marię sanctoque Victori, et abbati Bernardo et successoribus ejus et monachis in monasterio Massiliensi Deo servientibus, tam presentis quam futuris, terra in cimiterio sanctę Marię Mandonoicus. Et de alio latus, ęcclesia sanctę Marię; alio latus, via puplica; alio latus, terra de Alfant. Hęc omnia, sicut supra scriptum est, donamus Deo, *etc.*

Facta carta donationis hujus anno ab incarnatione Domini millesimo LXXIII, kalendis aprilis, in monasterio Mandanois, regnante Domino nostro Jhesu Christo, qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus per infinita seculorum secula, amen.

Arnaldus firmat. Abilonius firmat. Nitardus firmat. Feraldus firmat.

[1] Suppl. : *septuagesimo*.

709.

Sacramentum.

Breve de sacramento quod fecit Boso, filius Dalmatię, sancto Vic- 1060 — 1064.
tori et Durando, abbati monasterii sancti Victoris, quod est apud a Massiliam, et successoribus ejus.

Audis tu, Durande abbas : Ego Boso castellum quod nominatur Scala non tollam tibi neque abbatibus qui post te futuri sunt in monasterio sancti Victoris, quod est apud Massiliam, neque decipiam te neque illos, neque homo neque fęmina neque homines neque feminę per meum consilium neque per meum consentimentum. Et, si est homo aut femina vel homines vel feminę, qui vel quę prescriptum castellum tibi vel abbatibus, post te futuris in prescripto monasterio, tollant, ego cum illis finem non habebo neque societatem, nisi pro recuperatione prescripti castelli; et, postquam castellum prescriptum recuperare potuero, in ipsa convenientia jam scripta permanebo. Et per quantas vices tu vel abbates, qui post te futuri sunt in monasterio sancti Victoris, quesieris vel quesierint mihi prescriptum castellum quod Scala nominatur, per te aut per tuum missum aut per tuos missos, aut illi abbates successores tui per se aut per suos missos, per sacramentum, ego reddam tibi et illis abbatibus successoribus tuis, ipsum castellum, fortias que ibi factę sunt vel in antea erunt per nomen de castello, sine inganno et sine deceptione; et, si tu aut successores tui commonere me volueris vel voluerint, ego pro hoc non me translatabo neque vetabo; et ille missus vel missi qui me commonuerint, pro hoc decepti non erunt. Sicut in ista carta scriptum est et homo in ea legere potest, sic faciam ego Boso et attendam ad fidelitatem sancti Victoris et tuam et successorum tuorum abbatum, qui erunt post te in monasterio sancti Victoris, sine inganno et sine deceptione, me sciente. Si Deus me adjuvet et sancti sui.

Audis tu, Bernarde abbas : Ego Tassilo et ego Willelmus, filii Dal- 1064 — 1079.
matię, castellum quod vocatur Scala et castellum quod vocatur Besaldunus non tollam sancto Victori, neque tibi, Bernarde, neque abbati-

bus qui post te futuri sunt in monasterio sancti Victoris, quod est apud Massiliam, neque te inde decipiam neque abbates successores tuos, de supra scriptis castellis. Et, si est homo aut femina vel homines vel feminę qui eos supra scriptos castellos tollat aut tollant sancti Victoris vel tibi, Bernarde, vel abbatibus qui post te futuri sunt, ego cum illos vel cum illa vel cum illis non habebo finem neque placitum quod finem valeat, nisi pro recuperationem castelli vel castellorum que prescripta sunt; et, si recuperare potuero, in ipso convenimento permanebo. Et, per quantas vices quesieris mihi tu, Bernarde, per te aut per tuum missum aut per eorum missos, prescripta castella, id est Scalam et Besaldunum, vel unum vel amborum, ego tibi reddam et illis successoribus tuis, sine inganno et sine deceptione; et ille missus qui de hoc me comonuerit, propter hoc deceptus non erit, me sciente vel consentiente. Et, sicut in hac carta scriptum est et homo in ea legere potest, sic faciemus et sic attendemus nos, ego Tassilo et ego Willelmus, sine inganno, me sciente, excepto quantum tu, Bernarde, me absolveris, te sciente. Si Deus me adjuvet et sancti sui.

710.

Alia.

Sec. XI. Breve divisionale de castello Scala in tercia parte. Sibrannus Faber, cum suo tenemento; Guisbernus Adalsenda, cum suo tenemento; Paschalis Barbarin, cum suo tenemento; Pontius Frambertus, cum suo tenemento; Adalradus, cum suo tenemento; Pontius presbiter, cum suo tenemento; Guillelmus, cum suo tenemento; Pontius Richer, cum suo tenemento; Isoardus, cum suo tenemento; Benedictus, cum suo tenemento.

711.

v°.

Carta de Medas.

Sec. XI. In ipso primordio patris nostri Adę, amicorum Dei inimicus, nolens illum ad hoc factum in ea sede, de qua infelixciter, contra factorem suum in superbiam ęlatus, dejectus fuerat, esse sublimandum, qua se

ratione a Deo suo alienaverat, fecit alienum et cum eo genus ab ipso exiturum. Sed pius et misericors Deus, ne amitteret creatura[m] ad imaginem sui conditam, non aliqua coactus necessitate, sed sua sponte, per uterum virginis ad nos sibi reconciliandos venit, quos suo cruore et unda baptismatis redemit, quos ęciam salvos in baptismate ab originali peccato, auctualibus non intervenientibus, esse voluit. Sed, cum necesse sit unumquemque hominem peccare, ipsæ dedit remedia, quibus possimus, orationibus, jejuniis et elemosinis, peccata deleret[1], sicut ipse dicit : « Date elemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis. » Hujus ergo promissionis particeps esse cupiens, ego Ripertus, et uxor mea Beatrix, et filii mei Rupertus, Ysnardus, Petrus, Raimbaldus, Ugo, donamus Deo et sancta Maria sanctoque Victori, et omnibus illi in Christo servientibus, ęcclesiam sancti Antonii, in territorio castelli quod nominatur Metas, pro nostris et omnium parentum nostrorum animabus. Si quis autem donationem istam inrumpere aut inquiętare voluerit, cujuscumque sit dignitatis aut ordinis, sexus aut conditionis, non valeat vindicare, sed in duplum vinculo cogatur absolvere, donatione ista firma et stabili permanente. Quod si inrevocabilis perstiterit, manum divinę iracundię sed[2] impedientem inveniat, et omnes maledictiones, quę in veteri et in novo Testamento leguntur, donec emendetur, incurrat. Regnante Domino nostro Jhesu Christo, qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus per infinita secula seculorum, amen.

712.

Cartę sancti Genesii de Dromon.

Ego Feraldus, gracia Dei Wapicensis episcopus, quamvis merito in- Octobr. 1030.
dignus, timens formidinem ultricium pęnarum inferorum, commaculatus multitudine delictorum meorum, ut, cum Adam judicabitur cum multitudine filiorum, quando reddetur unicuique pro qualitate meritorum, in die illa quę est finis malorum, merear salvari cum choris ælectorum, pro anima mea vel parentum meorum, cum omni con-

[1] Pro *delere*.

[2] Fort. *sed* pro *se*.

ventu canonicorum meorum, absque vitio hoc facio donum omnipotenti ęterno Deo beatoque Victori Massiliensi, martiri suo, et omnibus monachis ibidem servientibus, futuris do et omnibus presentibus, scilicet ęcclesiam beati Genesii martiris, quę est sita in territorio Dromonensi, ab integro, cum ęcclesiis et terris, cum decimis et primitiis atque offertoriis, cumque omnibus officiis vivorum sive mortuorum, quę adquisivit et aquisitura erit, in toto episcopatu Vapicensi. Si quis hanc cartam inrumpere vel violare voluerit, non valeat vindicare quod nequiter quesierit, sed componat x auri libras, et insuper habeat semperque possideat maledictionem ęterni judicis, *etc.*

Facta autem carta ista millesimo xxx anno ab incarnatione Domini nostri Jhesu Christi, indicione xiii, mense octobrio.

Hanc feci scribere cartam cuidam presbitero Airaldo, ante januas beatę Mariæ virginis, in Vapinco; firmo, et corroboro et laudo, cum omnibus canonicis meis. Laudat et firmat Odoinus et Lambertus, Petrus et Arbirius, Pontius Aspasia et Ansjerius, Adaldus et Rogerius, Abo et Geraldus, et cęteri canonici simul corroborarunt. Feraldus de Valle Aurea firmavit. Ricandus firmavit. Bermundus firmavit. Beraldus firmavit. Datilus firmavit. Ermenfredus firmavit. Ysnardus de Volona et uxor ejus Dalmatia firmaverunt. Hugo Dromonensis firmavit. Bernardus, frater ejus, firmavit. Richelmus firmavit. Ysoardus de Misso et uxor ejus Dalmatia firmaverunt. Gualdemarus, frater ejus, et uxor ejus Agnes firmaverunt. Julianus firmavit. Leontius firmavit.

713.

(Ed. De la Plane, *Hist. de Sisteron* (Digne, 1843), I, 446.)

1030. Domini nostri Jhesu Christi inspirante clementia et ejus benignissima opitulante gracia, Ego Isoardus et uxor mea nomine Dalmatia, ego ętiam Waldelmarus et uxor mea Agnes nomine, una cum filiis nostris, de salute animarum nostrarum et parentum nostrorum solliciti et ex imanitate scelerum nostrorum perterriti, ut a pio Domino veniam peccaminum et ablutionem possimus assequi criminum, facimus donationem omnipotenti Deo sanctique Victoris martiris monasterio,

haut procul a Massilia fundato, et monachis ibidem servientibus, tam presentibus quam et futuris, duos videlicet mansos, in castello Dromone sitos, in comitatu Gapicense. Nos insuper fratres supradicti, Ysoardus scilicet et Waldemarus, uxores ęciam et hęredes nostri, ego videlicet Waldemarus et Pontius fratres, ego ęciam Guigo et uxor mea Membresia nomine, ego quoque Isnardus de Nuacellas et uxor mea Dalmatia nomine, ego ętiam Ysorardus et uxor mea Wandalmos nomine, ego Isnardus de Volona et uxor mea, ego ętiam Feraldus et mater mea, cum fratribus meis, donamus omnipotenti Deo sanctique Victoris martiris cęnobio, in supradicti castelli territorio, * terram cultam et incultam, cum pratis, pascuis, silvis, garricis, aquis aquarumve decursibus, arboribus pomiferis et inpomiferis. Quę terra hos habet terminos, huic cartulę insertos : ab oriente, sicut descendit vallis Marchonis et ascendit usque ad Posterulam; a meridie, sicut aqua vergit usque ad clusam vallis Cardaonis; ab occidente, a clusa usque ad conlem Tannaruge; ab aquilone, a supradicto colle, sicut aqua vergit, usque ad sumitatem vallis Marconis. f° 162.

Ego Ricaus et uxor mea, et ego Bermundus et uxor mea donamus ęcclesiam sancti Genesii sancti Victoris[1] martiris, sitam infra hos terminos, et quiquid infra habere videtur. Nempe, si nos aut aliquis nostrorum hęredum vel quęlibet persona hanc donationem violare conatus fuerit, non valeat, sed cogatur solvere auri optimi libras xxx, ac deinceps omnipotentis Dei sanctorumque omnium perpetuo iram incurrat, et cum Juda Scarioht, Dathan quoque et Abirom, ęterni ignis pęnas sustineat, et donatio hęc firma stabilisque permaneat.

Facta donatio hęc anno incarnationis dominicę millesimo xxx, indicione x, regnante Rodulfo, rege Alamannorum seu Provintię. Ego Ysoardus et uxor mea, necnon et Wandelmarus et uxor mea hęredesque nostri hanc donationem scribi jussimus ac testibus firmare rogavimus; insuper ętiam manu propria firmamus. Petrus, filius Isoardi, firmavit. Ysoardus, filius Waldemari, firmavit. Ismido firmavit. Hugo, frater ejus, firmavit. Bertrannus[2] comes firmavit. Rostagnus firmavit. Nevolongus firmavit. Isoardus, filius Rostagni, firmavit. Silvius fir-

[1] Corrig. : *sancto Victori martiri.*

[2] Bertrandus I, comes Provinciæ.

mavit. Isoardus firmavit. Ysnardus, filius ejus, firmavit. Waldemarus, filius ejus, firmavit. Isnardus firmavit. Rodulfus firmavit. Pontius firmavit. Geraldus firmavit. Ricaus firmavit. Bermundus firmavit. Isnardus, filius ejus, firmavit. Petrus firmavit. Beraldus. Ricaus, nepos ejus, firmavit. Isnardus de Volona firmavit, et uxor sua filiique sui Jofredus et Isnardus firmaverunt. Leugarda firmavit. Autrigus firmavit. Tassilonus firmavit. Rainerius firmavit.

714.

Alia.

Circ. 1030. Galtemarus, Ysoardus frater ejus et Ugo, et Isnardus de Volona et conjux ejus Dalmatia, et Faraldus de Toardo et mater ejus et fratres sui, Guigo et uxor sua Membresia et filii sui, Ysoardus et uxor Gandalmois, Bremondus Montanus et Agelmois uxor ejus et filii eorum Isnardus et Bermondus et Petrus, donant Domino Deo et sancto Victori Massiliensi et sancto Genesio pascuum et patuum per totum territorium de Dromone. Ysoardus et Lothgerius et Ricaudus et Vilelmus donant pascuum et patuum per totum territorium de Castro Forti usque in Sazam flumen, et in territorio de Pinna et de Valadoria sancto Victori et sancto Genesio et abbati Isarno. Et omnes isti supradicti donant sancto Victori et sancto Genesio unam fructeram de ovibus in illis territoribus, absque censu et absque ullo censu servitio, pro redemptione animarum suarum. Ricaudus Montanus et Bermundus Beraldus, Datilus, Ricaudus nepos eorum, Gisla cum filiis suis, Daniel cum fratribus suis et mater ejus, Ermenfredus de Inter Petras et Rainardus Gramaticus, Tasilus Aurella, et omnes qui habent hereditatem infra terminos Cardaoni, Domino Deo et sancto Victori et sancto Genesio, et quando monachis ibidem habitantibus, eciam omnibus habitantibus pro sancto Genesio, pascuum et patuum, et ligna virida et sicca et herba, per totum Cardaonem et Ovessa usque in roca de Catia; excepto, si infra terminos istos fecerint dampnum in terris cultis vel in pratis, emendent juxta voluntatem illorum cui fuerit dampnum. Et, si quis violaverit hanc donationem, omni tempore accipiat Domini

maledictionem, et cum Dathan et Abiron recipiat portionem, et in inferno pęnam sustineat cum Juda traditore. Et in perpetuum concedimus omnes hanc firmam donacionem. Leoncius firmat.

715.

Alia.

Ego Gandalmos et filii mei Isnardus atque Isoardus facimus dona- 1064.
tionem de illo dimidio manso, quem Fulcherius incoluit. Sicut ego habeo et supradicti filii mei, ab integro donamus, in pratis, in vineis, in terris cultis et incultis, in arboribus fructuosis et infructuosis, preter hoc quod Bermundus habet per bailliam, pro redemptione animarum nostrarum, formidantes tartareas minas atque ultrices inferorum ruinas, et pro spe gaudii ęterni regni, ubi previus dux et preclarus agnus, filius ovis virginis, introducit candidum gregem albi velleris, ut nos saltem extremos faciat illius prefulgentis aulę abitatores. Audivimus enim vocem veritatis preclaram, dicentis : « Date ęlemosinam indigentibus, et ecce omnia munda sunt vobis dantibus; » et : « Sicut aqua ignem extinguit, ita ęlemosina peccata interimit; » æciam Tobi conclamans, dicens : « Fili, non cessas dare ęlemosinam, quia a morte liberat animam. » Illam autem donationem facimus beato Victori, Massiliensi martiri, et monachis omnibus ibidem servientibus. Verum, si quis mortis auctor vel veritatis falsator aut falsitatis illator irrumpere aut calumpniare vel inquiętare temptaverit, * non valeat v°.
adimplere quod nequiter quesierit, sed victus et confusus cogatur componere x libras auri, et, emendato precio, possideat perhenniter perpetuas pęnas inferni et participetur in perpetuum tormentis Judę traditoris, quod ausus fuit annullare scripturam hujus donationis, et perpetim hęc donatio firma et inconvulsa permaneat.

Facta hęc donatio millesimo LXIIII anno ab incarnatione Domini, indicione VI.

Ysnardus firmat. Isoardus firmat. Bermundus firmat. Rostagnus firmat. Ugo firmat. Filii ejus Maletus et Galdemarus firmant. Bellaroth firmat.

716.

Carta de Margallana.

1064 — 1079. In Dei omnipotentis nomine. Ego Aramberta, filia quondam Heldeberti de Murmurone, facio donationem Domino Deo et monasterio sancte Marię sanctique Victoris Massilicnsis, et domno abbati Bernardo, omnibusque successoribus ejus et omni congregationi, in dicto cęnobio perpetim permanenti, de uno scilicet manso qui est in comitatu Gnapincensi, in territorio villę quę dicitur Margallana, quem excolit homo nomine Beraldus cum filiis suis. Ego jam dicta Aramberta supradictam donationem facio, pro redemptione animę meę parentumque meorum, ita ut ab odierna die servi Dei eam habeant et omni tempore possideant, sine ulla contrarietate cunctorum hominum. Et hoc donum propria manu mea firmo, et filios meos cunctosque subter scriptos testes ut firment mando.

Willelmus de Rocha firmat. Almaricus, frater ejus, firmat.

717.

Valernę.

1069. Omnipotentis Dei dilectione tacti promissionumque ipsius spe incitati, quibus animare est ad sui dilectionem peccatores dignatus: « Date, inquiens, pro Deo elemosinam, et ecce sunt vobis munda omnia; » et : « Quomodo ignem aqua extinguit, ita elemosina peccatum consumit; » pia ejusdem Dei ordinatione, ego Isnardus fraterque meus Isoardus, Valernensium indigene, donamus omnipotenti Deo beatique Victoris martiris cęnobio, haud longe a Massilia fundato, monachisque ibidem Deo servientibus, futuris et omnibus presentibus, unum mansum quem excolit Pontius Ferrandus, ab integro, cum vineis, pratis, campis, vineis, pratis, garricis cultis et incultis, cum arboribus pomiferis et infructuosis, necnon et omnia sibi adjacentia, preter decimationem. Insuper donamus supradicto martiri Victori glorioso hoc quod Ingelbertus excolit, datum in sponsalitium sancti Erigii

ęcclesię, omnino sicuti de supradicto manso, et insuper decimationem cum ęcclesia. Hoc non pro mortali hujus seculi lucro nec pro laude humana diffamante in vulgo, sed formidantes ultrices pęnas delictorum atque prenoscentes gravatos mole flagitiorum, ut mereamur consequi veniam peccatorum eruique valeamus a laqueo zabulorum, hoc donamus Deo, regi cęlorum, Victorique martiri, sotio angelorum, pro animabus nostris et parentum nostrorum, insuper maxime pro anima fratris nostri Galdemari, qui initium sumpsit hanc ęlemosinam dandi[1], ut in omnibus percipiat mercedem cum filiis Altissimi. Sane si quis, nos aut hęredum nostrorum vel quelibet persona, socia iniquorum, hanc donationem violare vel frangere temptaverit, non valeat vindicare quod repetit, sed persolvere cogatur in vinculo auri obtimi libras L, et insuper perhenniter incurrat omnipotentis Dei omniumque sanctorum suorum iram; et sic eum infernus degluciat, uti terra deglutivit Dathan et Abiron cum contione eorum; et cum Juda traditore eterni incendii pęnas sustineat, cum his qui dixerunt Domino Deo : « Viam tuam nolumus; » necnon cum his qui Pilato dixerunt : « Sanguis ejus super nos et super filios nostros, » cum his quoque qui dicebant possidere se sanctuarium Dei; deficiat ita ut non sit, et ponatur in circuitu ut rota et ut stipulam ante faciem venti; erubescat et conturbetur; ubicumque ierit, confundaturque et pereat, et deincebs hęc donatio stabilis incorrupta permaneat.

Facta hęc donatio presenti beneficio anno Christi millesimo VIIILX[2], regnante Domino Christo, qui cęli sedet solio, indicione VI[a], regnante Heienrico[2], imperatore Romano.

Isoardus vicecomes firmavit. Bertrannus, frater ejus, firmavit. Ego Isnardus et uxor mea Auriunda, filius meus Raimundus, et ego Isoardus et uxor mea Adalax et filii mei Isnardus et Matfredus, hanc donationem scribi rogavimus, ac tęstes preordinavimus et manibus nostris libenter firmavimus. Galdemarus Camelus firmavit. Conjux ejus Dalmatia firmavit. Petrus presbiter firmavit. Bombpars et conjux ejus firmaverunt. Ricaudus firmavit. Isnardus firmavit. Uper-

[1] Vid. sup. n. 613 et 614.

[2] Indictio 6 annum 1069 flagitat, non 1051.

tus firmavit. Pontius Carboneus firmavit. Bermondus Descaltius firmavit.

f° 163. **718.**

Item, de Dromone.

Circ. 1033. Regem[1] regum altissimo et vero Deo concedente, in ipsius ęternitatis nomine, Ego Waldemarus Forsanus et frater suus Isoardus, Ricaudus, Hebermonus, Beraldus, Ericaudus, Mancipius, Guigus et uxor sua Ebresia, Autrigus et Isnardus de Volona, Feraldus, Eramerius de Toard; isti seniores fecerunt donationem sancti Victoris martiris Massiliensis, atque sancti Genesii, martiris Dromonensis, in territorio de castro Dromone. Et habet consortes : ad meridie, Posterula de rocha Cardaonis, et sicut rocha tenet usque ad clusa Cardaonis, et alia roca sursum in Velega, et descendit in collo Tannaruga, et vadit sursum in Gardiola, et alia roca usque ad Escala et usque ad Ursaisola. Galdemarus supradicti donationem fecit unum mansum de Prezone et Lautardo, pro anima ipsius, in territorio de castro Dromone; et Isoardus Cais, unum mansum de Martinus Criselada; et Sisbertus, pro redemptione anima ejus vel parentum suorum, et Bermonnus de Dromone et uxor sua Ajalmos dederunt unum mansum de Alberto Guers, de Vigorose, pro redemptione animarum suarum vel parentum suorum, in Agarna una vinea, supra ęcclesia, et in Barles una cabannaria. Et istius seniores supradicti donamus ista donatione, pro animarum nostrarum vel parentum nostrorum. Regnante Domino Deo. Sane si quis extiterit illius personę homo, ullo umquam tempore, qui, hanc cartam donationis nostrę destruere volens, aut nullare, destruere vel annullare voluerit, non valeat, sed vinctus componat in vinculo auri optimi libras x, *etc.*

Bermundus cum filiis firmat. Rostagnus cum fratribus suis firmat. Autrigus cum fratribus suis firmat. Boso cum fratre suo firmat. Ricaudus cum filiis suis firmat. Galdemarus cum filiis suis firmat. Eleontius cum filiis suis firmat[1].

[1] Pro *rege*.

[2] Cf. n. 713 et 714.

719.

Dromo.

Dei omnipotentis amore tactus, *etc.* Ego Ermembertus et uxor sua Ermensenna quiddam nostrę hęreditatis, quod huic meę uxori evenit ereditario jure parentum suorum, ipse ego et illa donamus omnipotenti Domino ejusque gloriosissimi Victoris martiris Massiliensi monasterio, pro animarum nostrarum parentumque nostrorum remedium, ut nostrorum abolitionem reatuum accipere mereamur a pio Domino, in tremendi examinis judicio. Illud vero ęreditatis jam superius dictum extat unus clusus vineę, qui est situs in territorio villę Viliosco, in comitatu Vapincensi. Consortes vero hujus supradicti doni sunt hi: ab oriente, terra Prunonis; a meridie, via puplica; ab ocasu, terra Gisle et filiorum suorum; ab aquilone, vineę supradictę Gislę.... Si quis ergo presentium vel futurorum irrumpere voluerit hoc donum, cogatur in vinculo auri obtimi duas libras exsolvere; insuper, *etc.* 1038.

Facta donatio hęc anno incarnationis dominicę millesimo XXXVIII, indicione VII, regnante Domino Jhesu Christo.

Upertus et filii ejus Isnardus firmant. Petrus presbiter, filius Lęti, firmat. Pontius Malsangus firmat. Beto faber firmat. Allo Maurellus firmat.

720.

Dromo.

Ego Daniel et Rodulfus, qui sumus parrochiani de castellò de Dromone, facimus guirpitionem sancto Victori, Massiliensis monasterii, et sancto Genesio, qui est obędientia ejus, de toto alodio et de terris cultis et incultis, quę de ista ora in antea erunt donata ipso sancto Victori et sancto Genesio, et de vivis et de mortuis, ita ut ab hac ora nullam amplius faciam[1] contrapellationem habeamus de ipso alode adversus ipsum locum sanctum et habitatores ejus. Et recipimus pro hac guirpitione unum de melioribus signis, quę sunt in ipsa obędientia sancti Sæcul. XI.

[1] Sic.

Genesii, ad honorem de nostra ęcclesia. Ego Danihel et Rodulfus, sicut jam dictum [est], fecimus guirpitionem sancto Victori Massiliensi et sancto Genesio qui est in territorio de Dromone et qui est obędientia ejusdem sancti Victoris, et habitatoribus ejusdem loci, tam presentibus quamque futuris, de toto alode et de totis terris cultis et incultis, que erunt donata ipso sancto Victori et sancto Genesio, de mortuis [et] de vivis. Et pro hoc recepimus unum de majoribus signis de ipsa obe-
v°. dientia ad honorem de nostra * ęcclesia. Si quis autem hanc guirpitionem et relaxationem voluerit annullare aut decurtare aut in aliquo inquiętare, non valeat habere quod desiderat, sed cogatur prenominato sancto Victori et sancto Genesio et habitatoribus ejusdem loci x libras auri persolvere; insuper, nisi digna emendatione emendaverit, omnes maledictiones quę sunt in novo et in veteri Testamento venient super illum, et dampnabitur in inferno inferiori cum Juda traditore.

721.

1038. Dei omnipotens amore tactus, *etc.* Ego Lanfredus Monachus et uxor mea Aimerudis et filii nostri, sponte damus sancto Victori martiri vel sancto Genesio partem quam nobis procedit de ęreditate quam habemus cum fratribus nostris vel ceteris ęredibus. Et est sita hęc ęreditas in loco quod vocatur Clapera atque in territorio castri Dromonis, in comitatu Gapincensi. Consortes vero hujus supradictę donationis hii sunt : ab oriente, rivus qui descendit de Salsa; a meridie, via puplica, et de via-puplica usque in Posterula; ab occasu, roca Cardaonis. Igitur ego Lanfredus et uxor mea Agmerudis et filii mei jam supra donationem predictam monasterio donamus ex integro, et hanc donationem scribi rogavimus et manu propria firmavimus. Si quis ergo presentium vel futurorum irrumpere voluerit hoc donum, cogatur in vinculo auri optimi II libras exsolvere, insuper et maledictio Dei omnipotentis sanctorumque omnium super eum descendat, et hęc donatio inconvulsa permaneat.

Facta donatio hęc anno incarnationis dominicę millesimo XXXVIII, ¡ndicione VIII, regnante Domino Jhesu Christo.

Arnaldus presbiter de sanctus Simphorianus, donacio in loco quod vocatur Clapera, sua hereditate. Umbertus de Sancto Simphoriano et filiis suis Petrus, Umbertus, donacio sua hęreditate, in campo quod vocatur Clapera.

722.

Dromo.

Rege regum altissimo et vero Deo concedente, in ipsius ęternitatis nomine, Ego Bermundus, filius quondam Aialmus, de Dromone, sciens, secundum evvangelicam auctoritatem, me vocatum esse ad premia regni cęlorum cum innumerabilium populorum multitudine, et, pro diversorum meorum peccaminum labe, nisi gratia Dei annuente, timens cum electione paucorum non esse, reddo, dono, offero quendam filium meum Guillelmum, cum domnę Richildis matris ejus voluntate et consilio, eidem immenso Domino Deo et sanctę Dei genitricis Marię, gloriosisimique martiris Victoris Massiliensis cęnobio, in manibus domni abbatis Richardi, cardinalis Romani, monachorumque ejus cętui, ut ab odierno die vivens sub disciplina regulari, adjutus intercessionibus ejus omniumque fidelium Dei, cohęres esse merear in electione servorum Jhesu Christi. Dono igitur pro eo et cum eo Domino Deo vivo et vero et jam dicto monasterio sanctoque Genesio, et abitatoribus ejus presentibus atque futuris, de alode, quamvis parum sit, meo, in castri Dromonis territorio, in ępiscopatu Gapincensi posito, siue ullius diversitatis retentione, cujusdam hominis Amalfredi totum et ab integro tenementum omne, quem nunc tenet alter homo Marinus nomine, quem, cum servitio quod facit vel facere debet, jure hęreditario transfundo, cedo, dono, cum dictę domnę Richildis filiorumque ejus hominumque meorum, militum et pajensium consilio. 27 aug. 1086, 1086. 1097 vel 1103

Facta autem est hęc carta in die jovis et conscripta, precipiente supradicto Bermundo, in sancti Genesii claustro, die mensis augusti XXVII, in secula ęterna regnante Domino Deo.

Sane si quis extiterit ullius personę homo, ullo unquam tempore, qui hanc cartam donationis meę destruere volens annullare voluerit,

non valeat, sed victus componat in vinculo auri optimi libras XX, quia ego hanc cartam donavi et firmavi, et ut alii firment mandavi.

723.

Dromo.

Circ. 1040. In nomine Dei. Ego Bermundus cum filiis suis, et Petrus Villanus cum filiis suis, et Rostagnus cum fratribus suis, et Beraldus cum filiis suis, et Boso cum fratre suo Barnoino, et Ricaudus cum filiis suis, et Sisberto, donamus Domino Deo et sancto Victori, martiri Massiliensi, et sancto Genesio, terram cum arboribus, quę est subtus in Inter Petras, a las Nogeiras, et nos et omnes nostri qui pro nobis abent, pro redemptione animarum nostrarum vel parentum nostrorum. Et insuper donat Beraldus cum supradictis filiis alodum de Bononia. Sane, si nos, auth aliquis nostrorum hęredum vel quęlibet ingenua persona hanc donationem violare temptaverit, non valeat quod appetit injuste, sed cogatur in vinculo persolvere auri obtimi libras L, *etc.*

f° 164.

724.

Dromo.

Circ. 1040. Rege regum altissimo et vero Deo concedente, in ipsius ęternitatis nomine, Beraldus cum filiis suis donavermut in territorio Anti Petras, in campis et in vineis, valentia unum mansum a sancto Victori Massiliensi, et sancti Genesii martiris, unum campum, quę fuit Rainardus Filosophus, a la Sorbeira; alium campum a Viralla, et alium campum a Sancto Andreę, quę fuit Pontio Brunerio; alium campum, a collo Viralla, quę fuit in Aurlino; et alium campum in Gubrium, quę fuit Raial; et de Nogerios, et de terra de Ruivolia Jabroni, suam partem, in una mediętate la tercia in alia mediętate, la quinta; et una vinea in Botonz, de oriente rivuli quę nominant Azola, ad occidente rivuli quę nominant Aiabrone; et in montem Oes la terra de Rainardus Gramaticus, culta et inculta; et in Misel, quinque sextaradas.

Autrigus firmat. Faraldus firmat. Ricaudus firmat. Petrus firmat. Willelmus firmat. Gualdemarus firmat.

725.

Dromo.

In Dei nomine. Ego Ysnardus, cum filiis suis, id est Rostagnus, Hugo, Guigo atque Bermunde, et Rupertus atque Bermundus cum filiis suis Ysnardus, Petrus, Guillelmus, facio donationem et guirpitionem ad monasterium sancti Victoris, ęcclesiam scilicet sancti Genesii, cum omnibus terris quos ibi nominavit, intus vel deforis, ubi et ubi. Ego Bermundus cum filiis suis, et Rostagnus cum fraţribus suis, dono et firmo Deo omnipotenti et ejus martiri glorioso, super hoc altario sancti Genesii, pro redemptione animarum nostrarum vel patris et matribus nostris, et omnibus consanguineis nostris, eo teneris[1], sicuti seniores nostri et patres nostri dederunt, francho honore. Et nos similiter facimus et firmamus, pro animarum nostrarum, ut nec nos nec ulla persona faciamus nullam apprehensionem, nec in hominibus nec in avero nec in honore, per ullum ingenium; neque per ullum ingenium, neque per ullum morem, extra bonam voluntatem monachi, cui abbas comendaverit, omnino quiquam faciam. Si autem nos (quod absit), aut ullus homo aut ulla femina hanc donationem inquiętare vel inrumpere presumpserit, non valeat, sed iram Dei omnipotentis incurrat, et cum Dathan et Abiron et Juda traditore, qui dixerunt Domino Deo : « Recede a nobis, » hereditatem accipiat, nisi cum emendatione si hoc ipsum restauraverit infra XL dies, si ab aquel non otrobava[2] quę in isto loco permanet. Bermundus firmat. Rostagnus firmat. Boso firmat. Ugo firmat. Guigo firmat. Bermondus firmat. Rupertus firmat. Isnardus, filius Bermundi, firmat. Pontius firmat. Wilielmus firmat. Propterea et monachi sancti Victoris dederunt LX solidos denariorum, et difinita omnia mala que fecerat Bermundus cum suis sancto Victori et sancto Genesio, et perdonarunt Rostagnus et fratribus ejus quatuor trentennerios ovium et omnia mala quę fecerant sancto Victori et sancto Genesio, excepto, quando laborabunt foris territorium Sancti Genesii, accipient tres garbas in tempore messis. Circ. 1040.

[1] Pro *tenore*. [2] Sic

726.

Dromo.

Circ. 1040. In Dei nomine. Ego Ysoardus et Guillelmus, frater ejus, de Castro Forti, et filii eorum, id est Isnardus et Isoardus atque Isnardus, Rostagnus et Guillelmus, terram de Collo dederunt mihi Stephanum Jausolem per scambium propter meum alodem. Ego et supradicti mei seniores donamus Domino Deo et sancto Victori Massiliensi atque sancto Genesio et monachis ibidem servientibus [presentibus] atque futuris, pro redemptione animarum nostrarum vel parentum nostrorum. Et ipsa terra abet consortes : ab oriente, terra sancti Genesi; ab occidente, fonte Tannarigua, et ab aquilone, dente de Roca; a meridie, usque in Venlegua. Et hęc carta, absque vitio facta, firma et stabilis et incorrupta permaneat, *etc.*

727.

Circ. 1040. Conventionem fecerunt Ysnardus et Rostagnus et Villelmus de Castro Forti cum monachis sancti Victoris et sancti Genesii, de toto ubago, sicut rivus aque venit, fontem Tannariguam, et descendit usque in via quę venit Castro Forti, et per alia via quę venit Valerno usque in terram Rotam, et pervenit in Roca Cacia, quia nullus homo vel ulla femina minime potest aquirere, neque per precium neque per ullum ingenium, nisi monachi sancti Victoris et sancti Genesii, pro redemptione animarum nostrarum vel parentum nostrorum.

728.

Circ. 1040. In Dei nomine. Ego Beraldus et filii mei donamus Domino Deo et sancto Victori unam cabannariam in castro Baldimento, quam excoluit homo nomine Nadalsarca Nova, cum campis et vineis, in ortis et pratis, terris cultis et incultis. Donamus ęciam ipsam vineam quę est in territorio de villa quę nominant Vilosco, quę est in loco quem nominant Lars. Et habet consortes : ab oriente, terra de Uperto et fratribus

suis; a meridie, terra de Berna, de Boscaderio; ab occidente, vinea de Beraldo Teubranno; et ab aquilone, via puplica. Dono ęciam et ipsam terciam partem de omnem decimam de territorio Sancti Genesii. Hęc omnia supra nominata donamus pro redemptione animarum nostrarum et pro anima Lautardi.

729.

v°.

Carta de Aldiarda.

Aldearda et Rodulfus, filius ejus, et Adalgarda, filia ejus, dederunt sancto Victori Massiliensi martiri et sancto Genesio mansionem et ortum et vineam et omne alodum quod habebant Inter Petras, et hoc quod dedit Isnardo nepoti suo, in domo et in orto et in vinea, in vita ejus; post ejus mortem, redeat sancto Victori et sancto Genesio. Stephanus de Guarda firmavit. Johannes, frater ejus, firmavit. Humbertus firmavit. Et si quis, *etc.* Sæc. XI.

730.

Carta de Riona.

In sancte et individuę Trinitatis nomine. Ego Rupertus, Percipiæ filius et Gapincensis episcopus, et eadem mater mea jam dicta Percipia, et fratres mei Laugerius, Hugo et Raimbaldus, necnon quidam de nostris hominibus, videlicet Pontius de Cadrarossa et Pontius de Sancto Albano, utrique clerici, et Hugo bajulus et Rostagnus de Ventoriolo, feminę quoque, cum his aliisque hominibus audientes Dominum, per scripturam vitę consilium dantem atque dicentem, *etc.* Facimus donationem de nostro alode et nostris rebus Domino Deo et altari quod est consecratum in honore sancte Mariæ semper virginis, et sancti Victoris martiris, in monasterio Massiliensi, et domno Petro, ejusdem loci abbati, et post ipsum futuris abbatibus simulque congregationi, tam presenti quam ętiam futurę. Ego quidem jam dictus Ripertus episcopus, et ambo Pontii supra nominati, cum consilio matris meę et fratrum meorum, donamus prescripto altari sancte Mariæ et sancti Victoris ęcclesiam scilicet sancti Petri de Rionia, cum suis 1060.

altaribus et cum omnibus rebus ad eadem altaria pertinentibus. Insuper ego ipse Ripertus episcopus, et omnes fratres mei supradicti donamus ipsum mansum de Aujarda, cum mediętate quam habemus in defenso quod est ante eandem ęcclesiam, ad proprium alodium. Hugo quoque bajulus et Aldiarda, uxor ejus, et filii ejus quantum habent in ipso manso donant similiter. Frater autem meus Laugerius et sua mulier Dalmacia donant ad proprium alodem, terram quę dicitur in Rubinas, cultam et incultam, cum suis arboribus et cum omnibus rebus quę de ipsa terra exeunt et ad ipsos pertinent ; mater mea domna Percipia, dimidium mansum, in territorio castri quod dicitur Poietum, cum toto servitio; Ripertus de Cadarossa, dimidium mansum; Pontius de Mollans, unam modiatam de terra culta, in loco qui dicitur Dossum, in vesticionem, ut ipse, post mortem matris suę, dare debeat dimidium mansum. Rostagnus de Ventoriolo et sua mulier et sui filii, me Riperto precante, donant ipsam terram quę est infra ęcclesiam sancti Petri et aquam que dicetur Ovitia. Pontius de Sancto Albano et sua mulier suique filii donant ipsam terram quę est ad caput ęcclesię sancti Petri ; Ripertus Lagetus, unam modiatam de vinea, in loco qui dicitur Condaminas, cum ipso homine qui eam laborat et qui nominatur Teothbaldus Anseberti. Bonissima et filii ejus et Desiderius et soror ejus Poncia et filii filięque eorum Petrus et Stephanus filii Bonaldi et sorores eorum, Poncius Russus et suus frater Poncius Bolbengus, et mulieres eorum et filii eorum Giraldus Russus et Maria Asteria et filii ejus, et Paschalis de Riomis, isti omnes donant decimum de vino de vineis quas habent in loco qui dicitur Mora. Poncius Rotbaldi, presbiter de Rionia, donat decimum quod habet in Casa Nova. Bermundus de Petra Castello et uxor sua Fribilia et filii ejus donant totum decimum quod habent in loco qui dicitur Condaminas, precante fratre meo Laugerio, et ipsum donum firmavit Ripertus Lagetus, in manu predicti domni Petri abbatis; Ansiarda et sui filii donant mediętatem de ipsa vinea de Teubaldo Bosceto, cum toto quod pertinet ad eos. Stephanus, presbiter de Corberia, et sui fratres donant, in loco quem appellant Rode monachos, unam semodiatam de terra culta, cum toto quod ad ipsos pertinebat. In eodem loco, Pontius Lamberti donat

suum decimum, quod ad ipsum pertinet alodium. Dodo in eodem loco donat suum decimum, cum aliquo de terra et cum arboribus quas ibi habet. Stocia et sui filii, Lauteldis et sui filii, Pontius Rode monachos donant in eodem loco decimum suum. Pontius Robaldi, presbiter de Rionia, Lautardus presbiter, Robaldus presbiter et fratres ejus, Arnaldus presbiter et fratres ejus, Pontius Rionius, Pascalis, Ricardus, Beto, donant quod totum habent in loco qui vocatur Albucetum. Barnardus presbiter, filius Bonissimę, et fratres ejus, Mianfredus *, Johannes clericus, Aldemarus et sui fratres, Arnaldus Talazanus, Pontius presbiter de Prato Meiano et Johannes frater ejus, Petrus Faber, hii omnes donant decimum de suis pratis. f° 168.

Ego sepe nominatus Ripertus, episcopus Gapincensis, et mater mea et fratres mei, et omnes suprascripti hominnes et feminę, omnia supra nominata, ad proprium alodem et proprium tenementum in perpetuum abenda, donamus prescripto altari sanctę Marię, semper virginis, et sancti Victoris, monasterii Massiliensis, et domno Petro, abbati ejusdem loci, *etc.* Si quis autem de nostris amicis, hominibus atque feminis, et de qualicumque loco sit, qui hanc donationem amajoravit, Deus omnipotens custodiat eum ab omni malo in hoc seculo, et post mortem donet ei vitam ęternam in futuro. Si quis vero eandem donationem annullare vel decurtare nisus fuerit, non valeat vindicare quod desideravit, sed cogatur solvere prescriptis monachis monasterii sancti Victoris Massiliensis auri purissimi c libras, *etc.*

Acta est autem anno incarnationis Domini nostri Jhesu Christi millesimo LX, indicione XII, epacta vero III.

Ripertus episcopus firmavit. Laugerius firmavit. Ugo firmavit. Pontius de Cadrarossa firmavit. Petrus firmavit. Ripertus Latro Longus firmavit. Ugo de Cadarossa firmavit. Pontius de Mollans firmavit. Rostagnus de Ventoriolo firmavit. Sirus monachus scripsit.

731.

Carta de Trescleus.

21 aug. 1075. In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Ripertus[1], divinę gracię aspiratione conpunctus, dum intra memetipsum recogito pro peccatis meis unde magis possim omnipotentem Deum placare, nichil ad hoc utilius excogitando prospitio, quam si de rebus meis, in vita mea, talis inicietur oblatio, quę sit apud ipsum animę meę cotidiana sempiternaquę redemptio. Ea intentione, cum ipsius gracię divinę auxilio, in possesione mea quę mihi ex parentibus meis hęreditario jurę successit, cellam servorum Dei fundare desidero, quam utinam omnipotentis Dei dignatio in monasterium pro[mo]veat et usque ad regularem congregationem clementia suę piętatis excrescendo perducat, et, sicut altare Noe, sacrificium Abraę, holocaustum David templumque Salomonis, accipere in beneplacito suo dignetur. Igitur, in territorio castri mei quod vocatur Trescleus, in monticulo ubi [est] ęcclesia sanctę Marię sanctoque Victori, glorio[si]ssimo martiri, in monasterio Massiliensi; et est ipse locus jam dictus in ępiscopatu Guapincensi, in territorio prescripti castelli quod appellatur Trescleus, ubi, cum Dei adjutorio, monasterium fiat, in quo monachi habitent, psalmodias cęlebrent, sacrificium offerant, pauperes recreent, peregrinos suscipiant, et hęc atque alia bonorum operum studia, secundum possibilitatem sive devotionem suam, juxta preceptum Domini atque ordinationem abbatis sui, id est Massiliensis, exerceant; quorum omnium anima mea et aninę parentum meorum participes in ęternum existant. Dono ęciam omnem honorem quem habet per me Pontius presbiter fideliter[2] meus; similiter et omnes quicumque per me honorem habent sive habuerint, cujuscumque sexus sint aut conditionis aut ordinis, quantumcumque ex eo quod per me abuerint, dare ad sanctum Victorem pro animabus suis voluerint, licentiam habeant. Quod si ad alodem dederint, ego donationem eorum firmo et roboro. Si fevum donaverint, ego eis ut

[1] Ripertus II, Vapincensis episcopus. [2] Fort. pro *fidelis*.

sancto Victori libere dare possint, de ipso fevo alodem facio, ut omnes mei fideles esse possint hęlemosinę hujus participes. Hęc omnia, sicut supra scripta sunt, sive quę data sunt sive quę in futuro a nobis sive a nostris donata fuerint, ad ipsum prefatum sancti Victoris martiris monasterium, videlicet terras cultas et incultas, cum pratis, pascuis, exiis et regresiis, arboribus fructuosis et infructuosis, aquis et fontibus, montibus et vallibus, rupibus et collibus, et cum omnibus pertinentiis suis; insuper nominatum, in bosco vel in defenso meo, quantum opus habuerint monachi, sive ad domos instruendas sive ad ligna utenda, et in aqua Blennenca piscationem, quantum necesse habuerint, et in quocumque loco illis molendinum ędificare placuerit, faciant, habeant, et possideant. Et in cunctis ęcclesiis, quę sunt in ipso territorio vel fuerint de ipso castro prenominato Trescleus, quantum ego habeo, quod juste sive legaliter * offerre vel ştabilire in servitium Dei debeo, v°. sive in decimis, sive in primiciis vel offerendis et in cunctis ęcclesiasticis omnino rebus, totum et ab integrum ad ipsum monasterium sancti Victoris martiris offero, cedo et dono. Cuncta hęc ego Ripertus, sicut supra scriptum est, dono omnipotenti Deo et sanctę Dei genitrici Mariæ, sanctoque Victori martiri et abbati Bernardo, et successoribus ejus et monachis in monasterio Massiliensi Deo servientibus, tam presentibus quam futuris, pro salute animę meę omniumque parentum meorum et omnium fidelium christianorum, tam vivorum quam ęciam defunctorum, in redemptione omnium peccatorum nostrorum, ut abeant, *etc.* Si quis autem (quod absit) hanc nostram ęlemosinariam donationem.... minuere vel inquiętare temptaverit, nisi resipuerit, anathema in perpetuum sit; quod si elegerit ut in peccato persistat, convictus legibus, sacrilegus et reus, quę abstulerat in duplum restituat, et insuper maledictiones omnes quę in veteri vel in novo Testamento leguntur, incurrat.

Ego Ripertus Geraldi, qui hanc donacionem firmavi et testibus firmare rogavi. Isnardus firmavit. Bermundus, frater ejus, firmavit. Faraldus firmavit. Poncius Adalbaldi firmavit. Pontius, presbiter parrochialis, firmavit. Leufredus et frater ejus Petrus firmaverunt. Hugo de Stela firmavit. Raiambaldus firmavit.

Facta est carta donationis hujus anno incarnacionis dominicę mille-

simo LXXV, XII kalendas septembris, regnante Domino nostro Jhesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum, amen.

Poncius Bonifilius firmavit. Robertus, sacerdos et monachus, rogatus scripsit, jubente Bernardo abbate.

732.

Alia.

21 aug. 1075. In nomine sanctę et individuæ Trinitatis. Ego Pontius Adalbaldi sacerdos, audiens illam promissionem divinam, *etc.*; dono in ęlemosinâ omnipotenti Deo et sanctę Dei genitrici semperquę virgini Mariæ, sanctoque Victori, glorio[si]ssimo martiri, et abbati Bernardo [1], et successoribus ejus et monachis in monasterio Massiliensi Deo servientibus, tam presentibus quam futuris, omnem honorem meum, totum scilicet alodium atque fevum quod habeo in toto territorio castelli quod appellatur Trescleus, in domibus et in campis, vineis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, arboribus cuncti generis, montibus et incultis et collibus, rupibus et vallibus, et omnibus omnino rebus quęcumque ad me pertinent. Quantum ego in toto territorio vel in ipso castro de Treuscleus habeo, vel aliqui per me, totum ad monasterium sancti Victoris trado, cedo et dono, pro redemptione animę meę et omnium parentum meorum vivorum et defunctorum, et pro anima Riperti, senioris mei, et patri atque avitta ejus Riperti, qui parentes meos in hanc terram adduxerunt.... Si quis autem hanc nostram donationem minuere vel inquiętare temptaverit, quę abstulerat coactus in duplum restituat, ac, nisi digne pęnituerit, excommunicatus et condempnatus atque anathematizatus in secula seculorum existat.

Facta autem carta donationis hujus anno incarnationis dominicę millesimo LXXV, XII kalendas septembris.

Ego Pontius sacerdos hanc donationem firmavi et testes firmare rogavi. Ripertus firmavit. Bermundus firmavit. Gauzfredus firmavit. Petrus firmavit. Raimbaldus firmavit.

[1] Bernardus de Ruthenis.

733.

f° 166.

. . . . . [1]

et abbati et monachis presentibus et futuris, quantum nos habemus, aut aliquis homo per nos, in castro sive villa Belgenciaco et in toto terminio ejus. Domnus Dalmatius scripsit.

734.

Carta Leodegarii, Vapicensi ępiscopi. — Carta de Tresclevis.

Notum sit omnibus fidelibus sanctę Dei ęcclesię curam gerentibus, 21 mart. 1115
quod ego secundus Leodegarius[2], Dei gracia, Vapincensis ępiscopus, ęcclesias de Tresclevis, scilicet ęcclesiam sancte Marię et illam sancti Michaelis et illam sancti Clementis, integre cum primitiis, oblationibus et decimis omnibus et omnibus ecclesiasticis, tam cultis quam incultis, cum consilio et laude canonicorum meorum, per manum Petri Pictavini prioris, dono ęcclesię sancti Victoris Massiliensis, tali conditione ut ęcclesiæ predicte de Tresclevis Vapicensi ępiscopo, pro mea parte decimorum, annuatim quinque solidos valentinensium pro censu in festo sancti Andreę reddant, excepta synodali censura. Hęc sunt nomina canonicorum hoc donum laudantium : Petrus sacrista, Petrus Visiliensis prepositus, Wilelmus, Petrus de Sancto Arigio, Petrus Geraldi, Petrus Odomi, Stephanus Maifredi, Petrus Bonifilii, Isarnus Dio, Petrus gramaticus, Raimbaldus, Raimundus, Wilelmus Coirellus, Stephanus Maifridi minor, Alamannus, Maurinus.

Data Vapinci, XII kalendas aprilis, luna XIII[3], anno ab incarnatione Domini millesimo CXV.

735.

Carta de Sub Ripis.

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Petrus, 26 aug. 1129.

[1] Avulso, ut videtur, folio uno, desideratur initium hujus chartæ.

[2] Leodegarius II.

[3] Discordant notæ chronologicæ.

Dei gracia, Vapincensis episcopus, cum consensu et laude canonicorum meorum, dono monasterio sancti Victoris de Massilia æcclesiam sancti Petri et sancti Romani de Sub Ripis, cum omnibus æcclesiasticis rebus, primiciis, oblacionibus et decimis. Hoc autem donum facio prefatę Massiliensi æcclesię per manum Willelmi prioris et Raimundi camerarii integre, ut supradicta Massiliensis æcclesia cum omnibus æcclesiasticis rebus suis obtineat et possideat, et Vapincēnsi episcopo, pro sua dominicatura, ad festum sancti Andreę annuatim decem solidos valentinensium denariorum persolvat.

Hujus doni testes et laudatores sunt Vapincenses canonici : Raiambaldus sacrista, Ugo prepositus, Petrus Geraudi, Motetus, Poncius de Corbo, Gauterius, Petrus Geraudi presbiter, Petrus de Sancto Erigio et Ugo atque Petrus Willelmi et Facetus Dido.

Anno ab incarnacione Domini millesimo c xxvIII, VII kalendas septembris, feria II, luna VIII.

Petrus Geraldi, presbiter et canonicus, jubente domno Petro, Vapincensium episcopo, hanc cartam manibus suis scripsit.

v°. 736.

5 oct. 1159. Alexander [1], episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et universo capitulo monasterii sancti Dionisii, salutem et apostolicam benedictionem. Eterna et incomutabilis providentia conditoris sanctam et immaculatam ęcclesiam a sue fundationis exordio ea ratione voluit et ordine gubernari, ut unus ejus pastor et institutor existeret, cui universi ęcclesiarum prelati absque repugnantia subjacerent, et membra, tanquam suo capiti coherentia, ei se mirabili quadam unitate conjungerent et ab ipso nullatenus dissiderent. Qui vero apostolis suis pro eorum fidei firmitate promisit, dicens : « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consumationem seculi; » ille procul dubio ęcclesiam suam, cujus ipsi apostoli magisterium assumpserunt, sua promissione fraudari nullo modo patietur, sed eam in suo statu et

[1] Alexander III.

ordine, licet ad instar navicule Petri fluctuare aliquando videatur, perpetuo faciet permanere. Unde, et quamvis hoc tempore tres falsi fratres, qui a nobis quidem exierunt, sed non fuerunt de nobis, transfigurantes se in angelos lucis cum sint sathane, inconsutilem Christi tunicam, quam utique ipse idem, ex persona psalmografi, a leonibus petit et a framea erui et de manu canis orat ac postulat liberari, scindere et laniare laborent, Christus tamen, auctor et caput ecclesie, eam, velut unicam sponsam suam, provida gubernatione tuetur, et navem egregii piscatoris, licet sepius quatiatur a fluctibus, non permittit naufragium sustinere. Porro, cum antecessor noster bone memorie Adrianus [1] papa, kalendis septembris, dum essemus Anagnie, debitum nature solvisset et de terris ad cęlum, de imis migrasset, vocante Domino, ad superna, eo Romam adducto, et II nonas septembris, in ęcclesia beati Petri, presentibus fere omnibus fratribus, satis honorifice, sicut moris est, tumulato, ceperunt fratres et nos cum eis, secundum ecclesie consuetudinem, de substituendo pontifice in eadem ecclesia studiosius cogitare, et, tribus diebus inter se de ipsa electione tractantes, tandem in personam nostram, insufficientem huic honeri et tante dignitatis fastigio minime congruentem, omnes fratres quotquot fuerunt, tribus tantum exceptis, Octaviano [2] videlicet, J. de Sancto Martino [3] et G. Cremonensi [4] (Deo teste quia non mendatium fingimus, sed meram sicut est loquimur veritatem), concorditer atque hunanimiter convenerunt, et nos, assentiente clero ac populo, in Romanum pontificem elegerunt. Duo vero, J. videlicet et Guido, quos prenotavimus, tercium, Octavianum videlicet, nominantes, ad ejus electionem pertinaciter intendebant. Unde et ipse O. in tantam audaciam vesaniamque prorupit quod mantum, quo nos reluctantes et renitentes, quia nostram insufficientiam videbamus, juxta morem ecclesie, Odo, prior diaconus, induerat, tanquam arrepticius a collo nostro propriis manibus violenter excussit, et secum inter tumultuosos fremitus asportavit. Ceterum,

[1] Adrianus IV.

[2] Octavianus, cardinalis de Sancta-Cecilia, postea anti-papa.

[3] Joannes Morson, cardinalis de Sancto Martino.

[4] Guido de Crema seu Cremona, cardinalis de Sancto Calixto.

cum quidam de senatoribus tantum facinus inspexissent, unus ex eis, spiritu divino succensus, mantum ipsum de manu eripuit sevientis. Ipse vero ad quemdam capellanum suum, qui ad hoc instructus venerat et paratus, ilico flameos oculos fremebundus inflexit, clamans et innuens ut mantum quem secum portaverat festinanter afferret. Quo utique sine mora delato, idem Octavianus, abstracto pilleo et capite inclinato, cunctis fratribus aud loco inde aud voluntate remotis, mantum, per manus ejusdem capellani et cujusdam alterius clerici sui ambiciosus assumpsit, et ipse idem, quia non erat alius, in hoc opere capellano et clerico extitit coadjutor. Verum ex divino judicio credimus contigisse quod ea pars manti que tegere anteriora debuerat, multis videntibus et ridentibus, posteriora tegebat, et, cum ipse idem hoc emendare studiosius voluisset, quia capitium manti extra se raptus non poterat invenire, collo fimbria circumduxit, ut saltem mantus ipse appensus ei quomodolibet videretur; sicque factum est ut, sicut torte mentis erat et intentionis oblique, ita ex transverso et obliquo fuerit, in testimonium sue dampnationis, indutus. Quo facto, porte ecclesie, que firmate fuerant, reserantur et armatorum cunei, quos secum, sicut ex re apparuit, pecunie largitione conduxerat, evaginatis gladiis, in ipso strepitu cucurrerunt, et pestis illa mortifera, quia cardinales et episcopos non habebat, armatorum caterva militum vallabatur. Considerate itaque, dilecti in Domino filii, tam piaculare flagitium; tam execrabile sacrilegium diligenter attendite, et videte si est dolor sicut dolor iste, et si, ab exordio nascentis ecclesie, tanta vesania umquam fuerit a quolibet scismatico vel eretico attemptata. Fratres vero tam immensum facinus et a seculis inauditum ex insperato videntes, et formidantes ne a conducticiis militibus truncarentur, sese in munitionem ecclesie nobiscum pariter recepernnt, ibique novem diebus continuis, ne ex inde libere exiremus, fecit nos, quorumdam senatorum assensu, quos pecunia oblata corruperat, die noctuque armata manu cum omni diligentia custodiri. Sane, populo incessanter ac jugiter acclamante et in senatores pro tanta impietate multa immanitate fremente, de custodia fuimus illius munitionis erepti, sed in arciori et tutiori loco, apud Trans Tiberim, nos idem senatores, recepta inde pecunia, posuerunt.

Cumque moram ibidem ferme per triduum fecissemus, universo populo tantam proditionem atque maliciam de cetero nullatenus sustinente, senatores, cum nobilibus et populo venientes, nos et fratres nostros per urbem magnifice et onorifice, cum inmensis laudibus et preconiis, campanis etiam in transitu nostro ubique pulsantibus, conduxerunt, et, sic tandem a violentia persequentis erepti et nostre redditi libertati, sequenti die dominico, venerabilibus fratribus nostris G. Sabinensi, Huberto Hostiensi, B. Portuensi, G. Albanensi, J. Signiensi et B. Terracinensi episcopis, cardinalibus quoque, abbatibus, prioribus, judicibus, advocatis, scriniariis, primicherio et scola cantorum, nobilibus etiam et quadam parte de populo urbis, apud Nimpham, non longe ab urbe, insimul congregatis, munus consecrationis accepimus, et, sicut in Romana ecclesia consuetudinis est, ibidem pontificali regno magnifice fuimus ac sollempniter coronati. Ceterum predictus Octavianus, cum, pro consecratione immo exsecratione sua, dum et in urbe esset et postquam latenter urbem exivit, multos episcopos convocasset, nullum prorsus, preter unum Ferentinatensem videlicet, habere potuit, pro sua temeritate et vesania confirmanda. Quosdam tamen episcopos imperialibus minis, quosdam violentia laicali, quosdam vero pecuniis et blandiciis allicere voluit; sed nichil, Domino impediente, profecit, unde nec adhuc invenire potest, licet modis omnibus enitatur, qui ei manus exsecrationis imponat et se tante faciat presumptionis et impietatis auctorem[1]. Verum memorati J. et G.[2], cecitatis tenebris obvoluti, quoniam scriptum est : « Peccator, cum venerit in profundum vitiorum, contempnet, » nec sic a sua presumptione dampnabili resipiscunt, sed eundem Octavianum, quem sibi in statuam erexerunt, obstinata perfidia venerantur, et eum, relicta unitate ecclesie, presumunt usque adhuc tanquam ydolum aud simulacrum adorare. Ipse autem, Antichristi tempora prefigurans, usque adeo erectus est supra se, ut etiam in templo Dei sederit, ostendens se tanquam sit Deus, et multi abominationem desolationis stantem in loco

[1] Die 4 oct., Octavianus consecratus fuit, in abbatia Farfensi, ab episcopo Tusculano, nomineque Victoris accepit.

[2] Joannes de Sancto Martino et Guido de Cremona.

sancto non sine multa lacrimarum effusione corporeis oculis inspexerint. Sane nos, infirmitatem nostram et virtutum indigentiam cognoscentes, nostrum jactamus in Domino cogitatum, sperantes et de Christi misericordia plenius confidentes, quod ecclesiam suam sanctam, pro qua ipse idem in substantia nostre mortalitatis apparuit, ut eam sibi non habentem rugam aud maculam exiberet, obtata faciet tranquillitate letari, et, procellarum omnium inundatione sedata, nichil erit quod ei jam possit obsistere ubi unicus sponsus ejus voluerit nubilosa queque
i° 167. et noxia propulsare. Nunc * igitur, quia nos de nostrorum meritorum qualitate diffidemus et de honestate ac religione vestra plenam fiduciam optinemus, vestris et universalis ecclesie precibus infirmitatem nostram petimus adjuvari, caritatem vestram per apostolica scripta rogantes et commonentes attentius, ut, sicut viri catholici, vos pro domo Domini muros inexpugnabiles opponatis, et in devotione ac fidelitate matris vestre sacrosancte Romane ecclesie immobiliter persistentes, ab ejus unitate nullatenus recedatis. Quod si prefatus vir impietatis ad partes vestras aliqua dampnationis sue scripta transmiserit, ea sicut respuenda sunt respuatis et tanquam vana atque sacrilega contempnere et abicere studeatis. Noverit insuper discretio vestra quod nos supranominatum Octavianum apostaticum et scismaticum in octavo die a consecratione nostra (tunc enim terminum ei resipiscendi et ad unitatem matris ecclesie redeundi prefiximus), tanquam inobedientem et contumacem, et illos qui ei manus presumerent, non dicimus consecrationis, sed exsecrationis imponere, de communi fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium voluntate atque consilio, accensis candelis et cetu clericorum in ecclesia congregato, vinculo anathematis et excommunicationis astrinximus, et eos, cum suo auctore diabolo, condempnavimus. Duos quoque jam dictos fautores ejus J. de Sancto Martino et Guidonem Cremensem, et Ferentinatensem episcopum qui ei presumit pertinaciter adherere, aliosque complices et principales coadjutores ipsius, et omnes qui scienter ei communicaverint, eidem excommunicationi et condempnationi decrevimus subjacere.

Data Terracine, III nonas octubris [1].

[1] Cf. epistolas quæ de eisdem rebus ab Alexandro papa III scriptæ sunt archiepiscopo

737. f° 168.

Cartas de Caldol.

In sanctę et individuę Trinitatis nomine. Ego Gosfredus et Bertran- 1048.
nus, frater meus[1], utrique Provinciales marchiones sive comites, et illustres viri Guilielmus, Guigo, Isnardus, Dodonus, Pontius atque Hobertus, cum uxoribus et hęredibus nostris, audita causatione sive contrapellatione quam domnus Ysarnus, abbas sancti Victoris monasterii Massiliensis, et monachi ejusdem loci fecerunt adversum nos, pro villa quę nominatur secundum antiquos Caladius, secundum vero nostrum tempus dicitur Caldulus, quam vi tenebamus nobis; visa ęciam carta pervetusta, predictis viris ostendentibus, in qua scriptum habebatur quod Nemfidius, quondam patricius, et uxor ejus Adaltrudis, cum filiis tribus quos habebant, ipsam villam superius nominatam, per cartam legitimę donationis, donaverunt ipsi altari quod est consecratum in onore Dei et sanctę Marię semper virginis et sancti Victoris, martiris Christi, in monasterio supranominato, expavimus, et, ne in iram Dei, quod est orrendum et valde metuendum, aliquando incideremus, pertimuimus. Itaque, salubri consilio accepto salubriter, comuniter predictam villam jam dicto altari sanctę Marię semper virginis et sancti Victoris, in monasterio Massiliensi constituto, et abitatoribus ejusdem loci, tam presentibus quamque futuris, per guirpitionem reddidimus, ea scilicet ratione ut illa ipsi abeant, teneant et sine ulla contrapellatione et inquietatione possideant, et ut nos et nostri hęredes, et qui forte nati sunt ex nostra projenię vel nasciturі sunt, nullum censum, nullum servitium quęramus sive rapiamus seu suscipiamus de ipsa villa, neque per nos neque per aliquam suffectam personam, nisi forte habitatores predicti loci nobis voluerint tantum pro sola charitate aliquid donare. Si quis autem marchio, comes, vice-

Januensi, episcopo Bononiæ et episcopo Salzburgensi (ap. Muratori, *Script.*, VI, 272; Mansi, *Conc.*, XXI, 868, et Harzheim, *Conc. Germ.*, III, 378).

[1] Gaufredus I et Bertrandus I, filii comitis Guillelmi II.

comes aut aliqua alia persona, masculus vel femina, hanc donationem, ymmo guirpitionem nostram temptaverit annullare vel in aliquo inquietare, nullam societatem nobiscum habeat, sed cogatur LX auri libras supradicti loci habitatoribus persolvere; insuper omnes maledictiones, quę in veteri et novo inveniuntur scriptę Testamento, veniant super eum, nisi legitima emendatione satisfecerit.

Facta est autem hęc donationis sive guirpitionis karta anno ab incarnationis Domini millesimo XLVIII, indicione II, epacta III, luna vero XVIII. Obertus firmavit.

738.

(Ed. in *Gall. christ.*, III, instr., 209.)

16 mai. 1038

Auctoritas antiqua jubet legis quodcumque donum, duorum vel trium virorum confirmatum testimoniis, nullis, quacumque cogente necessitate, ullo tempore indigere scriptis; temporibus vero modernis, absque cartis et atramentis nullis creditur sacramentis. Quocirca, ego Hugo[1] vocitatus, in sancta sede Dignensi officio presulatus gracia Dei sublimatus, et pater meus Guigo, in cujus potestate constitutus meus esse videtur episcopatus, prece mea rogatus et amore Dei tactus, pro remissione peccatorum nostrorum, preteritorum, presentium quoque ac futurorum, de ipsius alodis quem vocant Caladium, qui jure antiquo pertinet ad sancti Victoris altarium, media decimatione, quę ad nostri pertinere videtur episcopii rationem, facimus elemosinariam donationem omnipotenti Deo et sancti Victoris martiris Massiliensis monasterio, tali scilicet ratione, sicut supra dictum est, per servorum Dei orationes et ineffabilis omnipotentis Dei miserationes, nostrorum mereamur omnium consequi peccatorum remissiones. Et, ut hęc donatio sive carta prestaria in nulla queat aboleri tempora, sub constitutione duarum cęre librarum censum in ea statuimus anniversarium reddendum a monachis, jure perpetuo, ad sanctę sedis Dignensis altarium. Sane si quis, nos aut successores nostri in futuro tempore, huic consti-

[1] Hugo I.

tucioni vel donationi voluerit contra ire, omnipotentis Dei iram incurrat, nisi cum emendatione satisfaciat. Igitur ego, gratia Dei, presul ordinatus, proprio nomine Hugo vocitatus, et pater meus Guigo, in cujus tuitione constitutus noster videtur esse episcopatus, a me supplici-ter rogatus, hanc donationem propria manu firmavimus et testes firmare rogavimus, sub ea constitutione quam supra diximus.

Facta hec donatio sive carta prestaria anno incarnationis Domini millesimo xxxviii, indicione vi, xvii kalendas juni, feria iii.

739.

Descripcio noticiæ clarique indicii, qualiter precipiente domno Alberto[1] et uxor ejus et filio ejus Guidone, Petrus[2], abba sancti Victoris, et monachi ejus et alodarii villę, cui nomen est antiquitus Caladii, fecerunt et diffinierunt placitum inter se, de magnis injuriis et rapinis et offensionibus. Nomina autem eorum alodariorum sunt hec, videlicet : Magnerius et filii ejus Garnulfus et Guido et Poncius et Tassilo * nepos ejus, et Aimo, filius Raimbaldi presbiteri. Hii omnes multas rapinas diversarum terrarum maximasque offensiones et injurias et obpropria fecerunt monachis sancti Victoris, justę possesoribus predictę Caladii villę, cum, quadam die, diabolo incitanti, facientes predictam rapinam et injuriam, pariter convenerunt, adversus Dominum et adversus sanctum Victorem et monachos ejus hostiliter, in cimiterio sancti Petri et sancti Martini, frangentes molendinum et duos paratorios, sine ulla ratione. Quod audientes monachi ejusdem loci, cum suo presbitero obstupefacti, dein pro justi injuria cęperunt conquerere quomodo illis fuisset illata. Illi vero, ut erant mente capti, protinus injecerunt manus in eos, scindentes vestimenta eorum et flagellantes eos, diversisque ignominiis injuriantes eos vix permiserunt abire. Quę res cum pervenisset ad aures predictę potestatis, videlicet domni Arberti et uxoris ejus domnę Guislę et filii ejus Guidonis, permoti ira precęperunt ut utraque pars hominum deveniret ante presentiam eorum. Perqui- 25 oct. 1078

[1] Infra nominatur Arbertus.

[2] Petrus I.

rentes igitur qualiter eadem res tam iniquè fuisset effecta, preceperunt[1] ut invicem fidejussores darent in sua potestate, quo eadem res judicio aquę frigidę divideretur et emendaretur, certa die; quod et factum fuit. Nempe juditio Dei ostensum est ut Magnerius, propter sacrilegium quod comiserat, emendare deberet DCC solidos; similiter Tassilo DCC, et Aimo DCC.

Cujus rei gracia, postmodum venieus dominorum[2] Petrus abbas predictus et monachi ejus ante presentiam predictarum potestatum, interpellatur ab omnibus ut tantarum miseriarum misereri deberet. Petiit rationabiliter ut tantorum malorum causa primo ab omnibus videretur judicio, quo ipsa potestas decerneret quibus jure esset tenenda; cumque ab omnibus clamaretur juste esse petitum, ventum est, judicante potestate, ad Dei juditium. Quo peracto atque diligenter cœlebrato, primo perdiderunt terram et locum ipsi omnes predicti alodarii, in quo fregerant molendinos et paratorios; deinde, in loco qui dicitur Bodenieus, ad Frageda, modiatas III; in eodem monte Bodeneco, ad colla Carpal, modiatas III; in loco autem qui vocatur Adelzeria, modiatas III; ad vineam Arpaldi, semodiata I; ad Pubula, sextariatas duas; juxta vero vineam monachorum, quę est prope villam, ad occidentem, modiatam I. Castellare vero monticulum, in quo din fuit castellum, perdiderunt totum, excepta sexta parte, et ortum qui fuit de parte Magnerii, in Vilarone, quem tenet Magnerius cum Geirardo, modiatas II; ad Vilarone vero, ad Rover, modiata I; in Lobosa, sextariatas V, quas facimus cum Tassilone; in Serro Longo, modiatas II. Videntes vero qui aderant tam maximam dinturnam rapinam, precibus egerunt qualiter domnus abbas Petrus et monachi ejus misericordiam tantę perfidię impenderent. Igitur, habito consilio, primo a potestate suisque militibus supplicantes rogaverunt predictum abbatem et monachos ejus, ut amore Omnipotentis sanctorumque ejus suoque amore, perdonaverunt omnem emendam ter DCC solidorum, tali convenientia ut de ipsis omnibus terris, quas judicio Dei perdiderunt, solidam atque firmissimam guirpitionem facerent; quod et fecerunt in manu predicti abbatis et monacorum

[1] Cod. *pereceperunt*. [2] *Dominus?*

ejus. Insuper, eadem convenientia dederunt sancto Victori et monachis ejus medietatem decimi de suis mansis et de terris omnibus quas habent in territorio ejusdem villę, per medium vestum ; medietatem donant sancto Victori et monachis ejus, tam presentibus quam et futuris. Quod si ultra illi aut hęredes eorum disrumpere voluerint guirpitionem supradictam terrarum vel predictum donum, precepto potestatum supradictorum et consilium eorum omniumque astantium diffinitum est firmiterque statutum, ut ipsi omnes alodarii vel hęredes eorum componerent ter DCC solidos sancto Victori et monachis ejus et potestatibus. Igitur tali convenientia facta guirpitione et dono a Mainerio et Tassilone et Aimone hęredibusque eorum, predictus abbas Petrus et monachi ejus clementer, ut debuerunt, supplicantum peticionibus annuerunt, perdonantes omnem predictam emendam, videlicet ter DCC solidorum, tali convenientia ut supradictum est, osculantesque se invicem firmo amore, ad propria redierunt.

Facta est autem, precipiente et consiliante domno Arberto et uxor ejus Guisla et filio ejus Guidone, multisque militibus eorum adstantibus et rogantibus, quorum sunt hęc nomina : Raimbaldus videlicet de Verdachis et Johannes presbiter, Pontius frater ejus, Geraldus vicarius, Rotlandus, Rostagnus, Rominus, Stephanus Ruffus, Willelmus, Pontius Guinardus, Brunitus, Isnardus, Hęlias, Flodulfus, et aliorum multorum hominum, quorum nomina, brevitati studentes, supersedere curavimus potius quam scribere.

De terris vero Raimbaldi presbiteri, quas, supra habitu sancti Benedicti quo postmodum mirabiliter cęcidit, dedit sancto Victori et monachis ejus, manifestum sit hominibus quod filii ejus ridiculosę interpellantes monachis sancti Victoris, eadem die, judicio perdiderunt, et monachis quibus vere debebatur guirpitionem fecerunt.

Facta est hęc discriptio conventionis VIII kalendas novembris, anno dominicę incarnationis millesimo LV, indicione VIII, regnante Henrico rege.

Poncius monacus scripsit.

f. 109. 740.

Karta de Toard.

1070. In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii hac Spiritus Sancti. Incipit karta donacionis quam facit Faraldus cum uxore sua nomine Reidonz, et filiis suis Boso et Faraldo atque Aldeberto, pro animabus suis et remisionem peccatorum suorum et omnium parentum suorum, monasterio Massiliensi, quod est constructum in onore sancte Dei genitricis virginis Marie, et beatorum apostolorum Petri et Pauli, atque sanctorum martirum Victoris et sotiorum ejus, sanctique confessoris Cassiani, et aliorum plurimorum sanctorum, de honore atque ereditate sua quam legitime possederant.

Ego Faraldus, quondam filius Otridi, diu possidens seculum et ea que sunt hujus mundi diligens, cogitare cepi omnia ista transitoria esse et morientes homines nichil secum portare nisi sola peccata, preter hoc bonum quod pro Dei amore fatiunt, audiensque illud dominicum dictum : « Nisi quis renuntiaverit omnia que possidet, non potest meus esse discipulus, » cupiensque implere, inspiratione Sancti Spiritus, reliqui omnia que possidebam atque, pro premio eterne vite, tradidi me in supradicto monasterio, sub imperio abbatis, ad militandum Deo sanctique patris Benedicti regulam observandam; et, pro testimonio conversionis mee, dedi, in eodem monasterio, abbatibus et monachis, presentibus et futuris, ubi usque in finem seculi degentibus, de hereditate et possesione mea, ut habeant et possideant jure hereditario, sine ulla hominum interpellatione. Et hoc feci cum voluntate uxoris mee et filiorum meorum, quorum nomina supra scripta sunt, atque filiarum mearum Galdrada, Adalaisa, Aramberta, Aurfresa, Adalgarda. Donum autem quod dedimus hoc est, videlicet ecclesias sancte Marie et sancti Domnini atque sancti Johannis, cum presbiteratu et decimis et sponsaliciis et ceteris ecclesiasticis ad ipsas ecclesias pertinentibus, secundum hoc quod ego possidebam in omnibus locis, in quibus ipsi homines laboraverint qui in ipsa villa Sancti Domnini habitaverint. Dono eciam, eodem modo, omne territorium quod dicitur Balcosa, a

termino rivi Valnaves usque ad terminum rivi de Sestairadas, et a termino superiori qui dicitur Caput Guigonis usque ad fontem Rainardi. Et, ut firma et ratha atque stabilis permaneat ista mea donatio, rogavi subscriptos testes ut eam firmarent.

Rainerius firmavit. Altridus firmavit. Ricaus firmavit. Almeradus, Altridus, Ripertus firmaverunt. Petrus firmavit. Bermundus firmavit. Isnardus firmavit, et Guilelmus, filius ejus, firmavit. Poncius Aicardus firmavit. Bertrannus et Ugo simul omnes firmaverunt. Arbertus de Montainag firmavit.

Acta est autem hęc donationis descriptio anno incarnationis Domini millesimo LXX, indicione VIII, epacta VI.

741.

Carta de Caldol.

Noticia convencionis atque divisionis rectæ, quę fuit facta inter sanctum 1021 — 1048.
Victorem domnumque abbatem Varnum fratresque cœnobiales, et alodarios homines, Raimbaldum scilicet fratremque ejus Magnerium atque Ermenricum. Convenerunt enim domno abbati ut de omni alode suo, qui in terminio de villa Caldol est, medietatem habeat sanctus Victor ejusque servitores monachi, exceptis mansibus patrum suorum; et de ipsis mansibus omnem decimum dederunt sancti Victori. Insuper convenerunt ut de omnem terram incultam habeant monachi XI partes et ipsi XII, excepto hoc quod ipsi alodarii apprehendent in suo dominio, per suos mansos, de quo abere possint idoneos testes. Insuper dederunt sancto Victori terram quę est in terminio de Cerasiolo, totum quod abent in ipso villare. Si quis hujuscę modi donum disrumpere voluerit, non sit illi licentia neque potestas, neque nobis neque ullis ex nostris ęredibus neque ulli homini; et insuper sit maledictio illis quę data est Core, Dathan et Abiron Judeque traditori, qui Dominum tradidit; et hoc donum firmum et stabile permaneat in secula seculorum, amen, et insuper componat solidos XXX, et postea convenientia ista firma et stabilis permaneat omni tempore.

Signum Raimbaldus presbiter donator, et filii sui et frater ejus Magnerius.

742.

Carta de Gaveda.

9 mart. 1069. In nomine Domini. Ego Arbertus, et filius meus Guido et uxor ejus Aloiis et nepos ejus Arbertus, et filii mei Guidonis jam dicti Guilelmus et Petrus, donatores summs Domino Deo et sanctę Marię sanctoque Victori, monasterii Massiliensis, medietatem castelli de Gaveda, et ipsam medietatem cum omnibus pertinentiis quę ad ipsum castrum pertinent, videlicet in aquis, in molendinis, in pratis, pascuis, ortis, casis cum solo et superpositis, caput aquis, aquariis, vię ductibus vel reductibus, cum arboribus pomiferis vel impomiferis, silvis, garricis, cultis vel heremis, cum exiis et regresiis earum, omnia in omnibus, quantum ibi abemus vel habere debemus, quod nobis advenit per parentorum seu comparationum vel per qualescumque voces, sic totam ipsam medietatem, cum ędificiis et omnibus suis pertinentiis, donamus Domino Deo et sanctę Marię sanctoque Victori monasterii
v° Massiliensis, ac domno abbati * Bernardo[1] presenti, et omnibus abbatibus post eum successuris, et monachis in jam dicto monasterio commanentibus, presentibus et futuris, perpetim in integrum habenda ad proprium, propter animarum nostrarum remedium. Si autem contigerit ut ego moriar antequam filius meus, aut filius meus obierit antequam ego, quisquis ex nobis duobus prior mortuus fuerit, alia medietas jam dicti castri, sicut de alia medietate superius resonat, similiter potentialiter remaneat ad jam dictum monasterium sancti Victoris ad proprium, sine ullo blandimento hominum, et sit deinceps ab integro totum castrum cum cunctis suis pertinentiis in jam dicti sancti Victoris dominium. Igitur ego et omnes superius nominati evacuationem simul et cessionem facimus Domino Deo et sanctę Marię sanctoque Victori martiri prephati monasterii, quod, ab odie et deinceps, in toto vitę nostrę tempore, in sancti Victoris prediis his nomi-

[1] Bernardus de Ruthenis.

nibus vocitatis, scilicet Caladium atque Clocharium, sive in omnium illorum adjacentiis ac suis omnibus pertinentiis, non tollemus nec apprehendemus neque rapinabimus quicquid, nec ulla[m] invasionis vim inferemus, neque per ullam potentiam homines supradictorum prediorum violenter opprimemus, nec ipsum recent comdal[1] quod injuste accipiebamus, et porcos quos tollebamus, ac servicia quod injuste usque hodie requirebamus, jam amplius in perpetuum non requiremus, nec ullus homo vel femina per nos ulterius. Si autem ullus homo vel femina contra hanc donationis seu evacuationis venerit aut in aliquo infringere temptaverit, non hoc valeat vendicare, sed componat in duplo cum sua melioratione Domino Deo et sancto Victori, sitque excommunicatus, *etc.*

Facta carta donationis vel evacuationis VII idus marti, anno VIII regni regis Philipi.

Signum Atberti. Signum Guidonis. Signum Aloys, uxoris ejus. Signum Arberti. Signum Guilelmi. Signum Petri, qui hanc cartam donationis et evacuationis scribere fecimus et testes firmare rogavimus. Signum Aldeberti. Signum Raiambaldi. Signum Letardi. Signum Giraldi. Signum Flodulfi. Signum Ginard. Signum Isnardi. Signum Giraldi presbiteri. Johannes Rivipollentinus et Massiliensis monachus, qui hanc cartam donationis et evacuationis scripsi, sub die et anno quo supra.

743.

I° 170.

Cartas de Cursone.

(Edit. in *Gall. christ.*, III, instr., 209.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Almeradus presbiter, 1035.
Dei misericordia largiente, edificavi ecclesiam in excelso monte qui vocatur Cursonus, in honore sancte Marie, genitricis Dei et semper virginis, et in honore beati archangeli Michaelis, et in honore sancti Victoris, Massiliensis monasterii, et in honore sancti Petri, apostolorum principis, et in honore sancti Benedicti abbatis, monachorum

[1] Receptionem comitalem.

patris sanctificantis et consecrantis, ego Bernardus[1], Diniensis episcopus, et Jaudalus, Tholoensis[2] gracia Dei episcopus, et domnus Isarnus, abbas Massiliensis monasterii, cum ceteris clericis, monachis videlicet vel canonicis, ad opus monasterii, ut illic domnus abba supradictus Isarnus illic constituat monachos ad serviendum Deo viventi. Sunt namque illic quinque altaria, que, ut diximus, sacramus in honore sanctorum supradictorum. Donamus et cedimus ipsam ecclesiam cum ipsis altaribus ad supradictum monasterium sancti Victoris, cum omni hereditate ipsius ecclesię. Ego Almeradus dono, ego autem episcopus Bernardus firmo et corrobero. Igitur ego supradictus Almeradus presbiter dono supra jam dictę ecclesię de hereditate que michi ex projenie parentum venit, hoc est de alode qui dicitur Airamonis et alio nomine vocatur Solia, quantum michi pax obvenit; et in ipso monte jam dicto Cursone quantum habeo vel adquirere possum funditus dono et cedo, sicut descendit mons qui vocatur Claperias in rivulo qui dicitur Aquas Calidas, et sicut ascendit mons et descendit usque in supradicto Airamone; et in villa que dicitur Tragilas duas cabannarias, una Poncii, altera Andreę, et unum ortum, et faciant ipse domnus abba ejusque congregatio de ipsis rebus ad opus Dei quicquid facere voluerint. Sane si quis, *etc.*

Signum Almeradus, qui hoc donum scribere fecit et testes firmare rogavi[t], manu sua firmat. Isnardus, frater ejus, firmavit. Signoretus firmavit. Ermenfredus firmavit. Bernardus episcopus firmavit. Poncius canonicus firmavit. Jaudadus episcopus firmavit. Poncius Aimínus canonicus firmavit. Bernardus canonicus firmavit. [3].

744.

Alia.

1049. Est longo jam tempore sancitum et prorsus stabilitum ut quicquid commutetur, vendatur aut donetur, literis alligetur, scedulis incar-

[1] Bernardus I.

[2] Id est *Telonensis*.

[3] In edit. subjectæ sunt hæ notæ chronologicæ : *Facta donatio hec anno incarnationis dominice MXXVI, indictione III, regnante Domino Christo.*

tetur. Quapropter ego Guigo et uxor mea Membrisia, cum nostris cunctis filiis ac luce simul functi[s], pro Domino compuncti, aliquid ex hereditate paterna, pro vita sempiterna, damus ecclesię sancti Michaelis, archangeli fidelis, in crepitudine montis Cursonis sitę, quondam fundatę heremiticę vitę, hoc est duas modiatas terrę culturatę. Et ego Isnardus, eadem gracia spiratus, similiter duas modiatas ad panem culturatas. Et ego Adalgarda, cum filiis meis Archimbaldo, Wilelmo, Ugo, Feraldo, facimus donationem, spirante gracia, Deo sanctique Victoris, gloriosissimi martiris, monasterio Massiliensi, ad cellam quę est in monte Cursone in honore sancti Michaelis constructa, de alode nostro qui est situs in comitatu Regense, in loco qui dicitur Solia, duas modiatas ad panem culturatas, cum decimis, primitiis et cum omnibus beneficiis. De uno latus, rivulo que mergit de parte aquilo, ad meridiem usque ad situs alii rivuli; de alio latus, terra herma. Si quis vero hanc donationem inquietare presumpserit, omnipotentis Dei sanctorumque omnium maledictionem incurrat, et insuper donatio hęc firma ac stabilis in perpetuo maneat. Dono ego Adalgarda insuper ubagum totum de terra Magastris usque in Sancti Michaelis Cursonis, propter Deum et animas nostras vel parentum meorum et illos qui michi consentiunt facere, amen. Et ego Pontius, Rotbaldi filius, de vinea modiata unam medietatem, in Clavedo plantatam, ad sancti Michaelis datam.

Facta donatio hęc anno incarnationis dominicę millesimo quadragesimo, inditione VIII, regnante Domino Christo.

Qui hanc donationem istam inquietare vel irrumpere voluerit, cum Yuda Scarioth, cum Datan et Abiron, in inferni inferiori in perpetuum dammetur, et componat in vinculo de auro obtimo libras V, et insuper stabilis permaneat hec donatio.

Adalgarda firmavit. Petrus firmavit. Castellanus firmavit. Pontius firmavit. Warnerius firmavit. Stabilis presbiter firmavit. Pontius Bellonus firmavit. Teubertus Donicus firmavit. Senioritus firmavit. Feraldus, filius suus, firmavit. Wilelmus monachus scripsit, Adalgarda rogante, et pigravit[1].

[1] Sic.

745.

Alia.

Circ. 1040. Est longo jam tempore sancitum et prorsus stabilitum, ut quicquid commutetur, vendatur aut donetur, litteris alligetur, scedulis incartetur. Quapropter Matharonus, frater Poncii et Lanberti necnon et Petri, ac luce simul functi, propter Domino compuncti, gracia Dei inspirati, aliquid ex hereditate paterna, pro vita sempiterna, damus ecclesię sancti Michaelis archangeli, in crepidine montis Cursonis sitę, cella sancti Victoris, fundatę heremiticę, in loco qui nominant Teglas, v°. de mea hereditate una medietate *..... Qua propter, Poncius et uxor sua Aimildis, ac luce simul functi, propter Domino compuncti, gratia Dei inspiranti, aliquid ex hereditate paterna, pro vita sempiterna, pro animas nostras, patre et matre et omnia parentela nostra, damus ex hereditate paterna ecclesię sancti Michaelis archangeli, in crepidine montis Cursonis sitę, cella sancti Victoris, fundatę heremeticę, in loco quem nominant Tragnilas, mansum que fuit Johanni et filiis suis Amalricum, Rainaldum et Poncium, cum omnibus appenniciis suis et cum omni servicium que appendit ad ipsum mansum. Qui hanc donationem, *etc.* Poncius firmavit. Isnardus firmavit. Petrus firmavit. Lanbertus firmavit. Gnigo, filius Isnardi, firmavit. Poncius firmavit, filius Isnardi. Petrus, filius suus, firmavit. Helsiars firmavit. Suphizia firmavit. Wilelmus scripsit.

746.

Circ. 1040. Est longo jam tempore, *etc.* Qua propter ego Petrus, cum mea uxore et cum heredis meis, ac luce simul functi, pro Domino compuncti, pro animas nostras, patre et matre et omnia parentela mea, pro vita sempiterna, damus ęcclesię sancti Michaelis, in crepitudine montis Cursonis sitę, quondam fundate heremiticę vitę, ad cella sancti Victoris monasterii Massiliensi, hoc est de vinea culta quantum mihi pax advenit, in loco quem nominant Airamon. Consortes : de uno latus

vinea de Plumbierio; de alio latus, terra herma et culturata. Si quis. *etc.* Wilelmus scripsit.

747.

In Dei nomine omnipotentis, summe individueque Trinitatis. Ego Wilelmus et uxor mea nomine Ecila, cogitantes de animarum nostrarum parentumque nostrorum salute, ... facimus donationem eidem Deo omnipotenti sanctique Victoris, gloriosissimi martiris, monasterio Massiliensi, ad cellam quę est in monte Cursone in honore sancti Michaelis constructa, de alode nostro qui est situs in comitatu Dignense, in loco qui dicitur Vallis Justini, tres videlicet modiatas de terra arabili. Quę terra habet consortes : de uno latere, terram Poncii Grossi, de Curbone; de altero vero, terram Poncii, filii Rotbaldi; de alio vero, terram Richelmi; de quarta autem, rivulum qui decurrit contra occidentem. Si quis vero hanc donationem inquietare voluerit, omnipotentis Dei sanctorumque omnium maledictionem incurrat, et insuper donatio hęc firma ac stabilis in perpetuo maneat. 1035.

Facta donatio hęc anno incarnationis dominicę millesimo XXXV°, indicione III^a^, regnante Domino Christo.

Wilelmus firmavit. Poncius Terdellius firmavit. Poncius Aquina firmavit. Rodulfus de Salomone firmavit. Hisnardus de Dorbas firmavit. Durandus monachus scripsit, abbate Isarno mandante et Wilelmo rogante.

748.

Est longo jam tempore, *etc.* Quapropter, ego Guigo et uxor mea Membrisia, cum nostris cunctis filiis, ac luce simul functi, pro Domino compuncti, aliquid ex hereditate paterna, pro vita sempiterna, damus ecclesię sancti Michaelis, archangeli fidelis, in crepidine montis Corsonis sitę, quondam fundatę heremiticę vitę, hoc est duas modiatas terrę culturatę, unam in Corbone, alteram in Solia, in eodem monte Corsone. Et ego Isnardus, eadem gracia spiratus, similiter duas modiatas, ad panem culturatas, hoc est .lo modiatas istas in Rocha Circ. 1045.

Bruna sitas. Et ego Poncius, Rotbaldus filius, vinea modiatam concedo, modiatam in Clavedo plantatam. Signoretus unam modiatam, in eodem monte, et omnem partem decimi mihi pertinentis. Et ego Ermenfredus alteram modiatam et partem decimi similiter mihi pertinenti. Ego Adalenus alteram modiatam, cum filio meo, et tascam et decimum, ex crepidine montis ad orientem vergentis. Et ego Rotbaldus, in eodem monte, unam semodiatam ad panem culturatam [1].

749.

ad mortu., circ. 1040.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Isnardus Rufus, filius Isnardi, cogitans de animę meę parentum meorumque salute, . . . facio donationem eidem Deo omnipotenti sanctoque Victori, gloriosissimo martiri, monasterii Marsiliensis, ad cellam quę est in monte Cursone in honore sancti Michaelis constructa, de alode meo qui est situs in commitatu Dignense, in monte qui dicitur Cursonus, videlicet omnem hereditatem patris mei vel mea, quam in supradicto monte Cursone, a cimiterio supra scriptę ecclesię sancti Michaelis usque in ascensum Podii Regalis, quantum ibi in terris cultis vel incultis *, seu in pratis vel in omnibus omnino rebus habere visi sumus, dono vel cedo et de jure meo in jus eorum transfundo, ut monachi ibidem degentes habeant, teneant et possideant omni tempore, *etc.*

r. 171

Facta carta seu donatio feria iiia, tercio kalendas aprilis, regnante Domino nostro Jhesu Christo.

Signum Isnardi Rufi, qui hanc cartam scribere et testibus firmare rogavit. Poncius Rotbaldus firmavit. Johannes serviens firmavit.

750.

Circ. 1015.

Est longo jam tempore, *etc.* Quapropter ego Isnardus et uxor mea Bilitrudis, cum nostris filiis cunctis, ac luce simul funeti, ex hereditate paterna, pro vita sempiterna, aliquid damus ecclesię sancti Michaelis, archangeli fidelis, in crepitudine montis Cursonis, cellam sancti Vic-

[1] Cf. cum charta 744.

toris Massiliensis, quondam fundatę heremiticę vitę, hoc est duas modiatas terrę culturatas, in loco quem nominant Fonte Bedulla. Qui hanc donationem, *etc.*

Poncius Corbone firmavit. Armerius firmavit. Guibertus firmavit. Ermenfredus firmavit. Petrus Cailos firmavit.

751.

Alia.

Est longo jam tempore, *etc.* Quapropter ego Conportus vel Dodo et uxor mea Burra, cum filiis et filiabus nostris, pro nobis et pro animas parentum nostrorum vivis vel defunctis, damus sancti Victoris, gloriosissimi martiris, monasterii Massiliensis, in crepitudine montis Cursonis ad sancti Michaelis archangelis, aliquid ex hereditate paterna, pro vita sempiterna, in loco quem nominant Solia. Quantum nobis pax obvenit, affirmamus et donamus pro Deo. Similiter Vincentius, Arnaldus, Ingubertus, cum sorores nostras vel heredibus nostris, damus sancti Victoris, in crepitudine montis Cursonis ad sancti Michaelis archangelis aliquid ex hereditate paterna, pro vita sempiterna, in ipso loco quem nominant Solia. Quantum nobis pax obvenit, pro animas nostras vel parentum nostrorum, affirmamus et donamus pro Deo. De uno latus, rivulo que pergit ad meridiem; de alio latus, terra Eldrigo. Si quis, *etc.* Mart. circ. 1040.

Facta donatio hęc in mense marcio, in cella sancto Michael archangelo, regnante Domino Jhesu Christo.

Signum Conportus, Dodo, Vincentius, cum fratribus suis, qui hanc donationem scribere fecerunt, manus suas firmaverunt.

Unum arborem, quę est prope condamina, que vocatur nogerium, dono ego Conportus propter lumen Dei [1], pro anima mea et pro parentibus vel consanguinibus meis.

752.

Facta legibus commutatio vim optinet emptionis. Quapropter, in 1055.

[1] Fort. corrig. : *olei*.

Dei nomine, ego Wilelmus et uxor mea nomine Hethila, cogitantes de animarum nostrarum parentumque nostrorum salute,.... facimus donationem eidem Deo omnipotenti sanctique Victoris, gloriosissimi martiris, monasterio Massiliensi, ad cellam quę est in monte Cursone in honore sancti Michaelis constructa, de alode nostro qui est situs in comitatu Dignense, in monte qui dicitur Cursonis, ad radicem montis qui vocatur Podius Regalis: videlicet illam terram, quam terram accipimus a quodam fideli nostro, nomine Ansulfo, cum sua bona voluntate, commutantes et donantes ei aliud tantum, de alode nostro qui est situs in loco qui dicitur Vallis Justini, hoc tenore ut ipsi et filii sui omni tempore habeant in alodem, nisi forte et ipsi Deo donare voluerint. Si quis, *etc.*

Facta donatio hęc anno incarnationis dominicę millesimo xxx° v°, indicione v, regnante Domino Christo.

Wilelmus firmavit. Hethila, uxor ipsius, firmavit. Poncius Terdilius firmavit. Poncius Alguina firmavit. Rodulfus de Salamone firmavit. Durandus monachus scripsit, abbate Isarno mandante.

753.

30 mart. circ. 1070.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Isoardus, filius Ermengardis, et Petrus, filius Beatricis, cogitantes de animarum nostrarum parentumque nostrorum salute, *etc.* donamus eidem omnipotenti Deo et sanctę Marię sanctorumque apostolorum principibus Petro et Paulo, sanctoque Victori martiri, monasterii Massiliensis, et domno abbati Bernardo et monachis ibidem Deo servientibus, tam presentibus quam futuris, scilicet de ecclesia sancti Petri, quę est sita in comitatu Regense, in villa quę vocatur Teglas, terciam partem de ipsa ecclesia et de omnibus rebus quę ad ipsam pertinent, in decimis, in primiciis, in cimiteriis, in oblationibus vivorum vel defunctorum hominum, in vineis, in ortis, in terris cultis et incultis, in domibus et in * localibus, et in omnibus omnino rebus, tali tenore ut supradictus domnus abba Bernardus aut monachi presbiterum ibi mittant, ad serviendum ecclesię et sibi, nos nichil in eo retinentes, nisi premium vitę

ęternę et servicium monachorum. Igitur nos ego Isoardus et Petrus, de supra dictis rebus omnibus totum quantum aliquis presbiterorum de manibus antecessorum nostrorum vel patrum nostrorum habere visus est, damus et cedimus et de nostro jure in jus eorum potestatemque transfundimus, ut domnus Bernardus abbas seu successores ejus monachi ab hac die teneant et possideant in perpetuum. Monacus cui cura obedientię sancti Michaelis archangeli, que est sita in monte Cursonis, committitur, quia multi ex nostris parentibus ibi dormiunt, de hoc honore semper bajulus sit et eodem loco famuletur, cum consilio abbatis monachorumque ejus. Si quis autem vel si qua, cujuscumque ordinis vel dignitatis sit, hoc donum inquietare, irrumpere vel annullare temptaverit, non valeat vindicare quod repetit, sed componat in vinculo quinque libras auri obtimi, donatione ista firma et stabili permanente in perpetuum, *etc.*

Facta carta donationis hujus m° kalendas aprilis, regnante Domino nostro Jhesu Christo.

Signum Isoardi et Petri, qui hanc cartam scribere et testibus firmare fecerunt.

754.

Alia.

In Dei nomine. Ego Wuilelmus dono ad sanctum Victorem, Massiliensis monasterii, et ad sanctum Michaelem archangelo, qui est in monte Cursonis, aliquid de alode meo quod michi pax obvenit, hoc est unum planterium quod est juxta vineam Poncioni presbitero, et de alia vinea de clauso sua parte. Et si homo aut femina rumpere voluerit hoc donum, non valeat, sed cum Yuda traditore sit damnatus. Sæc. XI.

755.

Alia.

In Dei nomine. Ego Guarinus do ecclesię sancti Michaelis, archangeli fidelis, in crepidine montis Cursonis sitę, quondam fundatę heremiticę vitę, hoc est unam semodiatam de vinea plantata in castro nomine Sæc. XI.

Montaniago. Sane si quis, ego aut ullus homo, qui contra hoc donum ire, inquietare vel irrumpere voluerit, non valeat usurpare quod repetit, sed componat in vinculo auri obtimi uncias III, et insuper maledictionem Dei incurrat et cum Juda traditore in inferno dampnetur.

Signum Guarinus, qui hoc donum scribere fecit, et testes firmare rogavit et manu sua firmavit. Signum.

756.

Alia.

Circ. 1040. Est longo jam tempore, *etc.* Quapropter ego Adalgarda, cum filiis meis Archimbaldo, Guilelmo, Ugo, Feraldo, facimus donationem, spirante gracia, Deo sanctique Victoris, gloriosissimi martiris, monasterio Massiliensi, ad cellam quę est in monte Cursonis in honore sancti Michaelis constructa, de alode nostro qui est situs in comitatu Regense, in loco qui dicitur Solia, quantum nobis pax obvenit. De uno latus, Planlongum; de alio latus, terra de Comportum et desuper quę pertinet ad ipsum locum. Et in alio loco, terra quę est in Solia, sicut rivo sicco demergiturque in terra de Aldrigo in medio campo, erma et colta. Si quis vero, *etc.*

Adalgarda firmavit et corroboravit. Castellanus firmavit. Petrus firmavit. Poncius firmavit. Rodulfus firmavit filius suus. Caudras firmavit. Gaurnerius firmavit. Stabilis presbiter firmavit. Teubertus Donicus firmavit. Senioritus firmavit.

757.

Circ. 1045. Breve memoratorio de gadio de Guillelmo et de uxore sua Adalgarda.

Ego Guillelmus post obitum meum, dono Deo omnes res meas, que ego habeo vel visus sum habere, ad sanctum Victorem totas duas partes, et terciam partem ad sanctum Johannem intus civitate Massilia; et Adalgarda totam partem suam sancto Victore, et de alode quartam partem de villa quam dicunt Mota; et Guillelmus de Graghasca, et de

Novulas totam suam partem, et de Auriolo, de sua parte comitale, unam medietatem.

758.

f° 172

Hec sunt sacramenta de castris sancti Victoris.

De ista hora in antea non decipiat Poncius, filius Adalgarda, Durandum, abbatem monasterii sancti Victoris, neque abbates qui futuri sunt post eum in eodem monasterio, neque fideles priores ejusdem monasterii de castro cognominato Auriol, neque de castris qui sunt vel erunt in ejus territorio id est terminio, nec ego Poncius nec homo nec homines nec femina nec femine cum meo consilio vel cum meo ingenio. Ego Poncius supradictus non tolrai ne l'en torai supradicto Durando abbati, neque abbatibus qui futuri sunt post eum, neque fidelibus prioribus, supradictum castrum Auriol, neque forcias que ibi sunt et in antea ibi erunt, neque castellos neque forcias que in terminio vel in territorio castri Auriol sunt, ne non los en dezembrai, ne non las lur tolrai, ne non lur en tolrai, ne non las lur vedarai, neque ego, neque homo neque homines neque femina neque feminę cum meo consilio, cum meo ingenio, ad supradictum abbatem Durandum dico, et abbates et fideles priores. Et si homo aut homines aut femina aut feminę supradictum castrum Auriol, de quo ipsi monachi dicunt vel dicere volunt, vel ejus forticias vel supradicta castra, quę sunt in terminio ejus vel erunt, las tulissent sancto Victori, vel abbati Durando, et abbatibus qui post eum futuri sunt, vel prioribus fidelibus, ego Poncius supradictus dictus adjutor illis ero, sine eorum inganno et sine eorum deceptione, per illud tempus et per illas oras quibus illi me comonuerint vel ille abbas, per se aut per suos missos. Et ego Poncius, cum illo homine vel cum illis hominibus, cum illa femina aut feminis, que lur tolrau ipsum castrum Auriol, aut castellos et forcias supradictas, finem neque societatem, ad damnum sancti Victoris et abbatibus ejus et monachis, non aurai. Circ. 1061.

759.

3 jun. 1177? Notum sit omnibus hominibus, futuris et presentibus, quod questiones et controversias inter B. de Lambisco, priorem vallis de Auriol, et P. Bermundum de Auriol, vertentes, auditis utriusque partis allegationibus et probationibus, ego Ildefossus[1], Dei gracia, rex Aragonensis, comes Barchenonie, marchio Provintie, per amicabilem compositionem ita determinavimus. Predictus prior, cum in curia mea, coram fratre meo[2] et Guidone Guerreiat et assessoribus suis, et consilio tocius curie mee hoc discernente, a predicto P. Bermundo petebat atque querebat castrum de Podio Pino, quod predictus P. noviter edificaverat in quodam podio territorii castri de Solobii; cujus scilicet territorii et podii medietatem predictus prior ad se pertinere dicebat, et super hoc sufficientes attulit probationes. Item, cum predictus P. jam dictum castrum inciperet edifficare, prior vallis de Auriol eum prohibuit, et illi multociens opus novum nunciavit et de hoc sufficientes probationes prestitit; et sic per sententiam declaratum et judicatum est ut castrum de Podio Pino funditus destrueretur. Iterum e contrario predictus Petrus a jam dicto priore quasdam possessiones, juxtam ecclesiam sancti Zacharie, petebat, et in villa de Savart donationem se habere dicebat. Ego autem has querimonias et omnes questiones inter eos vertentes, pleniter, ut dictum est, auditis postea utriusque partis allegationibus et probationibus, talem finem per amicabilem transactionem imponimus, videlicet ut prior quicquid habebat in territorio de Solobiis et in castro Podio Pino, hoc totum, voluntate et consensu Massiliensis monasterii, P. Bermundo assignamus, excepto quod in hoc territorio domus helemosine possidebat vel habere debebat. Hoc enim predicte helemosine libere, sub donatione tamen Petri, relinquimus. Item, quicquid in territorio castri de Auriol, a vallone della Treilla versus castrum Podii Pini et versus villam de Gradascha, predictus prior possidebat, eidem

[1] Alphonsus II.

[2] Petrus, dictus quoque Raimundus-Berengarius, comes Provinciæ.

Petro similiter assignamus. Territorium de Solobiis et de Auriol rivus de Merdazo terminat atque dividit. Item e converso, quicquid juris predictus P. habebat vel habere debebat in castro de Orno et in territorio ejusdem castri, vel pro eo quelibet persona; item quicquid usatici in ecclesiam sancti Zacharie habere debebat; item quicquid juris in villa de Savart, vel donatione ejusdem, vel in territorio de Auriol, a loco qui dicitur Saletas superius versus Savart et versus ecclesiam sancti Zacharie, pront flumen Vuelne decurrit, et podium specialiter de Carfans quod est super villam sancti Petri, plene et integro jure hoc totum, cultum et incultum, molendina, aquas et nemora, monasterio Massiliensi in perpetuum assignamus. Item quicquid Bermundus de Torreves vel successores ejus a Saleta superius infra predictos terminos habebant, vel quilibet pro eis, monasterio de Massilia P. Bermundus dare debet et tradere et facere, ut perpetua pace predictum honorem monasterium valeat possidere. Quod si facere non poterit, arbitrio abbati Massilie, quicumque sit, infra unum mense ex quo super hoc fuerit requisitus, equivalens cambium in valle de Auriol dare debet predictus Petrus monasterio libere possidendum; hoc addito ut feuda militaria in permutatis locis, sicut hactenus fuerunt libera, ita deinceps cummutatis dominis libera perseverent, ad fidelitatem tamen et servitium dominii sui; possessiones vero rusticorum et colonias licitum dominis, si voluerint, in sua dominicatura convertere. Hanc transactionem ego P. Bermundus confirmo et laudo, et possessiones predictarum rerum et omne jus et dominium monasterio de Massilia concedo, et fratribus meis et uxori mee hoc confirmare facio, et omnium istarum rerum defensor et adjutor pro posse meo ego P. * Bermundus bona fide et sine fraude existam. Sic me Deus adjuvet et hec sancta mi^or evangelia. v°.

Acta sunt hec incarnationis dominice anno millesimo CLXX v° II, mense madio, feria VI post scensionem Domini[1], in civitate Aquensi, in presentia nobilium curie, G. scilicet videlicet Guereiati, procuratoris Provintie, A. de Villa Mulorum, G. dal Carraz, G. de Claro

[1] A. 1177 feria sexta post Ascensionem incidit in diem 3 junii.

Monte, A. de Paladol, B. d'Auriac et aliorum quam plurium nobilium.

Data apud Massiliam, per manus D. Calidis, scribe domni regis.

f° 173.

760.

Cartas de Bagarro et de Toramina.

Cf. c. 1035. In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Albetrudis, et Aldebertus et Guigo filii mei, audientes Dominum in evangelio dicentem : « Quicumque dederit calicem, *etc.* » Donamus Domino Deo et sancto Victori, Massiliensis cenobii, ecclesiam sancti Petri, que est in comitatu Senecensi et in territorio de castro Bagarrio, cum uno manso, de Garnerio Camba Rasa, quem dedit Honoratus eidem ecclesie. Insuper ego Albetrudis dono jam dicto sancto Victori mansum de Aldoardo, et brachiariam de Pontio Linota, et unam condaminam que est juxta ipsam ecclesiam, et totum pratum quod fuit de manso Bertranni. Donant quoque filii mei, Aldebertus quidem duas modiatas de terra culta et duos ortos, Guigo vero brachiariam de Rainaldo Grenono et ortum unum, et post obitum suum de Trigantia totum alodem quem ibi abent et medietatem de Bagarro et de Toramine et de Cornierio, si tamen sine legali herede moriuntur; nunc autem unum mansum Aldebertus in vita sua, et alium Guigo, et post obitum suum, si eredem abuerint, alios duos mansos, totos hos quatuor in Cornierio, duos autem in Toramine; in Bagarro vero Aldebertus brachiariam de Durantio Persiguerio, et Guigo brachiariam de Arnulfo Regaigno. Dono quoque ego Albetrudis ortum meum. Hanc cartam donationis domnus Amelius, episcopus Senecensis, quoniam[1] altare ipsius ecclesie sancto donavit Victori. Et ego Albetrudis, et Aldebertus et Guigo, filii mei, fieri precepimus, et manibus nostris firmavimus et alios firmare rogavimus. Si quis hanc donationem annullare vel decurtare voluerit, non valeat vendicare quod temptaverit, sed cogatur exsolvere supradicto sancto Victori et servientibus monachis Deo in eodem monasterio xx

[1] Corrig. : *super*.

auri libras purissimi; ipsa autem donatio firma permaneat, ita ut abbas et monachi ejusdem loci, tam presentes quamque futuri, abeant, teneant et possideant in perpetuum, et suam inde voluntatem faciant.

Poncius et Galterius et Ysnardus, nepotes nostri, firmant. Petrus firmavit. Fulco presbiter firmavit. Signoretus firmavit.

761.

Alia carta.

Donacio ad sanctum Victorem, monasterii Massiliensis, de ęcclesia sancti Petri de castro sive villa Bagarros, quam donant Albetrus domina, et filius ipsius Heldebertus, et Guigo, atque filii Hugonis, filii ejusdem Albetrudis, cum omnibus quę ad eandem ęcclesiam pertinent, videlicet cum manso quem dedit Honoratus eidem ęcclesię supradictę, quem excoluit homo, nomine Garnerius, prenomine Camba Rasa, cum omnibus ad eundem mansum pertinentibus. Insuper Albetrudis donat alium mansum de Aldoarde, de sua propria ereditate, et unam braciariam de Pontio Linota, et condaminam quę est ante ęcclesiam sancti Petri, et totum pratum qui est ibidem. Heldebertus ęciam dat duas modiatas de terra culta et duos ortos; et Guigo, frater ejusdem, unam braciariam de Rainaldo Grenone et unum ortum; et Signoretus, filius Honorati, alium ortum. Et, si sine legalibus ęredibus aliquis nostrum fuerit defunctus, Heldebertus scilicet atque Guigo, medietatem de sua fratrisca, de eo quod abemus in Toramina, seu ęciam quod abemus in castro Bagarros vel ęciam in Corniario, damus Deo omnipotenti et sancto Victori martiris. Si autem ęredes abuerimus, post obitum nostrum damus duos mansos in Corniario; modo autem in presenti damus alios nos in ipso loco. Si autem ego Heldebertus ęredem abuero, dono in Toramina unum mansum et unam braciariam in Bagarros, de Durantio Persicario. Similiter ego Guigo, si eredem non abuerit, donat unum mansum de Toramina et unam braciariam in Bagarros, de Arnulfo Regaigno. Habeamus autem eredes vel non abeamus, quicquid in Trigantia abemus, Deo omnipotenti et sancto Victori damus. Albetrudis

Circ. 1040.

autem, mater nostra, donat post obitum suum in Bagarros mansum de Amblardo.

Pontius firmavit. Galterius firmavit. Isnardus firmavit. Petrus firmavit. Signoretus firmavit. Fulco presbiter firmavit. Bertrannus presbiter scriptor scripsit.

762.

Carta de Toramina.

Octobr. 1026. Auctoritate precipitur æcclesiæ et romana stabilitum est lege, *etc.* Ideirco ego Heldebertus, secutus hanc legum auctoritatem, aliquit membranulis * insertum litteratim, pro redemptione animarum parentum nostrorum sive pro culpis et offensione meorum delictorum, dono ęcclesię sanctę Dei genitricis Marię, de ęreditate quę mihi obvenit legibus, in villa quam nominant Toraminas unam cabannariam, cum campis, cum ortis, cum oglatis, cum silvis, garriciis, cum fontibus et rivis, cum pratis erbarum et exitus earum. Ibidem Rostagnus clericus huic supradicte ęcclesię dat de sua ęreditate terrę cultę modiatam una; Pontius et uxor ejus et filius ejus, modiatam; Albetrudis, similiter modiatam alteram. Sane si quis, nos aut ullus ęres noster aut qualiscumque, qui contra hoc dotalitium vel hujus ęcclesię sponsalitium ire, inquiętare vel inrumpere voluerit, non valeat vendicare quod petit, sed componat in vinculo auri optimi uncias III, *etc.*; et postea hoc donum firmum et inconminatum omni tempore permaneat, cum stipulatione interposita pro omni firmitate subnixa. Galo, modiata I.

* v°

Facta vel scripta carta hujus donationis in mense octopaton, regnante Rodulfo, rege Alamannorum sive Provincię, incarnationis Domini Jhesu Christi anno millesimo XXVI jam peracto.

Signum Heldeberti et suorum ęredum suprascriptorum; manus illorum firmat. Pontius firmat. Adalardus firmat. Item Pontius testis. Aldejerius presbiter firmat. Item Aldegerius presbiter firmat. Bertrannus presbiter firmat. Heldemarus.

ΡΑΥΝΑΡΔΟC CKΡΥΠCΥΘ ΡѠGΥΘѠC

763.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Rostagnus clericus et frater Poncii de Sancto Martino, videns totum genus humanum in terram unde factum est converti et nichil de is quę temporalia sunt secum deducere, audiens quoque Dominum per Scripturam dicentem redemptionem viri divitias ejus esse; dum vacat et licet, pro remedio animę meę proque animabus patris mei et matris meę parentumque meorum, ad proprium alodium dono mansum unum qui nominatur mansus de Geuda, ab integro, cum terris cultis et incultis, videlicet altari quod est consecratum in onore sanctę Marię, semper virginis, sanctique Victoris, Christi martiris, in monasterio Massiliensi, et domno Isarno, ejusdem loci abbati, omnibusque successoribus ejus, monachis ęciam ibi presentibus atque futuris, ea videlicet ratione ut ipsi in perpetuum habeant eumdem mansum et sine ulla contrapellatione possideant, *etc.* 1061.

Ego quoque Gerinus et Bermundus, frater meus, predicti Pontii de Sancto Martino filii, omnem contrapellationem quam in eodem manso habebamus absolvimus, pro redemptione animarum nostrarum parentumque nostrorum. Etenim in eodem manso habebamus duas partes de tasca et receptos, porcum et multonem, justiciam et mandamentum et albergarias. Hęc omnia reddidimus et donavimus, et tantum pro ac donatione vel guirpitione unum caballum, pro c solidorum precio, recepimus, per manus Arnulfi, supradicti monasterii sancti Victoris monachi.

Ego ęciam Augerius, pro anima mea et animabus parentum meorum, seppe nominato altari unam olcam, ad proprium alodium, donavi firmavique.

Facta est autem hęc donationis cartula anno incarnationis Domini millesimo LXIII, indicione II, æpacta nulla.

Girenus firmavit. Bermundus firmavit. Bonus Filius firmavit. Germanus firmavit. Genesius firmavit. Isnardus firmavit. Pontius Leontius et fratres sui firmaverunt. Gualfredus, monachus indignus, scripsit.

764.

1056 In sanctę et individuę Trinitatis nomine. Nos quidem Rostagnus, filius Rainardi, et uxor mea Adalaiz, et filii nostri Faraldus et Willelmus necnon et Petrus, compuncti timore Dei memoresque peccatorum nostrorum, quorum memoria pavidi, de Dei tamen misericordia confisi, quatinus nobis indulgere dignetur, donamus Domino Deo, sanctęque Marię Dei genitrici, sanctoque Victori martiri, ęcclesias dedicatas in onore sanctę Mariæ, semper virginis, sanctique Stephani protomartiris, cumque ęcclesia quę adhuc construitur sancti Johannis, cum omnibus terris quę in circuitu abemus earum ęcclesiarum, videlicet in ipso Poio, aut aliquis homo per nos. De quorum numero, qui hanc donationem una nobiscum fecerunt fuere quidam, videlicet Rostagnus et fratres ejus Germanus et Almeradus, qui, nobis consentientibus, donaverunt totum quod ibi habuerunt, in ipso Poio et in circuitu ipsius Podii. Similiter Bertrannus Calvus donavit terram quę conjuncta est eidem loco. Pontius vero Leontius donavit unam peciam de terra quę conjuncta est eidem dono. Quędam siquidem femina, nomine Bona Filia, et filii ejus Pontius et Bertrannus et Genesius atque Arnal-
P. 174. dus, donaverunt unam peciam de terra quę est juxta terram *Umberti. Aldegerius vero presbiter et Bertrannus presbiter, et fratres ipsius Bertranni Pontius presbiter et Arnaldus Benedictus atque Rostagnus et Udalbertus, ęres eorum, donaverunt terram cultam et pratum juxta ipsum Podium, quod respicit ad occidentem. Ipse quidem Udalbertus donavit terram quę est in ipso Podio, ad occidentem. Pontius vero Mala Gratia et Guilelmus, filius Christofori; donaverunt unam peciam de prato, quod est secus predictum pratum quod fuit Aldigerii presbiteri et Bertranni presbiteri et aliorum ęredum supradictorum. Pontius vero Ingilfredus et Guigo, frater ejus, necnon et Boso atque Pontius Lautrudis et Aldebertus, nepos ejus, donaverunt totum decimum in eodem dono quod fecit domnus Rostagnus et uxor sua et filii sui, quod abebant per eundem seniorem suum Rostagnum et per suum seniorem episcopum Senecensium. Insuper ego quidem Rostagnus

Raimardi, et uxor mea et filii mei supradicti, donamus unum mansum quem fregit homo, nomine Ansoardus, et unum mansum medium quem excoluit Angerius Pellicerius. Et donamus atque reddimus unum mansum quem dedit avus meus Rostagnus, quem excolit homo nomine Galterius, et fratres ejus, sancto Victori martiri, et monachis ejus, tam presentibus quamque futuris, [ad] proprium alodem. Auxiliante denique divina gracia, nos quidem omnes supradicti, pari consensu, voluntario animo, donamus hęc omnia supradicta dona Domino Deo et supradicto sanctę Marię, semper virginis, sanctique Victori martiri, et sociis ejus et monachis eorum, tam presentibus quam et futuris, pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, et ut mereamur participari his sanctis martiribus in regno cęlorum. Sane si quis, nos aut ullus ex ęredibus nostris aut aliqua persona surrexerit ad inrumpendum hęc, non valeat vendicare sibi quod male temptaverit, verum primo iram Dei omnipotentis incurrat et cum omnibus dampnatis dampnetur, nisi penitus bono studio victus fuerit, benigno Dei adjutorio; insuper componat auri optimi libras XV, et hęc donatio firma et stabilis permaneat omni tempore.

Facta carta hujus donacionis anno dominice incarnationis millesimo LVI, indicione VIII, anno....[1] regnante Henrico rege.

Signum Rostagni, qui hanc donationem fecit et manu propria firmavit, et testes firmare rogavit. Adalaiz, uxor sua, firmavit. Faraldus firmavit, et Villelmus et Petrus, filii eorum, firmaverunt. Pontius Ingnilfredus firmavit. Germanus firmavit. Jonam firmavit. Bertrannus firmavit. Aldegerius presbiter firmavit. Pontius presbiter firmavit. Romanus presbiter firmavit. Guillelmus presbiter firmavit. Benedictus firmavit. Genesius firmavit. Rostagnus firmavit. Rostagnus firmavit. Nizecius firmavit.

Wilelmus de Lairaco donat una peciam de pratum a sancta Maria. sancti Victoris, pro amore Dei et que parta i a en lo befacto de sancti Victori[2]. Ille petia si tenit ad ille que dedit Arnaldus Boña Filia, e

[1] Numerus abest.

[2] I. e. : Et ut partem ille habeat in sancti Victoris benefactis.

qui es juxta terra de Villelmo. Aldegerius presbiter monachus dedit sancte Marie in semodiatas de terra. Augerius unam oleam, prope viam publicam, ad proprium alodem donat; Martinus, unam medietatem orti. Comparavimus decimum de Laugerio. Comparavimus decimum de Isnardo et de Genesio. Beraldus donationem fecit pro anima sua.

Petrus presbiter scripsit, die et anno quo supra.

765.

Carta de collo Martio.

Circ. 1056. Ego Aldebertus et uxor mea Ermengarda et heredes nostri, Rostagnus et filii sui, et Guillelmus et fratres sui, et Pontius Ingulfredus et filii sui, et Guigo et Theurada et filius suus Arnaldus et nepus suus Fulco Lautrudis et filias suas et generi sui Bonifacius et Alienus et nepotes sui Wilelmus et fratres sui Pontius Revolta, donamus decimum de formaticos de Alpibus, que pertinent ad collo Martio et ad alodes, et decimum de piscibus de stagno que nominant Levidone. Hec decimum suprascriptum donamus Domino Deo et sancto Victori martiri, monasterio Massiliensi, et ad monachis ibidem Deo servientibus. Habet consortes et terminatur terminos tales : de rivo que vocant Alcimum usque in montem Codario, et descendit in terminum de Lignino, et ascendit in monte Pelento, et descendit in colla que vocant Campi, et ascendit in colla Cailola, et ascendit in monte Tharone, et descendit in colla Cancellata, et ducit in rocha de Siolana et alio monte que vocant Serdonis, et fert in monte que dicitur Resta, et descendit in colla que vocant Camata, et descendit per vallone que est juxta Ganone usque in flumine Verdone.

Aldebertus de Costa et uxor sua Ermengarda et filius suus firmavit. Garaco firmavit. Pontius Abellonius firmavit. Guilelmus, nepos ejus, firmavit. Rostagnus Rainardus firmavit. Pontius Mala Gratia firmavit. Pontius Ingilfredus et Guigo firmaverunt. Bonefacius firmavit. Alienus firmavit. Guilelmus, filius Arnaldi, firmavit, et fratres ejus firmaverunt. Lautrudis et generi sui firmaverunt. Fulco firmavit. Theurada firmavit.

et filii sui firmaverunt. Pontius Revolta firmavit. Petrus Arnaldus firmavit.

766. v°.

Carta de Mura.

Evangelica auctoritas et divina sunt precepta, pro terrenis cęlestia, pro transitoriis ęterna debere aquiri, *etc.* Quapropter ego Belihildis, et filii mei Pontius, Heldebertus et Athanulfus, pro redemptione animarum nostrarum et genitorum et genitricium omniumque parentum nostrorum, et ut omnipotens Deus det nobis remissionem omnium peccatorum nostrorum, donamus aliquid de alode nostro omnipotenti Deo et sancti Victoris martiris monasterio Massiliensi, mònachis quoque ibidem Deo servientibus, tam presentibus quam et futuris, ęcclesiam scilicet in onore sanctę Dei genetricis Marię dicatam, quę est sita sub monte qui antiquitus vocatur Morarius, cum terris cultis et incultis, cumque locis determinatis; et omnia quę in presenti supradicta ęcclesia habet et quicquit in futuro adquirere potuerit, omnia tradimus, cędimus atque transfundimus jure perpetuo. Et est ipse alodis in comitatu Senecensi, juxta fluvium Viridionem, in loco qui antiquitus vocatur Morarius. Et sunt termini hujus donationis : ab oriente, de monticulo qui est in sumitate collis Maurelli, et descendit in directum in valle de Christiano, et sicut ipsa vallis discurrit in vadum Viridionis, qui antiquitus vocatur Melas, ad ipsum fontem; a meridie, sicut ipse fluvius descendit usque in rivum qui vocatur Utiola; ab aquilone, de supradicto monticulo, per crepidinem ipsius montis qui vocatur Maurellus, et vergit in Nutiolam; ab occidente, sicut ipse rivulus discurrit usque in Viridionem. Hęc igitur omnia, sicut supra scriptum est, nos supradicti donatores, propter cęlestes promissiones et peccatorum nostrorum remissiones, et ut monachi sint apud Deum pro nobis intercessores, donamus, cędimus atque funditus, perpetualiter, subnixa firmitate, roboramus, in liberam potestatem supradictorum monachorum, ad servitium Dei omnipotentis et omnium sanctorum, precipueque sancti Victoris ejusque sotiorum. Aug. 1012

Ego quoque Meinardus, Dei omnipotentis servus, et Dominicus,

frater meus, cum uxore ac filiis suis Pontio et Heldeberto, domina ęciam Ermengarda, nostra cognata, cum filiis suis, tam vivis quam et defunctis, Pontio et Athanulfo, omnia quę infra supradictos terminos habere videmur, tam in fevo quam in alode, similiter donamus omnipotenti Deo et sancto Victori, ejus martiri glorioso, monachis quoque ejus, tam presentibus quam et futuris, ut orent omnes pro salute nostra parentumque nostrorum, tam vivorum quam et defunctorum. Sane si quis contra hanc donationem helemosinariam in causam nisus fuerit insurgere contrariam, non valeat vindicare quod appetit, sed constrictus in vinculis cogatur auri optimi libras solvere XX, et insuper cum Juda traditore et cum Pilato, Christi crucifixore, pęnas luat ęternas, nisi cum satisfactione resipiscat ad emendationem. Nos ergo supradicti donatores hanc cartam fieri jussimus manuque propria firmavimus atque testes idoneos firmare rogavimus.

Signum Beliildis et filiorum ejus qui firmaverunt. Mainardus firmavit. Dominicus, frater ejus, cum filiis suis, firmavit. Ermangarda cum filiis suis firmavit. Humbertus Corignus firmavit. Archimbertus firmavit. Poncius de Quincione firmavit. Arnamnus firmavit. Bonus Par firmavit. Almeradus firmavit. Gauceramnus presbiter firmavit. Elisiars firmavit. Ricardus firmavit. Athanulfus firmavit. Villelmus Arbertus firmavit. Silvester firmavit.

Facta hęc donatio anno ab incarnatione Domini millesimo XLII, indicione X, mense augusto.

Berius scripsit.

767.

Circ. 1030. In Dei nomine omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, et honore sanctę Mariæ et sancti Victoris martiris, Ego Pontius, clericus et monachus monasterii Massiliensis, et nepos Mainardi, canonici de Morerius, facio donationem, pro anima mea et pro anima avunculi mei supradicti, supradicto monasterio, et abbatibus et monachis, presentibus et futuris, de omni hereditate et alode meo, quecumque habeo infra terminos de ęcclesia sanctę Marię de Mura, quę est sita in territorio de castro quem nominant Morerius, in comitatu Senecensi,

videlicet mansiones, terras cultas et incultas, et omnia ex toto quę ad me pertinent, ut monachi sancti Victoris omni tempore teneant et possideant, absque ulla contrariętate omnium hominum et feminarum. Si vero, *etc.*

* Ego Poncius hanc donationem scribere rogavi et manu propria f° 175.
firmavi. Ego Goderannus de Petra Castellana, Pontio mandante, scripsi et firmavi. Signum Pontius firmavit. Pontius Revolta firmavit. Isingarda firmavit. Vailmus firmavit. Jausbertus firmavit. Raimoardus firmavit. Bermonnus firmavit. Almaricus firmavit. Petrus Jausbertus firmavit. Rothlannus firmavit. Philipus firmavit.

768.

Cartę de Petra Castellana.

(Ed. in *Gall. christ.*, III, instr., 235.)

Dum quidam, divina precepta audientes, quibus dicitur : « Qui reli- 1043.
querit patrem et matrem et cętera, centuplum accipiet et vitam ęternam possidebit, » ita se funditus actibus secularibus subtraunt, ut sibi omnimodo mortui Deo vivant, beati itaque fiunt, quia, cum retributor malorum bonorumve Christus Dominus venerit, non sua solummodo centuplicata recipient, verum ęciam, beatis angelis similes, vitam perpetuam obtinebunt. Isti quipe qui pro Christo sic humiliari consenserunt, in extremo examine minime judicati, omnium hominum cum sanctis apostolis judices erunt. Ast alii, nec pęnitus sua omnia relinquentes, sed de suis facultatibus pauperes recreantes et egentibus in suis necessitatibus ministrantes, sub justo judice Christo judicandi in dextera positi, audient quę in evangelio sonant nobis cognita et miranda, quod benedicti ipsum Dominum et suum factorem esurientem paverint sicientemque potarunt, et, ut totum dicam, eorum bonorum auctor et fautor, quod, se vestito in necessitateque visitato, recipiant pro parvis grandia, benignus invitat. Hec enim ego Heldebertus et uxor mea Hermenguarda, simulque domnus Amelius, episcopus Sinecensis, et frater meus Rostagnus, necnon et nepoti nostri Dodo Abillonius et Pontius Gualo, Rostagnus, Herbaldus et Isnardus, tam grandi gaudio

cordis oculo perspecto, quod felici comercio ęterna temporalibus comparentur, placuit, favente Domino, de hoc quod nobis dudum monachi sancti Victoris, monasterii scilicet Massiliensis, in diebus clarissimi viri Vifręti, conquesti sunt nobis, videlicet terras sanctę Marię, altaris scilicet in confessione ejusdem monasterii fundati, conquirentes a nobis locum quendam, qui antiquitus vocabatur Cimira, asserentes hoc ex testimoniis cartularum vestustissimis atque veridicis. Quę nos audientes pariterque scientes quod idem monasterium, olim a paganis destructum atque eversum, terras multas ęcclesiasque et regiones amiserit, multis probationibus id justum decernentes, decrevimus hoc reddere debere quod tamdiu tenuimus incaute. Plus ergo nobis de amicis conquirendis in futuro seculo quam de divitiis in presenti seculo colligendis prospicere curantes, pariterque audientes vocem Domini in ęvangelio loquentis, in quo nobis precipit facere amicos de mamona iniquitatis, qui, cum ab hac vita defecerimus, recipiant nos in ęterna tabernacula, simulque cogitantes nichil Deo rectius offerre posse quam quod de manu ejus accepimus, secundum illud dictum sapientis : « Quod accepimus de manu tua, dedimus tibi, » nos ergo supradicti donamus pariter et reddimus omnipotenti Deo, ejusque genitrici sanctoque Victori martiri, et monachis supradictis, ęcclesiam sanctę Marię, quę est in comitatu Sinecensi, in territorio Petrę Castellanę, ad radicem montis quem vocant Semnaz vel Semnag, in loco qui antiquitus vocatur Cimira, cum ęcclesiis videlicet circa eandem basilicam sanctę Marię constructis, quę ęcclesię vocantur sancti Johannis, sancti Petri et sancti Laurentii, cum parocchia et cum hominibus in eadem villa comorantibus, et cum omnibus ad eundem altare sanctę Marię pertinentibus, et cum terris circum jacentibus; donamus pariter et reddimus cum terminationibus suis. Habetur itaque terminus : ab oriente, sicut decurrit rivus qui dicitur Vis Claudia usque in fluvium qui vocatur Viridonus; a parte meridiana, sicut decurrit ipse fluvius; ab occidente, terminum habens petram qui dicitur Cucar, et pergit per verticem ipsius montis usque in montem qui dicitur Alamanno, et vadit usque in locum qui dicitur Terra, pergitque per verticem montis usque in rubina; a septentrione, sicut decurrit rivulus qui exit de ipsa

rubina et vadit usque in Alma Folla, et sicut pergit via antiquitus usque in pontem qui est super aquam quę exit de palude, et sicut vadit ipsa via antiquitus usque in rivo qui dicitur Vis Claudia. Igitur nos, cum filiis nostris, volumus et concedimus pariterque firmamus ut, secundum terminationes positorum locorum et cum omnibus infra positis, cum terris cultis et incultis, cum pratis et vineis, cum arboribus fructiferis et infructiferis, reddimus et transfundimus monachis in monasterio sancti Victoris habitantibus, presentibus pariter et futuris, in perpetuum ibidem comorantibus, ut ipsi servi Dei illic famulantes sine ulla inquiętudine vel contradictione teneant et possideant et in perpetuum habeant, quatenus, per orarum spatia oratum euntes, felicia ad Deum precum transmittant verba pro nobis, et pro omni parentela et consanguinitate nostra. Sane si quis ex nobis, aut ullus homo aut ulla opposita persona, masculus vel femina, contra hoc quod hic scriptum est inrumpere, calumpniare, inquiętare vel demere quoquo modo conatus fuerit, cępta relinquat, victus jaceat, auri libras v componat, sitque anathema maranatha et, cum Juda dampnatus, in inferni carcere pęnas luat, et postea donatio et redditio nostra firma et stabilis permaneat.

Scripta hac titulatione, ut pro omni firmitate cum interposita stipulatione subnixa maneat, scripta, dico, anno ab incarnatione Domini millesimo XLIII, indicione VI, epacta XXVIII, concurrente III, ciclo lunari VI *, regnante Domino nostro Jhesu Christo, scripta, dico, in v°. eadem supradicta ęcclesia.

Dominus Ugo[1], episcopus Senecensis, et fratres ejus firmaverunt, id est Pontius Pulverellus, Ripertus, Leodegarius, Bonefatius, Arbaldus, Petrus. Filii Arbaldi firmaverunt, id est Petrus Gauciolenus, Pontius, Datilus, Guigo. Filii Ardeberti firmaverunt, id est Heldebertus, Waracus. Filii Pontii firmaverunt. Dominus Pontius Glannicensis et fratres ejus, id est Hugo, Guirenus, Bermundus, Rodulfus, Pontius, Junanus firmaverunt. Petrus, indignus monachus, scripsit, si placet[2].

[1] Hugo qui, ut videtur, abdicanti et adhuc superstiti Amelio supradicto successit. Vid. *Gall. christ.*, III, 1253.

[2] Ejusdem chartæ alterum exemplar folio 184 Cod. descriptum est.

PRIVILEGIA ÆPISCOPORUM AMELII ATQUE HUGONIS, DE ECCLESIIS PETRE CASTELLANÆ.

769.

(Edit. in *Gall. christ.*, III, 234, et ap. Martene, *Ampl. coll.*, I, 405.)

13 oct. 1059. Dum Dei omnipotentis nutu, ęquo moderamine cuncta disponentis, sanctorum canonum sacręque legis instituto constet esse sanctitum ut quicumque homo, quęcumque persona res ęcclesię alterius adquisierit, quantumcumque hędificiis vel quocumque aquisitu easdem res augmentaverit, mox ab eredibus ęcclesię, ad quam jure pertinent, ipse res requisitę absque ulla debere reddi contrariętate. Ideirco ego Amelius, gracia Dei sanctę sedis Senecensis episcopus, nostrorum filiorum ceterorumque fidelium nostrorum voluntate ac rogatu, ęcclesias nostri diocesii quasdam, quę olim fuerant sancti Victoris monasterii Massiliensis juris, quamvis aliquanto tempore a quibusdam monachis injuste possesas, auctoritate apostolica eidem monasterio reddimus sive donamus, cum omnibus quę ad easdem ęcclesias pertinent, simul cum omni decimo rerum sibi pertinencium, nunc vel in posterum adquisitarum. Quę ęcclesię sunt sitę in loco vel villa quę vocatur Petra Castellana, Duselia sive Cimiranis. Et hoc tali tenore facimus ut omni tempore servi Dei ibidem permanentes pro nobis vel successoribus nostris apud Deum sint intercessores. Sunt autem heę ęcclesię : sancte Mariæ, sancti Johannis Babtistæ, sancti Petri et sancti Laurentii. Si quis ergo hominum, cujuscumque ordinis aut dignitatis, sive aliquis successorum nostrorum, hoc privilegium nostrę auctoritatis irrumpere temptaverit, omnipotentis Dei sanctorumque omnium iram incurrat, et cum Juda Scarioth cumque Caipha pęnas ęterni ignis sustineat, et in presenti a liminibus sanctę ęcclesię extraneus anathema maranatha in perpetuum existat.

Acta puplicę in monasterio sancti Victoris, idus octubris, die sanctorum apostolorum ęcclesię consecrationis.

Ego Amelius manu propria firmavi. Pontius[1], episcopus Massiliensis, firmavit. Raimbaldus, episcopus Arelatensis, firmavit. Petrus[2], Aquensis episcopus, firmavit. Stephanus[3], episcopus Aptensis, firmavit. Jauzelmus, Forojuliensis episcopus, firmavit. Benedictus, Avinionensis episcopus, firmavit. Nictardus, Niciensis episcopus, firmavit. Teodatus, Tolonensis episcopus, firmavit. Durandus, episcopus Vinciensis, firmavit.

Durandus monachus scripsit, Amelio episcopo mandante, anno ab incarnacione Domini millesimo XL, indicione VIII, feria III.

770.

Alia

In nomine sanctę et individuę Trinitatis, unius videlicet summi Dei. Circ. 1040.
Ego Amelius, gracia Dei presul sanctę matris ęcclesię Senecensis, actus amore Dei et auctoritate simul pontificali, secundum traditionem sanctorum canonum roboratus, ubi datur licentia episcopo de rebus episcopii cellam servorum Dei sive monasterium construere, concedo ad cellam monasterii beati Victoris martiris, quę sita est in nostro ępiscopio et constructa in honore sanctę Dei genitricis Marię, in loco qui vocatur Cimiranus, de rebus episcopii nostri quiquid de ipsa ęcclesia seu de ipsis altaribus quę in ipsa cęlla constructa sunt ad nos pertinere videtur, in decimis, in primitiis, in oferendis, in sponsalitiis, in omnibus omnino rebus quę ad nos pertinere videntur, in tali conventione ut ipse abbas et tota congregatio sancti Victoris pro salute et pro remedio animę meę et omnium parentum meorum piissimum Dominum intercedant omni tempore et in ipsam cellam monachos mitant, qui officium debitum, secundum possibilitatem suam, Domino reddant; quod si non fecerint, ad nos revertantur supradictę res. Si quis autem hanc nostram ęlemosinariam[4] inquiętare aut inrum perevoluerit, iram Dei omnipotentis incurrat, si non emendaverit.

Ego Amelius, Senecensis ępiscopus, hanc donationis cartam fieri

[1] Pontius II.
[2] Petrus I.
[3] S. Stephanus II.
[4] Fort. suppl. : *donationem.*

jussi et manu propria firmavi. Ego quoque Hugo[1] hanc donationem, quam domnus Amelius, predecessor meus, fecit sancto Victori, Massiliensis monasterii, ut cum eo ęternę retributionis particeps sim, firmavi et donavi. Domnus Ildebertus, et uxor sua Ermengarda, et filii sui Ildebertus et Guaracus et Amantia firmaverunt. Pontius de Sancto Martino cum filiis suis firmavit. Pontius Pulverellus et filius suus Dodo, et fratres sui Bonifacius et Arbaldus, firmaverunt. Isnardus firmavit. Fulcaldus firmavit. Petrus firmavit. Isnardus de Senecio firmavit. Pontius Alacris firmavit. Junanus firmavit. Rothlandus firmavit. Manasses firmavit. Dominicus firmavit. Pontius presbiter firmavit. Bonus Filius firmavit. Isnardus Turvus firmavit. Arnaldus de Collo Martio firmavit. Pontius Junanus firmavit. Aimericus monacus scripsit.

771.

Carta de Balda.

Jun., circ. 1010.

Auctoritas enim jubet ęcclesiastica et lex consistit romana, *etc.* Quapropter, ego Balda cogitavi de Dei misericordia et de ęterna Christi retributione, et ut sanctus Petrus, qui habet potestatem ligandi atque solvendi, absolvat me ab omni vinculo delictorum meorum, ut merear

f. 176.

illam vocem audire, quem* Dominus dicturus est : « Venite, benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi, » pro amore ipso, dono ad ęcclesiam sanctę Marię, quę est subtus castrum Petra Castellana, hoc est de vinea una semodiata; et insuper sunt dextri VI, quę mihi ex projenie parentum meorum legibus obvenit, hoc est ipsa vinea in comitatu Regensi, in villa quę nominant Sarganio. Consortes et terminationes sic conjungunt : de uno latus, terra de domna Adalgarda; de alio latus, terra de domno Girino; de alios latos, terra de ipsa domna Balda. In ea vero ratione, ipsa vinea, omnique tempore, in usum permaneat ad ęcclesiam sanctę Marię. Si quis, *etc.*

[1] Hugo, episcopus Senecensis, Amelii successor.

Facta carta ista in mense junii, regnante Rodulfo, rege Alamannorum seu Provintię.

Signum Balda, qui donatione ista scribere fecit et testes firmare rogavit, manus sua firmavit.

772.

Alia.

Auctoritas etenim jubet ecclesiastica, et lex consistit romana, *etc.* Jan. 1009.
Quapropter, ego Rostagnus cogitavit de Dei misericordia et de ęterna Christi retributione, *etc.* Pro ipso amore, dono ad ęcclesiam sanctę Marię in Monasterium hoc est mansus unus, qui mihi ex projenię parentum meorum legibus obvenit. Et est ipse mansus in territorio de castro quę vocant Toramena, quę Ricardus Bassetus excoluit cum omnibus appendiciis et adjacentiis suis, quantum ad ipsum mansum pertinendus est et pertinendum erit, totum et ab integrum dono, pro remedium animę meę, ad ęcclesia suprascripta sanctę Marię, in ea vero ratione ut ipse mansus omni tempore in usum permaneat monachorum qui ipsam ęcclesiam rectores erunt. Sane si quis, *etc.*

Facta carta ista feria II[a], in mense januari, anno XVI regnante Rodulfo rege.

Signum Rostagnus qui cartula ęlemosinaria ista scribere fecit et testes firmare rogavit, manus eorum firmavit. Heldebertus donavit et firmavit. Pontius firmavit. Valo firmavit. Rostagnus firmavit. Dodo firmavit. Abillonius firmavit. Isnardus firmavit. Arballus firmavit. Teudrat firmavit presbiter. Hermenricus presbiter scripsit et firmavit.

773.

Alia.

Ego, in Dei nomine, Amelius, Senecensis ęcclesię Dei gracia epis- 1038.
copus, cum ętu canonicorum mihi comissorum, audiens Petram Castellanam, castrum sive villam quę antiquitus vocata est Ducelia sive Cimiranis, alodem esse sancti Victori, monasterii Massiliensi, eidem

sanctissimi Victoris monasterio, pro animę meę remedio, cum consensu meorum canonicorum, reddo sive dono mansum I quem actenus possedi in predictę villę sive castri territorio, quem excoluit homo nomine Ricardus, cum omnibus rebus ad eumdem mansum pertinentibus, videlicet cum campis, vineis, pratis, ortis, garricis, terris cultis et incultis, ut servi Dei in predicto monasterio commorantes pro meorum remissione peccatorum perpetui sint intercessores apud Deum. Sane si quis, *etc.* Ego Amelius hanc donationem sive redditionem scribi rogavi et manu propria roboravi, et testibus firmare rogavi.

Facta donatio hęc anno incarnationis Domini millesimo XXXVIII, indicione XI.

Pontius presbiter firmavit. Rotbertus firmavit. Teothbertus firmavit. Durandus monachus scripsit [1].

774.

Alia.

Oct. 1005 vel 1006. Auctoritas etenim jubet ęcclesiastica et lex consistit romana, *etc.* Quapropter, ego Stavulus cogitavi de Dei misericordia et de ęterna Christi retributione, *etc.* Pro ipso amore, dono ad ęcclesiam sanctę Marię, quę est subtus castro Petra Castellana, hoc est de terra modiata I°, quę mihi ex projenie parentum meorum legibus obvenit. Et est ipsa terra in comitatu Senecense, in loco * quem nominant Romagnaco. In ea vero ratione ut ipsa terra omnique tempore in usum permaneat ad ęcclesiam sanctę Mariae. Sane si quis, ego Stavulus, *etc.*

I°.

Facta carta ista in mense octobris, anno XII regnante Rodulfo rege.

Signum Stabilis, qui cartam elemosinariam istam scribere fecit et testes firmare rogaverunt, manus eorum firmant.

775.

Circ. 1043. In Dei omnipotentis nomine. Ego Heldebertus, et uxor mea Her-

[1] Cf. n. 769 et 770.

mengarda, et filii nostri Garachus et Fides et Amantia, donamus omnipotenti Deo et sanctę Marię et sancto Victori monasterii Massiliensis, de alode nostro quod usque hodie abuimus in territorio de castro quę nominant Petra Castellana, seu in comitatu Senecensi, hoc est unum mansum qui fuit de Durando Juvene, ut servi Dei, qui sunt in monasterio sancti Victoris martyris Massiliensis, ipsum alodem teneant et possideant omni tempore. Et donamus ipsum mansum pro remedio animarum nostrarum et filio nostro Aldeberto. Sane si quis, *etc.*

Isnardus Curvus firmavit. Filius Isnardus firmavit. Pontius Alacris firmavit. Junanus firmavit. Roltannus firmavit. Isnardus Merlus firmavit. Dominicus faber firmavit. Rainardus firmavit.

776.

Rememoratio et descriptio de rebus sanctę Marię Petrę Castellanę et sancti Victoris, martiris Massiliensis, videlicet quę in ipso territorio Petrę Castellanę abentur aut in circuitu villarum circumjacentium. Circ. 1043.

Ad Fontem Putidam donavit nobis Maria et Richissenna totum alodem quę ibi habere videntur, scilicet vineam et terram cultam et incultam. Habemus in valle Montainainca unam modiatam, quę Gantelmus pro fratre suo donavit sanctę Marię Petrę Castellanę. Habemus in Rubione unum mansum quem donavit Eldebertus in sponsalicio sanctę Marię, et Pontius et fratres sui, et Dodo et fratres ejus ipsum mansum quę fuit de Malamena Dura. Et supradictus Dodo donavit nobis in ipso Rubione alium mansum quę fuit de Giraldo Cognento. Habemus in Roca Rufa unam medietatem mansi, quę donavit nobis Durantius de Evols, quę fuit de Rainaldo et de Airaldo. Habemus in territorio de Evols unum mansum quem donavit nobis Rostagnus clericus, quę fuit de Aloan, et alium quę fuit de Archimbo. Habemus ibidem in villare de Amata unum campum, quem donaverunt nobis Dominicus Polegetus et frater ejus Sigubertus. Donavit nobis supradictus Durantius in Evols duas bracarias, unam quam excoluit Johannes Marcioscus, et aliam quę fuit de Famuel. Habemus in Peirolas unum mansum quem donavit nobis Rostagnus

clericus, quę fuit de Petro Perdigone. Habemus in silva, subtus lacum, terram quę fuit de Leontio, quę donavit Jautbertus Pelencus. Habemus in Caldone unum mansum, quem excoluit Siguinus, quem donavit nobis Rostagnus clericus; et ipse Rostagnus donavit nobis in Toramina mejariam suam, quę tenet Tenda, et de pascherio de Toramina, post obitum suum, partem suam, quę illi pertinet per fraternitatem, et in Petra Castellana duos mansos, unum quem tenuit Pontius, filius Isnardi, alium quem tenuit Folcardus, quę fuit de Iscarico. Donavit Barnerius medietatem trium vinearum quę sunt super viam quę pergit ad fontem et vadit in Anglis et exit de Petra Castellana : unam vineam quem excolit Athamulfus, aliam quę excolit Arnulfus, terciam quę excolit Marcia. Hanc donationem fecit Bonifatius et uxor ejus filiique eorum et firmaverunt. Donavit Aldebertus et uxor ejus Ermengarda, filiique et filie eorum, et Galburguis et filii ejus, et Pontius de Sancto Martino et filii ejus, ipsam terram quę habent in plano de Salinis ; donaverunt sanctę Mariæ et sancto Victori, sicut vadit via quę venit de Monasterio et vadit juxta ibi ubi fuerunt mansiones de Salinis usque in flumine Viridonis. Si quis itaque quelibet persona, servilis aut ingenua, qui istas donationes contrariare aut annullare voluerit, non valeat implere quod cupit, sed maledictioni subditus sit anathema maranatha, simulque cum Juda dampnatus, pęnas luat ęternas, nisi penitus se correxerit, et pro presumptione sua exsolvere cogatur auri optimi libras v ; post hęc donatio nostra firma et stabilis permaneat cum stipulacione subnixa. ΑΠΥΘ [1] Petræ Castellanę.

777.

(Ed. in *Gall. christ.*, III, inst., 236.)

1ᵉ 177 vᵉ.

28 dec. 1122. Ad memoriam et cognitionem presentium et futurorum, in hoc scripto continetur quod venerabilis memorie Aldebertus, Senecensis episcopus, adiens Massiliense monasterium, cuncta de quibus inter suam et Massiliensem ęcclesiam diutina controversia fuerat, cum consilio et voluntate canonicorum et clericorum suorum Guidonis pre-

[1] Id est *apud*.

positi, Guiranni, Aldeberti, Geraldi, Radulfi et Wilelmi, Bosonis et Petri et Willelmi de Marcops et Dodonis et Wilelmi Puinc et Petri de Omnibus Sanctis, Rodulfo abbati et successoribus suis et omnibus fratribus ejusdem monasterii, presentibus et futuris, laudavit et firmavit et corroboravit. Igitur ego Aldebertus, gracia Dei Senecensis episcopus, cuncta que Massilienses abbates et monachi in episcopatu meo habuisse noscuntur, vel que in antea, Deo donante, potuerint adquirere, laudo et confirmo. Et expresius laudo eis ecclesias cellule Petre Castellane sancte Marie et sancti Johannis et sancti Petri, cum babtisteriis et oblacionibus vivorum et mortuorum, et cum omnibus decimis et primitiis et mortalitatibus territorii ipsius villule in integrum, et cum medietate mortalitatis ipsius castelli; ecclesias eciam de Bleus sancti Symphoriani et sancti Pontii, cum medietate decimarum et cum duabus partibus mortalitatis, atque cum decimis proprie dominicature; cellulam sancti Petri de Bagarres, cum decimis sue dominicature et cum quarta parte decimarum ipsius castelli et tercia mortalitatis; ecclesiam sancti Martini de Alonz cum pertinenciis suis. Infra terminos autem harum duarum parrocchiarum, de Bleus videlicet et de Alonz, interdicimus ne aliqua omnino persona ecclesiam noviter audeat construere sine conscientia episcopi et absque consilio et voluntate abbatis et monachorum Massiliensium, et, si construantur, monachorum sint. Laudo eciam ecclesiam sancte Marie de Monte Romaldi, cum pertinentiis suis; ecclesiam sancte Marie de Mura, cum omnibus sibi pertinentibus, in integrum, videlicet cum decimis et primitiis, oblationibus, babtisteriis et mortalitatibus; ecclesias cellule sancte Marie et sancti Stephani de Thoramina, cum decimis et primitiis et mortalitibus. Sane si quis, ego vel aliquis successorum meorum, necnon aliqua clericalis secularisve persona, hanc cartam nostre laudacionis et confirmationis vel eciam corroborationis, *etc.*

Facta carta anno incarnationis Domini millesimo c° xx° iii°, indicione i^a^, mense decembrio, v° kalendas januarii, feria v, luna xxvii, anno ii° xviii^lis^ cicli, concurrente vi°, epacta xxii, regnante Henrico, rege Alamannorum[1].

[1] Anno 1123 a nativitate Domini incepto, omnes notæ temporum hic concordant.

Ego Aldebertus, Senecensis episcopus, hanc cartam scribere feci et manu propria firmavi, clericosque firmare rogavi, salva reverentia Senecensis ecclesie et annuali censu in ecclesiis de Alonz et de Bleus. Adhuc eciam laudo et concedo mortalitates confratrum in integrum, undecumque ad nostras ecclesias advenerint. Signum Aldeberti, Senecensi episcopi. Signum Guidinis prepositi firmavit. Signum Aldeberti firmavit. Signum Guiranni firmavit. Signum Giraldi firmavit. Signum Rodulfi firmavit. Signum Guilelmi firmavit. Signum Bosonis firmavit. Signum Petri firmavit. Signum Guilelmi de Marcops firmavit. Signum Dodonis firmavit. Signum Guilelmi Puinc. Signum Petri de Omnibus Sanctis firmavit. Hujus cartule sunt testes : Bonefacius de Castellana et Dodo et Raimundus et Ugo, fratres. Item, signum Wilelmi Bot. Signum Wilelmi de Rubium. Signum Petri de Senez. Signum Gafre de Bleus. Signum Petri de Canola.

f. 148

778.

Census bladi.

Sæc. XII. Hii sunt census de blado cellarii monasterii sancti Victoris Massilienses, debiti ab antiquo ab ecclesiis seu prioratibus ipsius monasterii :

Ecclesia seu prioratus sancti Damiani, XXX modios.
Prioratus Sex Furnorum, XXX modios.
Prioratus Soleriis, VI modios.
Prioratus Belligenserii, III modios.
Prioratus Castri Regalis, VI modios.
Prioratus de Grimaudo, VI modios.
Prioratus sancti Torpeti, III modios.
Prioratus de Palaison, VII modios.
Prioratus de Seillas, I modium.
Prioratus de Barjamo, II modios.
Prioratus de Calars, II modios.
Prioratus de La Mota, III modios.
Prioratus de sancto Cassiano, I modium.
Prioratus de Arcubus, II modios.

Prioratus de Luco, II modios.
Prioratus sancti Antonini d'Entrecastels, I modium.
Prioratus de Villa Crosa, VI modios.
Prioratus de Tortor, I modium.
Prioratus de Villa Alta, I modium.
Prioratus sancti Martini de Castello Duplo, I modium.
Prioratus sancte Crucis, III modios.
Prioratus de Saleta, V modios.
Prioratus de Mostiers, I modium et dimidium.
Prioratus Auriolis, VI modios.
Prioratus sancti Zacharie, VI modios.
Prioratus de Almis, VI modios.
Prioratus Nantis, VIII modios.
Prioratus de Rotgerio, VI modios.
Prioratus de Torves, V modios.
Prioratus Sancti Maximini, XV modios.
Prioratus de Brusa, III modios.
Prioratus de Oleriis, II modios.
Prioratus de Porcils, II modios.
Prioratus de Sparrone, X modios.
Prioratus de Porreriis, VIII modios.
Prioratus de Podio Lupario, VI modios.
Prioratus de Tretis, XV modios.
Prioratus de Podio Nigro, VIII modios.
Prioratus de Castro Novo et Favarico, V modios.
Prioratus de Fuiello, III modios.
Prioratus de Gardana, VIII modios.
Prioratus de Buco, VII modios.
Prioratus de Seias, VII modios.
Prioratus de Renumma de Rages, II modios.
Prioratus sancti Ypoliti, III modios.
Prioratus de Gontardo, IIII modios.
Prioratus de Cadeneto, I modium et dimidium.
Prioratus de Roca Martina, III modios.

Prioratus de Adana, III modios.
Prioratus de Mejanis, II modios.
Prioratus de Senoillet, II modios.
Prioratus de Ceresta ultra Durenciam, V modios.
Prioratus de Pennis, V modios.
Prioratus sancti Saturnini, V modios.
Prioratus sancti Antonini, L eminas annone.
Prioratus de Campo Domino, C eminas annone.

v°. 779.

Carta de Anoth.

1042. Evangelica auctoritas et divina sunt precepta pro terrenis cælestia, pro transitoriis æterna, debere adquiri, *etc.* Quapropter nos Pontius Silvanus et Huguo et Guilelmus atque Milo, cum uxore sua et filiis suis Heldeberto et Milo et Petro, Constantino, Pontio et Guilelmo; Jonam et fratres ejus Pontius, Sulpicius, et uxor sua Gerunda, cum filiis suis Guidone, Bertranno, Leontio, Grifone et Pontio; Hermenricus et frater ejus Pontius; et Antoninus, Girunculus, Autrannus, Pontius et Manulfus, et mater eorum Ermengarda; omnes nos, pro redemptione animarum nostrarum et genitorum ac genitritium omniumque parentum nostrorum, et ut omnipotens Deus det nobis remissionem omnium peccatorum nostrorum, donamus aliquid de alode nostro omnipotenti Deo et sancti Victoris martiris monasterio Massiliensi, monachis quoque ibidem Deo servientibus, tam presentibus quam futuris, ecclesiam scilicet in onore sancti Pontii martiris dicatam, que est sita in territorio qui vocatur Sigumanna. Et sunt termini hujus donationis : ab oriente, sicut rivus decurrit de Cala et vergit per meridiem in flumen Vaira; ab occidente, flumen Vaira usque in rivum Tribulum; ab aquilone, de ipso rivo Tribulo usque in penna de Roca Rufa usque in Lara, et, per verticem de Lara, usque in serretum de ipso campo de Ricardo, et vergit usque in supradictum rivulum; et, supra vinea de Nitardo, terram Pontii Silvanni, pro qua accepit duas equas, unam de monasterio et aliam que fuit de Martino monacho.

Et adjicimus ad supradictum donum ego Pontius et frater meus Hugo, cum uxoribus et filiis nostris, Pontius Silvanus, Petrus Boxera, Guilelmus, Vidianus, Guigonus et Hugo, nos donamus, de alode nostro, una pecia de terra que est in territorio de Desomena, et fuit de manso de Benedicto : de uno latus, terra que est de Adalbert Fabre et de Enguberto; de alio latus, terra de Folcardo; deorsum vero, ipsa terra de Gausberto Armanno, unum clausum de vinea Crom, que est dominicata; Wilelmus, nepos noster, vineam quam partitur cum Asterio; et ego Jonam, cum uxore mea et fratre meo Pontio et filiis nostris, medietatem de campo ubi vocant Ruptam, et unam partem de ipso prato ubi vocant Celleta, et vineam de Vitali et de Amalrigo, et aliam vineam dominicam ad Ceresarios, et vineam de Nitardo, aliam de Pontio Abiel, et vinea de Adalbert, et fontem qui vadit ad ortum, et aliam vineam quę partitur cum Nitardo; et Milo, vineam quam partitur cum Guilaberto; et Martinus presbiter, vineam suam; et Sulpitius, cum uxore sua Girenda, unam modiatam de terra in monte Tribulario, et aliam terram quam comparaverunt de alodariis in Sigumanna, et vineam de Bertranno Paladino, et aliam vineam de Garnerio cognomento Taman. Geronda quoque predicta, consanguinea nostra, et filii ejus Wido et Leontius Bertrannus et Grifo Pontius, supra hęc, pro animabus suis, donat ad proprium alodem jam dicto sancto Victori et monachis ejus totam terram cultam et incultam, quę jacet infra cumbam, que ferit in Vaira et viam de castro Perisco, et blacheiram ipsius sancti Victoris. Nos insuper quoque totam ipsam terram cultam et incultam, quam Richardus, noster caballarius, cum consilio nostro, cambiavit per vineam quam habebat donatam ad sanctum Victorem et ad sanctum Pontium, pro anima mulieris suę, ad proprium alodem, donamus sancto Victori. Hermenricus dat, pro anima sua, et frater suus Pontius, et Antoninus et Autranus donaverunt tres partes de terra de Berleto, que fuit de manso Primo, et prato de balma de Canera et terra juxta prato, quantum pendit Vesrobina. Hec igitur omnia, sicut supra scriptum est, nos supradicti donatores propter celestes promissiones et peccatorum nostrorum remissiones, et ut monachi sint apud Deum pro nobis intercessores,

donamus, cedimus atque funditus, perpetualiter, subnixa firmitate, roboramus in liberam potestatem supradictorum monachorum, ad servitium Dei omnipotentis et omnium sanctorum, precipueque sancti Victoris ejusque sotiorum. Sane si quis contra hanc donationem elemosinariam in causam nisus fuerit insurgere contrariam, non valeat vindicare quod appetit; sed constrictus in vinculis cogatur auri optimi libras solvere XX et insuper cum Juda traditore et cum Pilato, Christi crucifixore, penas luat eternas, nisi cum satisfactione resipiscat ad emendationem. Nos ergo supradicti donatores hanc cartam fieri jussimus manuque propria firmamus, atque testes idoneos firmare rogavimus.

Teubaldus firmavit. Altemannus firmavit. Laugerius firmavit. Rainaldus firmavit. Pontius de Calia firmavit. Armannus firmavit. Pontius Murator firmavit. Ricardus firmavit. Aldebertus firmavit. Guido firmavit. Ainardus firmavit. Alter Ricardus firmavit. Asterius firmavit.

° 179. ° Vido de Salsas firmavit. Ripertus firmavit. Leotaldus firmavit. Rainaldus firmavit. Julianus firmavit. Petrus firmavit. Aimo firmavit. Micahel firmavit.

Ermenricus de Anoth donat ad sanctum Victorem et ad sanctum Pontium unam peciam terre juxta pratum juxta balma Caneira, in villare de Almald. Johannes Garnerius, quatuor sexteratas de terra, in Vila Crispa. Ipse Johannes, la media rota, in Desomena, que habet ab Isnardo Barnerio. Lambo de Peresco, una pecia de terra in Desomena. Antoninus, medietate de prato de Berleto. Gastinellus insuper nomine donavit Stephanum Raiambaldum ad sanctum Pontium, omnia que habet. Et Jonamus et Aialmus et Bonefacius et Odolus et Petrus et Jonamus frater donaverunt Lauterio et muliere sua Belielda et filiis et filias, que habent, a Deo et a sancta Maria et ad omnibus sanctis, sine ullo retinemento.

Ego Pontius Silvanus, pro remedio anime mee et pro animabus parentum meorum, dono Deo et sancto Victori, Massiliensis monasterii, martiri Christi, et ejus congregationi duos mansos, unum in villa quam nominant Alons, quem tenet Girardus Pecia Cudas, et alium in castro quod nominant Petriscum, quem tenet Abundius.

Facta carta anno incarnationis Domini millesimo XLII.

780.

In nomine Domini. Ego Clariana, uxor Guigonis, cum filiis meis Bertranno, Guilelmo, Petro, dono Domino Deo et sanctę Marię sanctoque Victori Massiliensi et sancto Ponfio tres pecias de terra; una pecia in Sago magna, juxta campum Dodonis; alia pecia in monte Trebal, inter terra de Stephano Eleia et Riperto Martino, et fuit ipsa terra de Petro Rabia; alia pecia super campum de Benedicto Frontud, juxta illam de Petro Surdo. Ego igitur Clariana, cum filiis meis, abeo in pretium illum equum qui fuit de Castinello, propter istas terras. Et alia pecia donavit Guigo, in die obitus sui, ad sanctum Pontium, in Pineta Lobosa, que est de Aldalberto Fabro, et aliam peciam de terra, que donavit Ato de Petrisco, que partit cum Pontio Lambos. Circ. 1043

781.

Carta sancti Cassiani.

Omni homini, dum licet et in ac vita subsistit, de ęterna retributione cogitare debet, dicente Scriptura : « Quantum potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia est apud inferos quo tu properas; » et Dominus in Evangelio dicit : « Date eleemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis » quia : « Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosina extinguit peccatum; » et sicut Salomon ait : « Redemptio animę viri, divitię suę; » ut, quando ad diem juditii venerimus, Domino dicente, audire possimus : « Venite, benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. » Propterea, ego Aldebertus et uxor mea Ermengarda, et filii nostri Aldebertus et Varaco, et filię Fides et Amantia, donamus atque transfundimus aliquid de ereditate nostra, in comitatu Glannicense, subtus castrum que nominant Amirato, id est ecclesiam sancti Cassiani, cum omnibus que ad eandem ecclesiam pertinent, cum terris cultis et incultis determinatis. De una parte, terminat rivus qui procedit de colle Avena et decurrit usque in Calvaniam aquam; et, de alia parte, via plupica, que descendit de supradicto colle Avena usque Dec. 1043.

in ipsam aquam Calvaniam, et ipsum molendinum qui est in ipsum terminum, cum omnibus que ad ipsum molendinum pertinent; ab oriente, terminat ipse rivulus qui decurrit de castrum, super ecclesiam sancti Cassiani, usque in supradictum rivum; et insuper duos mansos, unum de Ingilberto Peregrino et alium de Ricardo Caprario. Hęc omnia supradicta cedimus, tradimus atque offerimus Domino Deo omnipotenti et sancto Victori, ejus martiri glorioso, ejusque monasterio et monachis ibidem Deo servientibus, tam presentibus quam et futuris, ut orent omnes pro salute nostra animarum nostrarum parentumque nostrorum. Sane si quis, nos aut eredes nostri aut ulla opposita persona, qui contra hanc donationem sancti Victoris vel ad monachis ibidem servientibus ire, agere vel inquietare voluerit, non valeat vindicare quod repetit, sed componat in vinculo auri optimi libras XV, et insuper ira Dei maneat super eum et sit dampnatus cum Juda proditore, et cum Arrio, Sabellio, Anania et Saphira, et cum Diocletiano et Maximiano, Simon mago et Nerone et Pharaone et Oloferne, si infra XL diebus emendatus non fuerit, et postea carta ista stabilis et firma permaneat omnique tempore.

Facta carta ista vel donatio mense decembris, regnante Heienrico imperatore, anno ab incarnatione Domini nostri Jhesu Christi millesimo XLIII, indicione XIII.

Ego Aldebertus et uxor mea et filii vel filię, qui hanc cartam scribere fecimus et testes firmare rogavimus, manu nostra propria firmavimus.

V°.

782.

De ecclesia sancti Petri de Clusellas.

1 jun. 1039. In Christi nomine. Ego Ripertus, filius Vualburge, simul cum Pontio, filio Abellonii, mei quondam avunculi, audientes Dominum, *etc.* Pro remedio animarum nostrarum et pro anima prenominati Abellonii et pro anima Leodegarii, fratris mei, donamus Deo et sancto Victori, martiri Massiliensis monasterii, et Ysarno, ejusdem monasterii abbati, et fratribus ibi manentibus atque mansuris, ecclesiam sancti Petri ad Clusellas, cum territorio suo quod jacet circa eam; et ei

donavit predictus Abellonius et circum terminavit, a fonte de Roca Clausa, sicut aqua descendit, usque ad radium et ad viam superiorem que vadit ad Bricum Romanum, et volvitur ad fontem Albaretum, et usque ad montem Arenarium, et descendit per vallonem de campo Flavii, et extenditur ad collem de Warnerio, et usque ad sumitatem montis quem nominant Orzelmas. Hanc quam prediximus ecclesiam sancti Petri, cum territorio quod habet circum se, sicut jam dictum est, et rivis et garricis, terris cultis et incultis et arboribus, et cum omnibus laboribus que in eodem sunt et erunt facti territorio, et cum vineis et campis quos habet extra territorium predictum, et cum omnibus que ei ęcclesię datę sunt et in antea dabuntur, donamus et concedimus jam sepe dicto sancto Victori martiri Massiliensis cenobii, et Ysarno, abbati ejusdem monasterii, et monachis qui ibi sunt et futuri sunt. Hanc donationem quam factam habemus qui inrumperit vel annullaverit vel anullare voluerit, sit dampnatus cum Juda traditore, et servetur ejus judicio qui dicit : « Mihi vindictam, et ego retribuam. »

Facta carta ista anno ab incarnato Domino millesimo XXXVIII, kalendis junii.

783.

De Bono Vilare de Timas.

Summa industria ac subtili indagine filiis unicę Dei ęcclesię provi- Nov. 1044.
dendum est, ut, quando quis, pro sua suorumque animabus, ad usum ej[us]dem sanctę Dei ęcclesię aliquid impertire desiderat, cum summa aviditate recipiant quod karitas ministrat, quatinus et possidentibus sit suplementum terris in domminiis et largientibus receptaculum ęterne ęreditatis. Quamobrem, ego Johannes et filii mei atque heredes donamus ęcclesiam sancti Petri, quam vocant ad Bonum Vilare, cum omnibus pertinentibus ad ipsam ęcclesiam, quecumque in presenti habet et in futuro habuerit, hoc est unum mansum et duas braciarias; et ipse mansus fuit de Johanne Longobardo, et braciarias excolunt homines Ranfredus et Ismido; et vineam de Ebrardo, et

medietate de vinea de Gisberno et vineam de Samuel; et, post obitum de Morena, vineam de Riperto et vinea de Christina, et in Caldol vineam unam, et prope ipsam ęcclesiam campum qui vocatur Longus, cum uno prato sibi aderenti, et in campo Bono modiata una de terra, et juxta ęcclesiam sextairatas XII, et ipsam vineam quam dedit Stephanus Morena, et duas sestaratas de terra quam dedit Guitburga in loco quę vocatur Furnito, et vineam unam donat Stephanus in Caldol, quam Raiambertus tenebat. Hęc omnia supradicta donamus atque transfundimus monasterii sancti Victoris, martiris Massiliensis, et monachis, tam presentibus quam et futuris, ut orent omnes pro nobis ad Dominum. Et est hęc donatio in comitatu Glannicensi, in valle quę vocatur Caman. Sane si quis contra hanc donationem aliquid agere voluerit, non valeat vindicare quod repetit, sed componat in vinculo de auro optimo libras duas, et insuper ira Dei maneat super eum et sit dampnatus cum Juda traditore, et cum Arrio et Sabellio, et cum Anania et Saphira, si infra XV diebus ad ęcclesiam sancti Petri vel ad monachis ibidem servientibus ad emendationem non advenerit: et inde hec donatio firma et stabilis permaneat omnique tempore, stipulatione interposita pro omni firmitate subnixa.

Scripta est hęc carta et, ut ita dicam, hęc donatio in ipso loco sancti Petri, mense novembris, feria VI, regnante Heienrico, rege Romano, nobis autem Jhesu Christo in secula, [anno] millesimo XLIII, indicione XII.

Ego Johannes, qui hoc scribere fecit et testes firmare rogavit, manu quoque sua dando firmavit. Signum Stephanus. Signum Pontius. Signum Isnardus. Signum Raiambaldus. Signum Petrus. Signum Stephanus de Caucalerias. Signum Ripertus presbiter. Johannes scripsit, domno abbate Ysarno mandante.

f° 180. **784.**

(Edid. D. Martene, *Ampliss. coll.*, I, 657.)

1 apr. 1119. Equum et rationabile dignumque probatur ut, quemadmodum nostra volumus, ita et antecessorum nostrorum statuta servare debeamus.

Unde, quia hoc certissimum firmumque tenetur, eapropter noticie presentium futurorumque mandare curamus quod ego Wilelmus, gracia Dei Karalitanus archiepiscopus, inspirante summi et æterni regis providentia, post innumera variaque certamina, tandem sopitis omnibus litibus omnique suppresso molimine, ut Deus omnipotens misereri dignetur et ut in die suprema, meritis beatorum Victoris et Saturnini, illesus existam ab omni impetu malo, instante et agente domno Petro[1], apostolice sedis cardinali atque legato, tercia die post Pascha, videlicet kalendis aprilis, precibus eciam Berengarii prioris, cujus fides et devotio erga nos multa fuisse ab omnibus verissime scitur, omniumque fratrum sub eo degentium, quorum manui societatique corpus meum animamque comisi, rogatu aeciam judicis Mariani, atque omnium fratrum ipsius, consecraverim ęcclesiam sancti Saturnini, in qua videlicet ęcclesia, ut in futuro firmum testimonium fiat, altare majus ipsius ęcclesię in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli sanctique Victoris martiris, monasterii Massiliensis, propria manu consecravi. Et ut omnis deinceps questio omnisque controversia penitus aboleatur, ipsa die consecrationis, pro amore omnipotentis Dei et pro salute animę meę, supradictam ęcclesiam, domno cardinali astante omnique conventu majoralium totius istius terrę cunctorumque clericorum, ipsis consentientibus, laudantibus atque firmantibus, Domino Deo omnipotenti, et beate Mariae, semper virgini, sanctoque Victori martiri, et abbati Rodulfo, et omni sancto conventui monasterii Massiliensis, donavi, firmavi atque corroboravi, et, sicut decreta sanctorum patrum sancxerunt privilegia olim indulta monasteriis, scripto presentis pagine huic concessi, statuens ut amodo et semper firmiter permaneat sanctum et liberum, absque omni inquietudine et exactione. Eas vero ęcclesias, que ab antecessoribus meis eis collatę sunt, eodem tenore quo ab eis datę sunt, mea concessione atque auctoritate ipsius cardinalis et testantibus duobus episcopis de Guisarquio et de sancta Justa, eis trado atque concedo, cum consensu et confirmatione clericorum meorum, quarum hec sunt nomina : ęcclesiam videlicet sancti Euvisii de Nuras, et

[1] Petrus, cardinalis titulo S. Marcelli.

sancti Petri de Piscadur, et ęcclesiam sancti Luciferi de Pau, et sanctę Marię ad Vineas, et sanctę Marię de Sebol, et sancti Petri de Serra, et sancti Andreę et sancti Ananie de Portu, et sancte Marie de Portu Salis, et ęcclesiam sancti Helię de Mont, et sancte Victorię de Nuraxi de Urtina, et sancte Marię de Arcu, et sancte Marię de Gippi, et sancti Ambrosii de Uta, et sancte Barbare de Aqua Frigida, et sancte Marię de Margamugi, et sancti Petri de Ruina, et sancti Salvatoris ac sancte Lucie de Civita, et sancti Petri de Pont, et sancti Euvisii de Quart, et sancti Luxurii de Maara, sed et medietatem decime judicis. Si quis vero hanc donationem meam infringere voluerit, anathematis gladio feriatur, et sicut Judas traditor in inferni pena dampnetur.

Actum est hoc anno dominice incarnationis millesimo c° xviii, indicione xii.

Ego Guilelmus, Karalitanus archiepiscopus, subscripsi. Ego Petrus canonicus subscripsi. Ego Nichola canonicus subscripsi. Ego Constantinus, plebanus sancti Petri de Nuramine, subscripsi. Ego presbiter Sergius de Sevetrano subscripsi. Ego sacerdos Marce subscripsi. Ego Petrus, Romane ęcclesię cardinalis et legatus, consensi et subscripsi. Ego episcopus Augustinus ęcclesię sancte Juste consensi et subscripsi. Ego Petrus, episcopus de Guisarco, subscripsi. Ego Baro, sacri palacii subdiaconus, consensi et subscripsi. Ego Sergius de Furcilas subscripsi.

785 [1].

1127. Hęc est carta de diffinicione controversiarum quę agebatur inter Bernardum [2], abbatem Massiliensem, et Ricaldum [3], abbatem Vabrensem. Conquerebatur enim abbas Massilie super abbate Vabrensi et monachis ipsius, quod monasterium Vabrense, longo tempore quondam Massilie subditum et sub disciplina atque obedientia ejusdem cenobii constitutum, ipsi Vabrenses subtraebant. Abbas eciam Vabrensis cum monachis suis querebatur super monasterio sancti Leoncii,

[1] Extat in Chartul. Min., fol. 67.

[2] Hujus abbatis nomen prætermissum est ab auctoribus *Gall. christ.*

[3] Chartul. Min., *Rigallum.*

quod sui monasterii juris esse dicebat. Talis inde facta est difinitio cum consilio domni Atonis, Arelatensis archiepiscopi, et domni Ademari, Rutenensis episcopi, et aliorum prudentum virorum, quod Vabrensis abbas se et monasterium suum in ordinacione et obedientia abbatis Massiliensis, unde se subtraxerat, traderet; successores quoque predicti abbatis Vabrensis accipiantur ab abbate Massilie, consilio et electione fratrum Vabrensium, de eadem Vabrensi congregatione, si idonei et fideles utrique ecclesie inibi reperti fuerint; sin autem, eligantur a Vabrensi predicta congregacione de professis Massiliensibus; et, qualemcumque petitionem vel querimoniam super monasterio sancti Leoncii faciebat, cum suo conventu, prorsus dimitteret, et, si quas inde scripture raciones vel a Roma[na] ęcclesia concessiones haberet, cunctas Massiliensi abbati redderet; propter hoc, Massiliensis abbas ęcclesiam sanctę Marię de Octobiano, et ęcclesiam sanctę Marię d'Essomarde[1], et ęcclesiam de Petra, cum omnibus apendiciis earum et cum kartis earumdem, Vabrensi monasterio et ejusdem cenobii abbati Rigaldo et successoribus ejus concederet ac traderet in perpetuum libere possidendas.

Ego Rigaldus, Vabrensis abbas, consilio domni Rutenensis episcopi atque archidiaconorum suorum, videlicet Udalrici atque Guillelmi, ac tocius monasterii conventus, Domino Deo sanctoque Victori et beatę Marię Massiliensis monasterii, et tibi, Bernarde abbas, fratribusque tuis Massiliensibus, presentibus et futuris, dono et laudo atque dimitto ęcclesiam sancti Petri de Sancto Leoncio, et cum aliis ęcclesiis ejusdem loci et omnibus sibi pertinentiis quas possidet vel possidere debet. Insuper, me et Vabrense monasterium in ordinacione et obedientia tibi reddo; successores vero mei, sicut superius scriptum est, in subgeccione et obediencia permanebunt. Hoc transactionis donum firmum et nexibus stipulacionis vallatum, cum tradiccione factum, tibi et successoribus tuis in perpetuum permaneat, ut quodcumque kalamitate querimoniarum utriusque loci pullulaverat, tranquillitate presentis pacti sopiatur omnino.

[1] Chartul. Min., *de Somarde*.

Signum Ugoleni monachi. Signum Raimundi, prepositi [de] Nant. Signum Wilelmi de Bruniola. Signum Poncius de Albania. Signum Rodulfi prioris. Signum Petri castri Lucis. Signum Raimundi de Mostiol. Signum Attonis, archiepiscopi Arelatis. Signum Ademari, Rutenensis episcopi. Signum Johannis[1], episcopi Neumausensis.

Facta karta ista anno ab inkarnacione Domini millesimo centesimo XX° VII.

786.

1152. In nomine Domini. Presens hoc scriptum continet fedus, quod est comissum inter Gaufridum de Massilia et fratres ejus Ugonem et Bertrandum et Aicardum. Hii siquidem III^or^ convenerunt pariter ante venerabilem G.[2], Massiliensis cenobii abbatem, quem totius sui boni communem amatorem arbitrati sunt, eique exposuerunt sue inquietudinis causas. Bertrandus siquidem movebat familierciscunde judicium, cupiens experiri sue proprietatis debita singularitate. A tam fratribus quam fidelibus suis est contra visum, et ab eodem domno abbate plurimum dissnasum, quoniam ab invidentibus eorum tranquillitati et comunitati videbatur suggestum. Tutioris itaque consilii comoda deligentes, pacti sunt, et, eadem die, jurejurando firmaverunt super sancta quatuor Evangelia, in manu et gremio domni abbatis, se nunquam deinceps omnibus diebus vite sue hereditatem divisuros, nec alter alterum provocare ad idem, ne[c] qui superstes vixerit filios fratris, nec ab eis provocari poterit ad familierciscunde judicium, sed habebit eos in potestate tamquam suos, et in comunitate erunt omnia. Si quid autem querele inter eos undecumque ortum fuerit, monente domno abbate jam dicto G. vel ejus quocumque successore, qui monasterio prefuerit abbas, coram eo convenire debent et ipsius mandato et cognicione componere licium causas, sicut in presenti scriptura notatur. Juro ego G. et ego U. et ego B., si Deus me adjuvet et sancta III^or^ Evangelia, quod ita servabo et tenebo, et quicquid admisissem, per cognicionem jam dicti domni abbatis et secuturorum ejus revocatus emendabo.

[1] Joannes III, episcopus Nemausensis. [2] Guillelmus Petri.

Hoc totum factum est anno millesimo c° l° ii°, presidente domno papa Eugenio[1] ecclesię Dei, domno Petro[2], Massiliensi episcopo.

Hujus convencionis et jurisjurandi testes sunt[3].

787. f° 181.

Karta de Crotonis.

Qui presenti prosperitate fruuntur summopere sibi providere de- 14 april. 1042.
bent ad quem finem possessa protendant, quin jacturam patiantur, si forte contigerit non jure delfiniri quę sua nequeunt industria custodiri, sed eorum potius quibus possidenda traduntur. Illi ętiam procul dubio ad servandum comendenda puto terrestria, a quo, his[4] bene utamur, pro talione nobis impenduntur cęlestia. Certum est enim fidelibus ab omnipotenti Deo nobis necessaria donari, cui ex nobis datis nos convenit indesinenter ordinateque famulari. Hoc quippe, prout facultas suppetit et cordi mihi velle inest, ego Lambertus, et uxor mea Austrudis, et infantes nostri Guillelmus et Fulco et Vilelmus et Hugo, cogitamus quę bona promitantur justis, quę minatur mala Dominus peccatoribus. Si ipsi omnipotenti Deo placitum fuerit, donamus aliquit ex alode nostro Domino Deo, qui nobis quę videmur habere concessit, et ęcclesia sancte Dei genitricis virginis Marię, que appellatur Crotonis, sancti Victoris martiris et sociorum ejus cenobii quę situs est in comitatu Massiliense, in territorio civitate ipsius, et ad domno abbate, nomine Ysarno, cum monachis ibidem Deo servientibus, tam presentibus quam et futuris temporibus, cujus studio hęc facta est conscriptio. Et quia ipse Dominus dicit : « Date et dabitur vobis; » et : « Qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis; » nolumus aure surda transire, quin in aliquo maluerimus parere, ut meritam culpam sentire mereamur indultam; ideoque hanc facimus alodis nostri pauperculam largicionem predictę cęnobii ęcclesię in manu abbatis predicti monasterii. Alodis namque illius fundus situs est in comitatu Ventiense, in territorio civitate ipsius. Et est ęcclesia sanctę Dei geni-

[1] Eugenius III.
[2] Petrus I.
[3] Omissa sunt testium nomina.
[4] Fort. suppl. *si*.

tricis virginis Marię quę nuncupatur Crotonis, et terram in circuitu ejus, sicut terminata est. Interque consortes ex omnibus partibus prenotandi sunt : nam, ex uno fronte, a septentrione, terra Rogeriencos et vinea Atoni; ex uno latus, de oriente, rivo que exiit de terra Rotgeriencos et demergit usque in torrentem quem vocant Malvano; ex alio fronte, ex meridie, ad confinium vallonis, et ascendit in pogio super salam usque ad terminum territorio Clamatelli; et, ex alio latus, de occidente, territorio Torretas, sicut currit rivus ad imma usque in fluvium Lupi; vel si quis et alii sunt consortes, sicut terminatum est ad exemplum visum hominis. Inter istos denique terminos, quantum mihi visus sum abere vel in presenti possidere, quod nobis ex projenie parentorum nostrorum legaliter obvenit, totum hac integrum concedimus, donamus, tradimus atque transfundimus, cum omnibus quibuscumque adjacentiis ibi aderentibus et cum omnibus illius fundi possessionibus, Ysarno abbati et omnibus successoribus suis, cujus industria hęc facta est donatio ipsius monasterio; totum et ab integrum quod ęcclesię prenominatę omni tempore possideant, teneant vel habeant, per omnia futura tempora, absque termino. Si quis igitur, undecumque adveniens, qualiscumque persona, propria vel extranea, spontanea vel subrogata extiterit, volens hoc nostrum donum subvertere vel injuste adquirere, contestamur eum ut nullo pacto possit perficere neque liceat adimplere, sed judiciali convictus sententia, et vinculo mancipatus legis, in duplum componat illarum ęcclesiarum et servientibus ibi, quibus dampnum visus est adtrectare; et insuper omnipotentis Dei iram et indignationem, et omnium sanctorum maledictionem, et christianorum expulsionem et ecclesiarum sequestrationem accipiat, et in inferno situs gemat, nisi penituerit emendando; et exinde hęc nostra donatio firmissimam in omnibus possideat stabilitatem omni tempore.

Acta est hęc donatio elemosinaria ista anno ab incarnatione Domini millesimo XLII, indicione X, XVIII kalendas maii, regnante rege regum omnium summo Jhesu Christo, Domino et salvatore nostro, cui et a quo per quemque com Pa[t]re Spirituve est omnis honor et gloria sine fine permanens.

Testis et signum, Lambertus et uxor sua Austrudis cum infantibus suis, qui scribi hoc jusserunt et nomine proprio roboraverunt, manus illorum firmat. Amicus firmat. Petrus et Hugo firmant. Amatus presbiter firmat. Pontius et Rufinus firmant. Adalardus firmat. Adelbertus firmat. Ato firmat. Johannes firmat. Arnaldus firmat. Scriptor Poncius, tamen peccator et indignus.

788. v°.

Karta de Graulerias.

(Edid. D. Martene, *Ampl. coll.*, I, 413.)

In sancte et individue Trinitatis nomine. Ego Stephanus, Dominica feminę quondam filius, et fratres mei Guilelmus et Ingilrannus, videntes hoc seculum quod sit tam vanum tamque instabile ut nulli possit fidem servare, et quod hodie est eras non valeat in suo statu subsistere, quique heri superbia tumidus et extenso collo ibat, pene supinus nunc jacet sine sensu, ut truncus inutilis, esca vermibus de se factus scaturientibus; audientes quoque Dominum in evangelio dicentem : « Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, ut, cum defeceritis, recipiant vos in ęterna tabernacula; » et alibi : « Date ęlemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis, » tacti sumus dolore cordis intrinsecus, et, pro animabus patris nostri et matris nostrę, et pro remedio animarum nostrarum et seniorum Amici, Rostagni et uxorum eorum, ipsis nostris senioribus nobis consentientibus et ipsum fundum nobiscum dantibus, donamus Domino Deo et sancto Victoris, monasterii Massiliensis, et habitatoribus ejusdem monasterii, tam presentibus quamque futuris, ęcclesiam sanctę Marię quę est in villa quę nominatur Graulerias, cum uno clauso vinearum et cum duabus sparranis et cum toto hoc quod deinc ipsi ęcclesię accreverint. Et alteram ęcclesiam donamus similiter predicto sancto, quę est in castello quod est nominatum Majone, cum tota ipsa potestate quam pater noster et mater nostra habuerunt in ipso castello et nos habemus, et cum una vinea et suis parranis, et cum omnibus rebus quas adquisierit in futuro tempore. Terciam nihilominus donamus, quę, consecrata in onore sancti Petri, fundata est in valle quę nominatur Toredena, cum quatuor 1047.

peciis de terra, inter cultas et incultas. Hęc omnia, sicut prescripta sunt, donamus prenominato sancto Victori, Massiliensis cenobii, et habitatoribus ejusdem loci, tam presentibus quam ęciam futuris, ea scilicet ratione ut ea habeant, teneant et possideant. Si quis autem comes, vicecomes, comito, episcopus, presbiter, clericus, laicus vel alia aliqua persona hanc donationem annullare voluerit, nisi resipuerit et legitima satisfactione, si emendare potuerit, emendare noluerit, cogatur auri libras XII, si tantum prevalet; sin autem, totum suum abere persolvat predicto monasterio sancti Victoris et abitatoribus ejusdem loci; insuper veniant super eum omnes maledictiones quę inveniuntur scripte in novo et veteri Testamento.

Ego Stephanus et fratres mei Guilelmus et Ingilrannus, consentientibus nobis domno Durando, Ventiensi episcopo, cum clericis suis, per quem tenemus altaria supradictarum ęcclesiarum, et domnus Amico et Rostagno, eorumque conjugibus, hanc donationem jam sepe dicto sancto Victori fecimus, et in hac carta scribi rogavimus et manibus nostris firmavimus, et, in presentia domni Petri abbatis, supra altare iterum iterumque dicti sancti Victoris, Massiliensis urbis, firmatam quoque ab aliis quos rogavimus, posuimus.

Hęc donatio facta est anno ab incarnatione Domini millesimo XLVII, indicione XV, aepacta III, luna vero XXII.

789.

Karta de Gateras.

1037. In Dei omnipotentis nomine, sanctissimę ejus disposicionis ordinacione, Ego Amicus et Lambertus, frater meus, et uxores nostre et filii nostri, et Guilelmus, fidelis noster, et uxor sua Adalax, pro nostrarum redemptione animarum simulque pro sanctissima omnipotentis Dei promissione,... offerimus atque donamus omnipotenti Deo, qui nobis dedit omnia quę habemus, de ipsis suis donis aliquid in ęlemosina, ad proprium alodem, sanctoque Victori, ejus martiri, et abbati presenti domno Isarno, omnibusque monachis, tam presentibus quam et futuris, qui secundum regulam sancti Benedicti ibidem vivere

studuerint, ut orent omnes pro salute nostra, tam corporum quam animarum nostrarum, et intercessores jugiter sint apud Deum pro percipiendis omnium peccatorum nostrorum remediis. Est autem predicta donatio in comitatu Vencense, intra terminos de villa quę dicitur Gaterias, id est ęcclesia sancti Stephani quęsita est non longe a fluvio Varis. Donamus itaque ipsam ęcclesiam et quantum ad eandem pertinet, id est quę ad presens habere videtur et quę in futuro adquisierit. Sane si aliquis (quod evenire minime credimus) contra hanc donationem nostram venire vel obsistere voluerit, obtinere istud non valeat, sed cogatur in vinculo exsolvere auri obtimi libras x, et (quod his majus est) sciant se excomunicatos et anathematizatos, et a cetu sanctę ecclesię * exclusos, et cum Arrio et Sabellio ac Simone mago ceterisque qui ęcclesiam Christi destruere conati sunt, in inferno inferiori penas suppliciorum suorum luendos et inremediabiliter crutiandos. p. 182.

Facta hęc donatio anno incarnationis millesimo XXXVII, indicione XVI [1].

Ego Guillelmus et uxor mea hanc donationem dedimus et manibus nostris firmavimus. Atenulfus, filius G. Pandulfo, firmavit. Lambertus de la Penna firmavit. Pontius presbiter firmavit. Micahel firmavit. Guido presbiter firmavit.

790.

Karta de Sala Saramann.

25 octobr., Circ. 1040.

Priscorum patrum nobilissimas cessiones in variis meritorum qualitatibus nullę requirebantur testimoniorum conscriptiones, nisi solius datoris voluntas et meritum recipientis benefitium, et nullius corruptionis donatio detrimenta patiebatur; sed, seculo in pejus elapso, aliqua sunt male viventium ausu cessionum jura prerupta. Hoc auctores legum, videlicet imperialium, gracię ambienda industria promulgavit ut nulla commutatio donationis sine conscriptionis amminiculo quivisset perfrui statione. Quocirca, ego Berengarius [2], et uxor

[1] Annus 1037 cum indictione sexta concurrebat.

[2] Berengarius, ut videtur, Sistaricensis vicecomes, de quo sup n. 659, 663 et 666.

mea Girberga, facimus donationem per hanc conscriptionem omnipotenti Deo et ęcclesię sancti Victoris, monasterii Massiliensis. Et est ipse alodis quem damus in comitatu Vensensi, in territorio ipsius civitatis, hoc est quarta pars ville que dicitur Saleta Saramanni, et obvenit nobis ex projenie parentum uxoris meę prescriptę.... Hec Deo offerimus devoti, ne nostra manus prorsus vacua inveniatur a munere et excludamur a cęlesti ęreditate, sed celestis Dei et misericordis nos immensa bonitas in sua dignetur ęreditate colligere et cum servis suis faciat ęternæ participari portione. Si quis igitur deinceps hanc, undecumque adveniens, quesierit irrumpere donationem, hoc nullomodo efficiat contestamur et contradicimus, sed convictus austera judicis severitate dispareat, et iram ac maledictionem omnipotentis Dei et omnium sanctorum incurrat, nisi satisfactione et condigna pęnitudine [emendaverit]; et insuper hęc donatio firma et stabilis permaneat omni tempore.

Acta hęc donatio Avenione civitate, VIII kalendas novembris, regnante Domino nostro Jhesu in eternum et in seculum omnium seculorum. Amen.

Auctor et testis hujus donationis Berengarius et uxor ejus Girbergis, qui hoc scribere jusserunt, manibus suis firmant. Udalricus [1] episcopus firmavit. Clemens [2] episcopus firmavit. Ramnulfus archidiaconus firmavit. Volverandus firmavit. Berengarius et uxor ejus datores, et filii eorum Rostagnus et Berenguerius firmaverunt. Frodulfus rogatus scriptitavit.

791.

Alia karta.

1011. Quoniam terrenis cęlestia, *etc.* Ego, videlicet Amicus, et uxor mea, nomine Hieuevara, et cę[3] filii mei Petrus, Guillelmus, Bertrannus, Hugo, Miro, pro redemptione animarum nostrarum parentumque nostrorum, offerimus atque donamus omnipotenti Deo et sancto Victori,

[1] Odalricus II, episcopus Tricastinensis.
[2] Clemens, episcopus Cabellicensis.
[3] Sic.

ejus martiri glorioso, et monasterio ubi corpus ejus requiescere videtur omnibusque monachis ibidem Deo servientibus, tam presentibus quam et futuris, aliquid de alode nostro qui est in comitatu Vencensi, in territorio vel villa quę cognominatur Saleta Saramann, in ripa fluminis qui vocatur Varro, de ipsa villa vel de ipso territorio, totam quartam partem de omnibus quę ad ipsam villam pertinent in terris cultis et incultis, in pascuis, in arboribus fructiferis et infructiferis, et in porto navali de supradicto fluvio. Hęc etenim omnia ideo donamus atque jure perpetuo funditus cedimus ad habendum, ad possidendum, ad quiquid placuerit agendum, libera potestate, ut habeant servi Dei, unde pro nobis omni tempore Deum exorare debeant. Sane si quis *etc.*

* Facta donatio hęc anno ab incarnatione Domini millesimo XL I°, v°. indicione VIII.

Ego Amicus et uxor mea Hieucvara et filii mei Petrus, Vilelmus, Bertrannus, Hugo, Miro hanc cartam fieri jussimus et propria manu firmavimus, et testes firmare rogavimus. Stephanus presbiter firmavit. Rostagnus de Gordo firmavit. Eudo firmavit. Bonus Filius firmavit. Pontius presbiter firmavit. Leodagarius de Nica firmavit. Lambertus, frater Amici, firmavit. Fulco, filius ejus, firmavit. Wilelmus, filius ejus, firmavit. Wilelmus de Gateiras firmavit. Petrus de Caigna firmavit. Isnardus Malvizin firmavit. Aito firmavit. Iterius firmavit. Amen.

792.

Karta de Laceto in comitatu Nicensi, et in Canea I mansum in comitatu Vincensi, et in Consonavas I mansum in comitatu Sisterico.

Quoniam terrenis cęlestia, *etc.* Idcirco, ego Raimbaldus, una cum Circ. 1015. uxore mea, nomine Adalais, et filiis meis, pro redemptione animę meę et patris matrisque meę, fratrum quoque ac parentum meorum, facio donationem hanc elemosinariam de alode meo qui jure ereditario ex parentibus meis pax mihi obvenit, id est in ea villa quę vocatur Saletam de Saramann totam quartam partem cum omnibus quę ad ipsam partem pertinent, quicquid ego ibi abeo vel alius per me; in castro quoque quod vocatur Canea unum mansum cum omnibus quę

ad ipsum pertinent; insuper ad ipsum mansum adjicimus unam modiatam de vinea obtima; et sunt hec in comitatu Vincensi. In Nicea eciam civitate, unum mansum obtimum, quem excolit homo, nomine Petrus Columba, et cum omnibus quę ad ipsum mansum pertinent, pro alia quarta parte supradictę villę quam non potui deliberare; in castro autem quod vocatur Consonavas, unum mansum de melioribus quos ibi abeo, cum omnibus que ad ipsum pertinent; et est ipse mansus de supradicto castro in comitatu Sisterico. Hęc omnia, pro remissione omnium peccatorum meorum, dono omnipotenti Deo et sancto Victori, martiri ejus, cujus corpus requiescit in monasterio Massiliensi, et monachis ibi Deo servientibus, tam presentibus quam et futuris, ut orent omnes pro salute mea et uxoris filiorumque meorum. Post obitum vero meum, qualiscumque mors mihi evenerit vel ubicumque obiero, dono in comitatu Nicensi unum castrum quod vocant Lac, cum omnibus sibi pertinentibus et cum omnibus terminis ejus, supradicto martiri et omnibus sibi servientibus monachis. Hęc omnia supradicta jure perpetuo trado atque transfundo, ut habeant omni tempore servi Dei unde Dominum deprecari debeant pro salute mea et pro remedio animę meę, et ut Deus omnipotens dimittat mihi omnia peccata mea et hic et futuro seculo. Sane si quis, *etc.*

793.

Karta de Nicea vel Chimela, de castro Contenes.

23 april. 1057. In Dei nomine omnipotentis summę atque individuę Trinitatis. Ego Miro, vicecomes Sistericensis, frater Raimbaldi, cogitans de salute animę meę, ut a pio Domino veniam possim adipisci peccaminum, facio donationem eidem omnipotenti Deo ejusque martiri glorioso Victori et sociis ejus, quorum corpora requiescunt in monasterio apud Massiliam fundato, atque monachis eodem loco Deo servientibus et abbatibus futuris et presentibus. Est igitur hoc donum in comitatu Cimelensi sive Niciensi, in territorio castelli sive villę quam nominant Contenes, videlicet ęcclesia sancti Martini, cum omnibus omnino rebus ab integro quę ad ipsam ecclesiam pertinere videntur, casis videlicet,

campis, vineis, pratis, ortis, garricis, uglatis, et cum omnibus augmentationibus quibus Deus et homines boni ipsum locum adcreverint ullo unquam tempore. Si quis igitur contra hanc donationem consurgere voluerit, non valeat implere quod nequiter voluerit, sed coactus persolvat in vinculo auri optimi libras x, et insuper maledictionem omnipotentis Dei et exterminatio super eum descendat, et in inferno inferiori ęternas pęnas * plangens sustineat, hac donatione f° 183.
firma et stabili permanente. Ego Miro hanc donationem voluntario animo scribere rogavi et manu propria firmavi, ac testes ut firmarent rogavi. Signum Miro firmavit.

Facta donatio hęc anno incarnationis dominicę millesimo LVII, indicione VIII, epacta I, feria III, VIII kalendas mai.

Raimbaldus frater Mironis firmavit. Poncius de Lucerammo firmavit. Dilecta, uxor ejus, firmavit. Rainaldus, Petrus, Poncius, Guillelmus, Raimundus, Aldebertus, filiique eorum firmaverunt. Guido firmavit. Adalais, uxor ejus, firmavit. Miro, Guilelmus, Gauzfredus, Petrus Autrigus firmaverunt. Arduinus monachus scripsit, rogante Mirone atque mandante. Gaucelmus clericus firmavit. Gaucolenus. Isnardus de Niozelas firmavit.

794.

Carta de Orbazag.

Jhesu Christi Domini nostri opitulante clementia et ejus benignis- 1030.
sima suffragante gracia, Ego Petrus, gracia Dei presul sedis Sistricensis..., pro redemptione animę meę et patris vel matris meę fratrumque meorum, dono omnipotenti Deo et sancto Victori, ejus martiri Massiliensi, monachis quoque ibidem Deo servientibus, tam presentibus quam et futuris, de alode meo qui jure hereditario parentum meorum mihi pax obvenit, villam scilicet quam vocant Orbazacho, cum omni integritate quę ad supradictam villam pertinet, id est terris cultis et incultis, vineas, arbores, prata et quiquid ad eam pertinuerit, in tali videlicet racione ut, quamdiu ego vixero, teneam et possideam, excepto unum mansum quod in vestitu presenti dono,

et, post obitum meum, sine ulla diminutione et absque ulla interpellatione ad sanctum Victorem revertatur. Hęc supradicta villa est in comitatu Nicense. Sane si quis, *etc.*

Acta est conscriptio anno ab incarnato Domino millesimo xxx, indicione III.

Ego Petrus, episcopus sedis Sistricensis, qui hanc cartam fieri jussi, et manu propria firmavi et testibus firmare rogavi. Raimbaldus firmavit. Umbertus firmavit, Brocardus firmavit.

795.

Carta de Crotonis.

15 [illegible] 1040. In Dei omnipotentis nomine et sancti Victoris martiris monasterii Massiliensis honore. Ego Durandus, gracia Dei Vinciensis ęcclesię episcopus, amore ęterni animatus, ęcclesias quę sunt in comitatu Vincense, in loco qui dicitur Crotonos, ad sanctam Mariam, cum consensu nostrorum clericorum sive ętiam fidelium laicorum, donamus Deo et sancto Victori martiri, et monachis ibidem permanentibus, futuris et presentibus, cum omnibus omnino rebus quę ad eundem locum pertinent et cum omni decimo de omnibus rebus que nunc habere videtur vel in antea acquisierit, ut nulla unquam persona vel aliquis successorum nostrorum eidem loco aliquam inquietudinem, aliquo unquam modo, inferre presumat, ut servi Dei in predicto consistentes cenobio pro nobis ac successoribus nostris pium judicem interpellent, quo ablutionem atque absolutionem promereamur accipere criminum nostrorum et remunerationem bonorum atque justorum. Si quis igitur hoc privilegium sive donationem, cujuscumque hordinis vel dignitatis, inrumpere vel inquietare presumpserit, omnipotentis Dei sanctorumque omnium iram incurrat, et, ex auctoritate apostolica et nostra anathema effectus, in inferno inferiori sepeliatur dampnatus, hac nostra auctoritate in perpetuum inconvulsa permanente.

Acta puplice apud Sanctum Victorem, idibus octobris, die sanctorum apostolorum ęcclesię dedicationis, anno millesimo XL dominicę incarnationis, indicione VIII.

Poncius[1] episcopus firmavit. Raiambaldus[2] archiepiscopus firmavit. Petrus[3] archiepiscopus firmavit. Benedictus[4] episcopus firmavit. Gaucelmus[5] episcopus firmavit. Theodatus[6] episcopus firmavit. Stephanus[7] episcopus firmavit. Nictardus[8] episcopus firmavit. Lambertus Barleta firmavit. Fulco, filius ejus, firmavit. Unaldus presbiter et Flavius, filius ejus, firmaverunt. Adalelmus firmavit. Ato firmavit. Durandus monachus scripsit, Durando episcopo mandante.

796. v°.

Carta de Crotonis.

Jubet enim auctoritas ecclesiastica et in lege consistit romana, *etc.* 1042.
Igitur, in Dei nomine, Lambertus et uxor sua Austrudis donamus Deo et sancti Victoris et ad monachis ibidem pertinentibus, aliquit de ereditate nostra que mihi Lamberto de jenitore meo legibus obvenit, id est una braciaria que dicitur Ventia; ibique donamus totam, cum campis et vineis, cultis et incultis, pomiferis et impomiferis. Et fuit ipsa bracaria de Domenica Darnaveiela. Sane si quis, nos aut ulla emissa persona, ull umquam tempore, qui contra donatione ista ire aut agere vel inrumpere, calumpniare voluerit, ira et maledictio Dei omnipotentis super illum incurrat, et cum Juda traditore demergat in infernum, et post ipsa penitentia ductus componat in vinculo auri libras x.

Actum publice anni ab incarnatione Domini millesimo XLII, indicione XIII, regnante Domino nostro.

Signum Lambertus et uxor sua Austrudis, qui donacione ista scribere fecerunt et testibus firmare rogaverunt, manus illorum pariter firmaverunt. Villelmus firmavit. Hugo firmavit. Petrus firmavit. Raguambertus firmavit. Poncius firmavit. Teucilinus firmavit.

[1] Pontius II, episcopus Massiliensis.
[2] Raimbaldus de Relliana, archiepiscopus Arelatensis.
[3] Petrus I, archiepiscopus Aquensis.
[4] Benedictus I, episcopus Avenionensis.
[5] Gaucelmus, episcopus Forojuliensis.
[6] Deodatus, episcopus Telonensis.
[7] S. Stephanus II, episcopus Aptensis.
[8] Nitardus, episcopus Niciensis.

797.

Circ. 1042. In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Ego Lambertus et uxor mea Anstrudis donamus terram de Laxas, et una modiętas et sextariatas VII, et aliam modiatam de terra quę est ad passum Malvano, ubi molinus jacet. Donamus Deo et sancta Maria de Crotones et sancti Victoris martiris monasterio Massiliense, pro redemptione animę nostrę.

798.

Circ. 1040. In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Ego Leugerius et frater meus Raiambaldus, pro redemptione animas nostras, donamus terram totam quę est in circuitu sanctę Marię de Crotonos, quę nobis procedit, quę fuit de mansura de filios Rogerio, et alias terras et vineas quę nostros homines ibi donant et nos donamus firmiter valde, sicut dixit domnus Petrus[1] episcopus, que firmavit et donavit ad proprium alodem ad sancta Maria et ad sancto Victoris, monasterii Massiliense, ad monachis presentis et futuris, in secula seculorum, amen.

799.

Carta de la Saleta.

Circ. 1040. Quoniam, *etc.* Idcirco ego Raimbaldus et uxor mea Belieldis, pro redemptione animarum nostrarum parentumque nostrorum, tam vivorum quam et defunctorum, donamus omnipotenti Deo et sancto Victori, ejus martiri, Massiliensi, monachis quoque ejus Deo servientibus, tam presentibus quam et futuris, de alode meo qui jure ereditario pax mihi obvenit, unam medietatem villę quam vocant Saleta de Saraman. Sed unam medietatem de ista medietate debeo deliberare de sororio meo, si possum; si vero non potuero, valentem illam dabo in alio loco. Hec supra dicta dono sancto Victori et monachis ejus, cum omnibus quę ad ipsam medietatem supradictę villę pertinent,

[1] Petrus I, episcopus Sistaricensis

id est terras cultas et incultas, vineas, arbores, prata et quicquid aliud ad eam pertinuerit. Et insuper dono unum mansum, in castro quod vocatur Caina, cum omnibus quę ad ipsum mansum pertinent, quem excolit homo nomine Umbertus. Hęc omnia supradicta sunt in comitatu Vencense. Sane si quis hanc donationem ęlemosinariam contradicere aut inrumpere voluerit, non valeat quod injuste petierit; insuper iram omnipotentis Dei ac sanctorum suorum omnium incurrat.

Ego Raiambaldus, qui hanc cartam fieri jussi, et manu propria firmavi et firmare rogavi. Petrus[1] episcopus, frater ejus, firmavit. Rostagnus, frater ejus, firmavit. Umbertus firmavit. Wido firmavit. Brocardus firmavit. Frater Bonefilius scripsit.

800.

Carta de Trigantio.

Jubet enim auctoritas æcclesiastica, et in lege consistit romana, *etc.* 1042.
Igitur, in Dei nomine, Miro et uxor sua Leotguarda donamus de ęreditate nostra ad monasterium sancti Victorem et ad monachis ibidem pertinentibus, id est unum mansum que est in comitatu Venciense, in villa quę dicitur Trigantio; ibique donamus totum, cum campis et vineis, pratis, arboribus pomiferis et inpomiferis, terris cultis et incultis, et cum omnibus fundis, possesionibus; donamus Deo et sancti Victoris martiris, pro redemptione animę nostrę: et fuit ipse mansum de Amalfredo. Sane si quis, nos aut ulla emissa persona, ull umquam tempore, qui contra donationem istam *ire aut agere, vel inrumpere, f° 181.
calumpniare voluerit, ira et maledictio Dei omnipotentis super illum incurrat, et cum Juda traditore participationem accipiat, et post ipsa penitentia ductus componat in vinculo auri libras x.

Actum puplice anno ab incarnatione Domini millesimo XLII, indicione XIII, regnante Domino nostro.

Signum Miro et uxor sua Leothgardis, qui donatione ista scribere

[1] Petrus I, episcopus Sistaricensis.

fecerunt et testibus firmare rogaverunt, manus illorum pariter firmaverunt. Guilelmus firmavit. Hugo firmavit. Lambertus firmavit. Austrus firmavit. Petrus firmavit. Pontius firmavit. Ragambertus firmavit. Teucilinus firmavit.

801.

Carta de Antibules.

(Edit. in *Gall. christ.*, III, instr., 209.)

16 febr. 1042. In Dei omnipotentis nomine et sancti Victoris martiris Massiliensis honore. Ego Heldebertus[1], episcopus Antibulensis ęcclesię, amore ęterni regis animatus, ęcclesias quę sunt in comitatu Antibulense, in loco quę dicitur Clausonna, ad sanctum Felicem, cum consensu nostrorum clericorum sive eciam fidelium laicorum, donamus Deo et sancti Victori martiri, pro genitore meo et genitrice mea et pro redemptione animę meę, et monachis ibidem permanentibus, futuris et presentibus, cum omnibus omnino rebus quę ad eundem locum pertinent, et cum omni decimo de omnibus rebus que nunc abere videtur vel in ante aquisierit, ut nulla unquam persona vel aliquis successorum nostrorum eidem loco aliquam inquietudinem, aliquo unquam modo, inferre presumat; ut servi Dei, in predicto consistentes cenobio, pro nobis et successoribus nostris pium judicem interpellent, quo ablutionem atque absolutionem promereamur accipere criminum nostrorum et remunerationem adquirere beatorum atque justorum. Si quis, *etc.*

Acta puplice apud sanctum Victorem, XIII kalendas marcias, anno millesimo XLII Dei incarnationis, indicione XIII.

Heldebertus episcopus manu sua firmavit. Wilelmus, miles inclitus, manu sua firmavit. Amalrigus firmavit. Poncius Marini firmavit. Raigmundus firmavit. Guarinus firmavit. Gontardus firmavit.

[1] Heldebertus I, episcopus Antipolitanus.

802.

(Ed. Ruffi, *Hist. des comtes de Provence*, 64 et 65; Baluze, *Hist. généal. de la maison d'Auvergne*, II, 57; D. Vaissette, *Hist. de Languedoc*, II, Pr. 360, et Beugnot, *Assises de Jérus.*, II, 479.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Raimundus[1], gracia 17 jan. 1103.
Dei Sancti Egidii comes et Provincię marchio, princes autem, Deo auxiliante, militie Christiane in Jerosolimitano itenere, considerans peccatorum meorum imanitatem, atque parvissime que mecum est christianitatis, pro diversis excessibus, inbecillitatem, instante etiam omnibusque modis inquirente, labores quoque suos et sollicitudinem in meo servicio expendente domno Richardo, sancte Romanę ecclesię cardinale et Massiliense abbate, dono et concedo unigenito Dei filio ejusque venerabili matri sancte Marie, necnon preciosis martiribus Victori et sociis ejus, aliisque quorum reliquie apud honorabile monasterium Massiliense in Christo requiescunt, medietatem civitatis que vocatur Gibellet, que etiam in litore magni maris, altis muris firmisque turribus munita, inter Tripolim et Berutum sita est, et omnium ad eam mari et terra pertinencium, videlicet in ecclesiis, villis, castellis, casalibus, terris cultis et incultis, in portu ac naufragiis, sive in cuntis ubique pertinenciis. Ista omnia ego R., gracia Dei comes, immutabili donatione confirmo et corroboro Domino Deo, predictisque sanctis ac monasterio, presenti quoque ejusdem loci abbati R., vel illius monachis etiam presentibus et futuris ibidem Deo servientibus, sine fraude et dolo omnique malo ingenio, ut in perpetuum, jure hereditario, *honorifice possideant potestative teneant, v°.
feliciter honesteque habeant. Hoc autem feci, venerabilibus comilitonibus meis consulentibus, immo coortantibus, Willelmo[2] scilicet Arvenensi comite, Biterrensi vero vicecomite B.[3], reverentissimo denique Aicardo Massiliensi[4], Beregarioque[5] Narbonensi, quatenus omnipotens Deus, predictorum sanctorum et congregacionis intercessionibus, et

[1] Raimundus IV.
[2] Guillelmus IV.
[3] Bernardus-Ato.
[4] Aicardus, episcopus Massiliensis. De quo vid. *Gall. christ.*, I, 646.
[5] Berengarius de Narbona, frater Aimerici I, vicecomitis Narbonæ.

meis propitiari dignetur iniquitatibus et sue pancissime christianitatis, que me sibi post ipsum in caput et principem elegit, se opponat aversitatibus. Cartam vero donacionis ujus ita firmam et ratam inviolabilemque, tam ego quam prescripti nostri exercitus proceres, esse volumus et volendo sañctimus, sancciendo ex autoritate superni judicis, beati quoque Petri, apostolorum principis, cujus obediencia ac fidelitate presencia arma gestamus, omniumque sanctorum et nostra; contradicimus quo nullus rex, nullus princeps, nulli denique, cujuscumque dignitatis ordinisve, sive clericus sive laicalis potestas, ei aliquam violenciam inrumpendo inferre presumat. Si autem (quod absit) post nostrum excessum, quia mortis legibus subjacemus, aut ante, quoniam judicia Dei abissus multa, aliquis hujus nostri laboris, Deo permittente, potestate perditus cupiditatis sue, tyrannidem super elemosinam aut donacionem nostram exercere, eam infringendo, temptaverit, divine ulcioni in futuro pęnis plectendus subiciatur, et in presenti, quemadmodum Achab pro agro Naboth Jezrahelitę, quem male possidere concupivit, deonestatus, a judicio puplico condempnatus, omni honore privetur, nisi quod injuste presumpserit digna satisfactione emendare curaverit, in pristinam dignitatem honorem restituens, et pro damno quod intulerit monasterio auri optimi libras mille componens, carta ista et donacione stabili immutabilique permanente in perpetuum.

Facta est autem carta donacionis hujus anno ab incarnatione Domini millesimo c° m, mense januario, sub die xvi kalendarum februarii, luna v, indicione xi, in castello quod appellatur Mons Peregrinus, et est ante portam Tripolensem constitutum, regnante eciam in Francia rege Philipo, epacta xi, concurrente ii°.

Raimundus comes firmat. Signum Arvenensis Wilelmus comes firmat. Signum Bernardus vicecomes[1] firmat. Signum Aicardus firmat. Signum Berengarius Narbonensis firmat. Signum Wilelmus Ugonis firmat. Signum Petrus, episcopus Glandensis, firmat. Signum Arbertus, sancti Evrardi abbas, firmat. Signum Poncius Grillonensis firmat.

[1] Biterrensis.

Signum Wilelmus Petri firmat. Signum Berengarius Wilelmus firmat. Signum Aicfredus firmat. Signum videntibus Durando et Raimundo, qui hanc cartam fecit, monachis, et Bernardo et Stefano, clericis.

803

Carta sancti Saturnini.

In nomine Patris et Filii et Spiritu Sancti, amen. Anno ab incarna- 29 Mai. 1138.
tione dominica millesimo c° xxxvIII, die III kalendarum junii, luna XVI, nos simul Aldegerius et frater ejus Boso donamus et relinquimus et solvimus Domino Deo et sancte Marie et sancto Victori martiri, et domno Petro[1] abbati, et omnibus ejusdem loci monachis, tam presentibus quam futuris, totum quantum habemus et habere debemus in castello Sancti Saturnini et in omnibus ad idem castellum pertinentibus, sive in honore sive in aver, sine omni retinimento, et sacramento firmamus quod neque nos, neque aliquis per nos, neque filius, neque aliquis heres sive uxor, infringere possit vel aliquam injuriam inferre monasterio ex omnibus his supradictis. Et, quoniam nos reddimus hoc et solvimus, accipimus ab illis cc^{os} xx^{ti} solidos denariorum et unam mulam de sexaginta solidis, et insuper damus eis fidei jussores Ugonem de Scala et Pontium Arberti de Mont Pesad et Raimundum Isnardi de Aquis.

Actum est hoc in presentia prelibati Petri abbatis, sub testibus Faraldo priore, et Berenguario sacri custode, et Aldeberto helemosinario, et Petro de Noguared, et Rostagno de Porreriis, et Bernardo Guilelmi, et Ugone de Amiliavo, et Raimundo de Valerna, et Bernardo Pontii, et Petro Gaucelmi, et Pontio de Calders, et Aicardo Iterii, et Pontio Ricaudi, et Ricaudo Carbonelli, et Petro Medici, et Ugone de Scala, et Pontio Arberti de Mont Pesad, et Raimundo Isnardi de Aquis. Petrus Raimundi scripsit, die et anno quo supra.

[1] Petrus Salomonis.

f° 185.

804.

Judicium de Nant in curia comitis.

Circ. 1110. Hoc est judicium de altercatione habita inter monachos Massilie, et Ugonem de Podio et Willelmum Amelii et Willelmum de Solario, de castro et honore de Nand et castro et honore de Solario et de Almo et de Balgentiaco et de Mola et de Sala et de Insula et de Ferleta et de Sancta Trinitate. Judicaverunt namque judices constituti a comite Barchinone Raimundo[1], scilicet Antipolitanus episcopus[2] et Petrus Guilelmi de Monarcio et Bernardus Bertranni et Bertrannus Iterii et Ugo Hervei, quia ambe due partes recognoverunt castrum de Nand esse sancti Victoris alodium; et una pars, scilicet milites, dixit se intravisse per manum monachorum sancti Victoris, et habebat tenezonem de medietatem castri et honoris: ita sicut tenezonem habebat habeat. Altera pars, scilicet monachi sancti Victoris, habeat aliam medietatem solide et libere, et, quia predictus honor totus est alodium sancti Victoris, predicti milites non possint vendere nec alienare, nisi predicto vel cui conventus monasterii concesserit. De Solario autem, secundum rationem et recognitionem, quiete et libere. De aliis vero honoribus predictis, de Almo, de Balgenciaco, de Mola, de Sala, de Insula, de Ferleta, de Sancta Trinitate, quia predicti milites sine ratione defendebant quod debebant ibi habere gardam et arbergum, judicaverunt prefati judices quod monasterium debet habere quiete et libere sicut illi habebant qui prefato monasterio pro elemosina dimiserunt; milites vero prenominati emendent, que fecerunt in supradicti honoris suprascriptis partibus, malefacta simpla emendatione monasterii sancti Victoris.

805.

13 jul. 1116. In nomine sancte et individue Trinitatis. Hec est carta diffinitionis que facta est inter monachos Massilienses, et Wileilmum Amelii de Solariis et Ugonem de Podio infantesque eorum et Wileilmum de Sola-

[1] Raimundus-Berengarius III.

[2] Manfredus de Grimaldis.

riis et fratres ejus, in presentia venerabilis comitis Raimundi Berengarii[1] Barchinonensis et marchionis Provincie, de castro de Nantis et de omnibus pertinentiis ejus et de castello de Solariis et de omnibus pertinentiis ejus et de Almis et de Belgenciaco et de Insula et de Ferleta et de Sancta Trinitate et de Mola et de Sala. Auditis enim utriusque partis rationibus et discussis in curia predicti comitis, judicio nobilium et bonorum virorum, videlicet episcopi Antipolitani Maiamfredi et Petri Wilielmi de Monarcio et Bernardi Bertranni et Bertranni Iterii et Ugonis Arvei, ab eodem comite super hac causa constitutorum, diffinitum est ut predicti milites haberent medietatem de castello et villa Nantis et honore ejus, et de castello Soleris et villa similiter, et Massilienses monachi habeant aliam medietatem integram, libere et quiete, sine ulla predictis militibus aut heredibus eorum potestatis aut dominationis reservatione laxata. Et de aliis honoribus similiter diffinitum est ut nullam dominationem, nullam potestatem predicti milites in eis habeant, sed habeant eos jam dicti monachi, sine cujusquam inquietudine vel contradictione, sicut illi habebant qui monasterio beati Victoris pro animabus suis dederunt libere et pacifice. Et de predicto castello de Nantis, quia utraque pars antiquum alodium et jus beati Victoris fuisse totum integrum recognovit, diffinitum est et laudatum a predictis baronibus curie ut de illa medietate quam jam dicti milites retinent non possint quicquam vendere aut aliquo modo alienare, nisi ad eosdem monachos Massilienses aut cum meliori consilio monasterii sicut superius scriptum est. Sic nos supradicti diffinimus, laxamus et guirpimus ista omnia supra scripta Domino Deo et sancte Marie sanctoque Victori, et monachis Massiliensibus, presentibus et futuris, sine fraude et malo ingenio et sine ingannо.

Facta est diffinitio ista anno ab incarnatione Domini CXVI post millesimum, III idus julii, in presentia predicti strenuissimi comitis Barchinonensis et marchionis Provincie, apud castrum Bruniolam, videntibus Pontio, priore Massilie, Raimundo de Barre, Hisnardo Aldiberti, Arberto de Ponteves, Raimundo de Porreras, Girberto de

[1] Raimundus-Berengarius III.

Vabres, Petro Ugonis, monachis, Wilelmo de Signa, Rainaldo de Albania, Raimundo Uberti, Wilelmo de Massilia, Ugone de Affuel, Vidianus de Mimeta, Sicardus de Roseto, Rainaldus de Porreras, Wilelmus Broza, Fulco de Porreras, et multis aliis, videlicet abbate
v°. sancti Rufi Aldegerio*, et episcopo Forojuliensi Berengario[1], Regensi quoque Augerio episcopo, et Pontio vicecomite Massiliensi, et Wilelmo de Monasterio, et Blacatio, et Raimundo de Balz, et Pontio de Alanthone, et Wilelmo Augerii, Raimundo Estrebeira, Guilelmo de Rianz, et Rainardo de Mezenas, et Raimundo decano de Posceriis, et Wilelmo de Bolbone, et Wilelmo Maheir, et Niel de Petrafog, et Gantelmo de Massilia.

Signum Raimundi comes, ego Raimundus comes firmo. Signum ego Mainfredus, episcopus Antipolitanus, firmo. Signum ego Berengarius archidiaconus firmo. Signum ego Petrus Wilelmus de Mornaz firmo. Signum ego Arvei firmo. Signum ego Bernardus Bertram. Signum ego Bertran Iterii firmo. Signum ego Wilelmus Amelii. Signum ego Ugo de Podio firmo. Signum ego Fulco Niger firmo. Signum ego Wilelmus de Soleris firmo. Signum Bonus Vasallus monachus scripsit, die et anno quo supra.

806.

Circ. 1115. R.[2], Dei gracia Barchinonensis ac Provincie comes et marchio, Wilelmo de Fors, salutem. Scias ex mea parte quia valde sum iratus de ipsis facinoribus que injuste facis sancto Victori Massiliensi, de ipsis querimoniis de Tavernas. Pro certo enim scias, quia non obedistis his que ego precepi tibi judiciis sive mandatis. Scias bene in veritate hoc quod habes in Tavernas, nec in tua parte nec in ipsa beati Victoris aliquid accipias, et, si faceris, inde non habeas in me fiduciam.

807.

1117—c.1126. Auctoritas etenim jubet et lex consistit ut quicumque rem suam

[1] Berengarius III.

[2] Raimundus-Berengarius

transfundere voluerit, per paginam testamenti eam infundat, ut prolixis temporibus quieta permaneat omni tempore. Ego igitur Radulfus, Massiliensis abas, cum consilio conventus ejusdem monasterii, facio escambium de castro quod nominant Solarios, Ugoni de Podio et uxori sue et filiis suis Gauzfredo et Fulconi et Ugoni, de medietate quam sanctus Victor abet ibi vel habere debet : de ista medietate duas partes in castello et in villa et in territorio ejusdem castri, in hermis et in cultis et in aquis, exceptis ecclesiis Belli Jacigo cum tenemento suo, et Ferleda cum tenemento suo, et Sancta Trinitate cum tenemento suo, et ecclesia de castro predicto cum ecclesiasticis suis, et ecclesia Sancte Maxime et ecclesia de Insula cum indominicatura sua, quam ei dederunt Fulco vicecomes et Wilelmus[1], frater ejus. Hoc scambium facimus Ugoni et uxori ejus et filiis ejus Gauzfredo et Fulconi et Ugoni, sine enganno et sine omni retinemento. De hoc honore quem superius diximus erimus testes recti.

Similiter ego Ugo de Podio, cum uxore mea et filiis meis Gauzfredo et Fulcone et Ugone, facimus scambium cum Radulfo, abbate Massiliensi, et monachis presentibus et futuris, de medietate de castello de Nanz duas partes quas ibi habeo vel habere debeo, vel homo vel femina per me, in castro predicto et villa et territorio, in hermis et cultis et aquis. Hoc scambium facimus prescripto abbati et monachis Massiliensibus, sine enganno et sine omni retinemento, et de omni isto honore quem supra scripsimus nos erimus veri testes et recti.

Signum Arbertus monachus. Signum Ysnardus Aldeberti. Signum Raimundus de Porreriis. Signum Rostagnus de Porreriis. Signum Rotbaldus monachus. Signum Benedictus monachus, qui scripsit hec. Signum Wilelmus Poncii. Signum Raimundus de Aviuione. De militibus : Signum Wilelmus de Signa. Signum Rainaldus de Albania. Signum Rainaldus de Porrariis. Signum Lanbertus de Nanz. Signum Gantelmus de Massilia. Signum Bertrandus Petri. Signum Wilelmus Jermun. Signum Pontius Gantelmi. Signum Poncius Stephani, de

[1] Fulco et Guillelmus II, vicecomites Massiliæ, filii Guillelmi I.

Solariis. Signum Vitalis de Valle. Signum Rainaldus de la Guarda. Signum Fulcherius. Signum Lambertus Greno. Signum Wilelmus Boza. Signum Petrus de Vimeneto.

808.

Dec. 1118. Gelasius[1] episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri B.[2], Agatensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Sicut nobis, presentibus ecclesie tue clericis, tuus nuntius enarravit, beati Andreę ecclesia, super quam inter ipsos clericos tuos et Massilienses monachos questio agitatur, monachorum monasterii fuerat, quam providentia tua, religiosorum fratrum consilio, in eumdem ordinem reparare curavit; propter quod nunc a clericis tuis querimoniam pateris. Nos profecto, quod a te sic factum est, laudabile judicamus et ratum manere precipimus; monasterium vero ipsum possessiones suas, secundum antiquum ecclesiarum morem et consuetudinem, consequatur. Clericos autem ab illa deinceps querela cessare precipimus. Datum Aurasice[3].

809[4].

(Edit. in *Antiq. de Marseille*, I, 442.)

18 febr. 1120.
f° 186. Calixtus[5] episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Arelatensi, Aquensi et Ebredunensi archiepiscopis et ceteris episcopis per Provinciam, salutem et apostolicam benedictionem. Massiliense monasterium ad Romanam specialiter ecclesiam pertinere vestra, ut credimus, dilectio non ignorat. Quamobrem, fraternitatem vestram rogamus et precipimus ut possessiones omnes quas locus idem per triginta et eo amplius annos[6] tenuisse agnoscitur, quietas ei etiam in posterum dimittatis. Si quis autem juris quicquam in eis se habere

[1] Gelasius II.

[2] Bernardus III Deodatus, episcopus Agathensis.

[3] Gelasius papa II Arausicæ moratus est 20 dec. 1118. Vid. Jaffé, *Regesta*, n. 4908 et 4909.

[4] Exstat et in Chartul. Min., fol. 56 v°.

[5] Calixtus papa II.

[6] Ch. Min. addit *quiete*.

confidit sedem apostolicam adeat et nos ei plenariam, prestante Deo, justiciam faciemus.

Data Valentię, XII kalendas martii.

810.

Calixtus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri B. archi- 17 febr. 1120.
episcopo, archidiacono et clericis Toletanę ecclesię, salutem et apostolicam benedictionem. Filii nostri R.[1], Massiliensis abbatis, querimonia pro sancti Servandi ecclesia iterum et iterum nos pulsavit. Asserit enim ecclesiam ipsam, diu a Massiliensi monasterio quiete possessam, quasi quadam surreptione, domini nostri sanctę memorie Paschalis[2] papę temporibus, esse ablatam. Unde fraternitati vestrę mandamus ut, infra quadraginta dies post harum litterarum acceptionem, eidem abbati locum ipsum cum rerum ad se pertinentium integritate reddatis. Postea vero, si quis in eo juris aliquit sibi vendicare contendit, nos libenter ei quod justicia dictaverit, prestante Domino, faciemus.

Data Rotmanis, XIII kalendas marci.

811.

Calixtus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Aldemaro, 17 febr. 1120.
Rutenensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Super Vabrensi monasterio filius noster R.[3], Massiliensis abbas, cum comissa sibi ecclesia clamat; queritur enim quod locus idem injuste a subjectione Massiliensis monasterii sit abstractus. Unde sollicitudini tuę mandamus ut abbatem ipsius Vabrensis monasterii ex parte nostra diligenter convenias, quatenus aut cum Massiliensi abbate pacem et concordiam statuat, aut usque ad proximas octavas Pentecostes, pro ejusdem cause decisione, nostrę se presentię oferat. Volumus enim utramque partem, ita prestante Deo, suam obtinere justiciam, ut neutra deinceps pro eodem negocio fatigetur. Preterea, fraternitati tuę in-

[1] Radulphus.
[2] Paschalis papa II.
[3] Radulphus.

jungimus ut datum super sancti Leontii ecclesiam interdictum prorsus absolvas. Porro predicti Vabrensis monasterii abbatem ad hujus quoque negotii decisionem eodem tempore paratum fore convenias.

Data Rotmanis, XIII kalendas marcii.

812.

1080—c.1110. In nomine Domini mei Jhesu Christi. Ego Imbertus, filius Rostagni, dono Domino Deo et sancte Marie sanctique Victoris martyris Massilie, et domni Richardi[1] abbatis, et monachis ipsius degentibus, tam presentibus quam futuris, gadium meum et corpus meum et anima mea, ut, qualicumque mea adveniat mors, si sine herede advenerit, de omnibus medietatem; si autem heredes abuero, terciam partem; de honore vero, quantum Dominus mihi donaverit in voluntate; si autem Dominus donaverit in voluntate ut abitum mutassem, monachus sancti Victoris efficiam. Idcirco, ego Imbertus, et uxor mea nomine Lamasarma, firmamus et donamus illud donum, quod feci cum patre meo, de illa honore de Balmeta, illa balma quam vocant Paludes, sicut ascendit usque nostras ibi naturaliter petras positas, et de ipsis petris sicut descenditur in flumen qui dicitur Casalo, et, ex alio latere, ex ipsis supra nominatis petris, sicut viam pergitur usque in podium quod nominant Aymos, et de hoc podio dicto Aimone usque in fontem Ville Nove, et de hoc fonte, sicut aqua vergit, usque in iter romuleum. Quicquid ego Imbertus et uxor mea infra hista terminia abetur, totum et ab integrum cedimus vel donamus Deo sanctoque Marie et sancti Victoris martyris, et Richardo abbati et monachis Massilie, tam presentibus quam et futuris, exceptis medietatem de letda et exceptis de justizias, propter remedium anime nostre, patris matrisque mee, et reddimus illam condaminam et donamus que vocant de la Volta, exceptum vinea usque in via.

Signum Imbertus, qui cartam illam firmavit, et firmaverunt rogavit. Signum Brunetus et filii ejus Bertrannus, Raimundus, Petrus. Signum

[1] Richardus cardinalis.

Petrus Goritan. Signum Faraldus Rodulfus. Signum Aldoardus. Signum Carpinellus. Signum Poncius Jaudoardus. Signum Giraldus.

813.

Carta de Medullio.

Hec est carta memorialis de illo honore sancti Nazarii de Medullio, quem habet ad Congenias. De toto honore illius mansi de Congenias, de la condamina, delz ortz[1], de vineis, debet portare ad Medullium Bertrandus Pontius et fratres ejus, de toto isto honore suprascripto totum cartum integrum. Et per istos honores donat Bertrandus Pontius et fratres eorum duos multones obtimos, et unum porcum de duobus solidis melgoriensium, et una spatla o[2] x denariis melgoriensibus, II fogazas, et III capos, alberc a VI milites[3], et III sesters de ordeo et cartum de oleo. Ista recognocentia fuit facta in presentia del dega[4] de Poscheiras et de archidiacono de Calvicione et de Bertram Godafre, Rostagno Almera, Pontius Bernardus presbyter et Ugo Almera. Istum cartum et istum censum fuit recognitum a Gaufre, prior de Medoil.

Facta carta ista nono kalendas februarii, regnante Filippo rege. 24 jan. 1060 — 1108.

814.

(Ed. in Conciliis.) v°.

Hoc est concilium in civitate Remis habitum a domno Calixto papa II. Octobr. 1119.

Que sanctorum patrum sanctionibus de pravitate simoniaca stabilita sunt, nos quoque, Spiritus Sancti judicio et autoritate sedis apostolice, confirmamus. Si quis ergo vendiderit aut emerit, vel per se vel per submissam quamlibet personam, episcopatum, abbatiam, decanatum, archidiaconatum, presbyteratum, preposituram, prebendam, altaria vel quelibet ecclesiastica beneficia, promotiones, ordinationes, consecrationes, ecclesiarum dedicationes, clericalem tonsuram, sedes III

[1] *De hortis.*
[2] *Cum.*
[3] Procuration-m ad VI milites.
[4] *Decani.*

choro aut quelibet æcclesiastica officia, dignitatis et officii sui ac beneficii periculo subjaceat. Quod nisi resipuerit, anathematis mucrone perfossus, ab ęcclesia Dei, quam lesit, modis omnibus abscidatur.

Episcopatium et abbatiarum investituram per manum laicam fieri penitus proibemus. Quicumque igitur laicorum deinceps investire presumserit, anathematis ultioni subjaceat. Porro qui investitus fuerit, honore quo investitus est, absque ulla recuperationis spe, omnimodo careat.

Universas ęcclesiarum possessiones, que liberalitate regum, largicione principum, vel oblatione quorumlibet fidelium eis concesse sunt, inconcussas in perpetuum et inviolatas permanere decernimus. Quod si quis eas abstulerit, invaserit aut potestate tyrannica detinuerit, juxta illut beati Symachi capitulum anathemate perpetuo feriantur.

Nullus episcopus, nullus presbyter, nullus omnino de clero ęcclesiasticas dignitates vel beneficia cuilibet, quasi jure hereditario, derelinquat.

Illut etiam adicientes, precipimus ut pro babtismatis, crismatis, olei sacri et sepulturę acceptione et infirmorum visitatione vel unctione, nullum omnino precium exiguatur.

Presbiteris, diaconibus et subdiaconibus concubinarum et uxorum contubernia prorsus interdicimus. Si qui autem hujusmodi reperti fuerint, ecclesiasticis et officiis priventur et beneficiis. Sane, si neque sic immundiciam suam correxerint, comunione careant christiana.

815.

De Berra.

Sæcul. XI. Poncius Ventre, VI quartairadas. Soror ejus, I quartairadam. Guillelm Tolosana, I semodiatam. Willelm Jozbert, I quartairadam. Porcel, I quartairadam. Guillelm Rossa, I semodiatam. Petrus de Tolo, I quartairadam. Gauzfre Iso, II quartairadas. Vidalenes, III quartairadas. Willelmus Bosc, I quartairadam. Raimundus de Sancto Honorato, II quartairadas. Raimundus de Cornello, III quartairadas.

Poncius Valer, I semodiatam. Guilla, I modiatam. Raimundo Bellad, I quartairadam. Petrus Truga, I quartairadam. Willelmo Ripert, I quartairadam. Poncia de Rodinag, I quartairadam. Guillelm Bopar, I semodiatam. Raimundo Cabrid cum suis heredibus, I quartairadam. Bertran Goarald cum suis heredibus, I semodiatam. Ripert Herba Cuinda, II quartairadas. Petrus Boca de Rom, de cognata sua, V quartairadas. Raimon Mari, I quartairadam. Raimon de Sancto Honorato, I semodiatam. Boso de Sancto Tyrso, I semodiatam. Marti, I semodiatam. Guillelm Rotbaldus, I semodiatam. Willelm Valer, I semodiatam. Hęę sunt de fevo.

Dominicatura : Ad viam de Terrail, V quartairadas. Ad viam Sancti Stephani, II quartairadas. Ad Crucem, VI quartairadas. Super viam, II quartairadas; juxta istam, III quartairadas. Juxta Remde, V quartairadas. Poncius Bermun, III quartairadas. Ad Rokac, VI quartairadas, I solenca. Ad Perraz, III quartairadas; Jotfre Claris tollit II. Modiada I, subtus Sancto Tyrso.

De terris de fevo : Boso, I modiadam. Marti, I modiadam. Guillelmus Rotbal, I modiadam, ad servicium et a tasca. Poncius Ventre, I modiadam. Boca de Rom cum sua cognada, I modiadam. Inter Poncium et Fulconem, I modiadam. Raimon Mari, VI sestairadas.

De dominicatura : III modiadas, in valle de Rodinnag; III modiadas: II ferragines, de III sestairadis.

816.

(Edid. D. Martene, *Ampl. coll.*, I, 771.)

I 187.

Debitum episcoporum officium est ut aecclesias pauperes habentes religiosos habitatores locupletent, amplificent et augeant, quatenus, dum celi cives in hoc exilio degentes temporalibus bonis sobrii abundant, licentius spiritualibus studiis soli Deo vacare valeant. Idcirco, ego Berengarius, Dei gratia Gerundensis episcopus, compatiens et misertus paupertatis aecclesie sancti Tome apostoli, cujus basilica fundata est in pago Impuritanensis, dono et trado ecclesiam sancti Ge- 12 dec. 1146.

nesii de Palatiolo, prefate ecclesie sancti Tome et Gaufredo priori et ceteris habitatoribus ejusdem loci, tam presentibus quam futuris, in perpetuum, ad habendum et possidendum. Nam donationem ejusdem ecclesie sancti Genesii a bone memorie Bernardo Umberti isdem locus sancti Tome dudum canonice optinuit, cum idem monasterium a prefato episcopo et a ceteris pontificibus insigniter dedicatum fuit, sicut copiose continent scripture et instrumenta que sunt in eadem ecclesia. Sed, quam pluribus evolutis annis, quidam clericus, nomine Bernardus de Sucharrads, voluit eandem ecclesiam intrare, absque consilio et voluntate prioris sancti Tome, quod omnino adversabatur justicie, asserens se prefatam ecclesiam optinuisse a reverende memorie Berengario Dalmacii, Gerundensi episcopo. Sed cum causa ipsius Bernardi ante presenciam nostri fuisset diligenter investigata et ventilata, astante Berengario, archidiacono de rogationibus, et Berengario, abbate sancti Felicis, et Guillelmo, precentore de Petra Incisa, et Bernardo Ostolensi et aliis quam pluribus tam clericis quam laicis, quia petitio et postulatio prefati Bernardi supervacua et inanis erat et penitus canonica auctoritate fulciri non poterat, effectu utilitatis caruit, sicut debuit, et nullum sibi profectum conferre potuit. Quapropter, ego prefatus Berengarius, Gerundensis episcopus, donationem Bernardi Umberti, predecessoris mei, laudo et autorizo, et, sicut superius fassus sum, ecclesiam sancti Genesii de Palatiolo, cum decimis et primiciis et oblationibus et universis ad se pertinentibus, in potestatem et possessionem ecclesie sancti Tome et Gaufredi prioris et ceterorum abitatorum, tam presentium quam futurorum, transfundo et transfero, salva in omnibus Gerundensis ecclesie canonica obedientia et debita reverentia. Si quis, cujuslibet ordinis vel dignitatis, homo hoc infringere temptaverit, nil valeat, sed iram Dei incurrat et vinculo anatematis subjaceat, donec canonice satisfatiat, hac carta firma persistente omni tempore, que facta est anno MCXLVI ab incarnacione Dei, regni Ludovici regis junioris X, II idus decembris.

Berengarius, sancte Gerundensis ecclesie episcopus, hoc laudans confirmo. Berengarius, Gerundensis archidiaconus. Arnaldus de Navata. Guilelmus, Gerundensis ecclesie capiscole. Berengaro, sancti

Felicis abas et archidiaconus. Raimundi de Pontibus, sancti Felicis sacriste. Raimundus de Terrades levita. Petrus Borrelli, presbyter et canonicus Gerundensis. Bisullensis probat hoc levita. Guillelmus Raimundus presbiter, qui hoc rogatus scripsit die et anno quo supra.

817.

v°.

(Edid. D. Martene, *Ampl. coll.*, I, 473.)

Domno B.[1], Massiliensium venerabili abbati, omnique sancte congregationi sub ejus custodia Christo militanti, Bernardus, comes Bisuldunensium, fidelem in Domino nuncium et celeste consequi bravium. Quoniam quicquid a me mihique similibus, secularibus videlicet hominibus, in hoc seculo nequam digne devoteve agitur, spiritualium virorum precibus impetratum non ambigo, idcirco, arbitratu meo, illis existimo referendum, quibus intercessoribus jure creditur adeptum, quatinus illorum gratiarum actione ac providentissima cura optineat rectitudinis statum, quod ab inmeritis fuerit incoatum. Quapropter, noverit vestri pia sollicitudo locum Dei genitricis Marie, Rivipollentis cenobii, qui a tempore domni Olive pontificis[2], a simoniachis male possessus turpibus succubuerat questibus, ejusdem Dei genitricis auxilio, tamque vestro quam ceterorum, ut credo, fidelium optentu, me ab omni eretice pravitatis contagio emundasse illumque pseudoabbatem Mironem, qui, post interdictum sedis apostolice, ejusdem regnum conatus est simoniache optineri, domni Guifredi archiepiscopi[3], necnon Berengarii, Gerundensis episcopi, ac Guilelmi Ausonensis presulis, adjutorio, cum suis satellitibus universis a loco et regimine sine ullo restitutionis respectu expulisse. Quo depulso, cum quererem qualiter vel quo ordine ab illo sancto loco omnem hereticum ambitum de cetero precavere possem, id mihi a meis magnatibus et precipue ab hoc archidiacono suisque sodalibus suggestum est, ut vestre donationi vestrisque institutis illum subicere non Circ. 1070.

[1] Bernardus de Ruthenis.
[2] Oliba, Ausonensis episcopus.
[3] Guifredus, archiepiscopus Narbonensis.

refugerem, si a perversis machinationibus hereticorum deinceps haberi vellem immunem. Quod ipsum, cum Dei genitricis amore, tum vestri, mi domne abbas, venerandi nominis in me transfusa dignitate, nequaquam difficile visum est quin statim justo eorum consilio annuerem eosdemque ad vos confestim mitterem, quo eisdem convocaremini nunciis quibus ad id agendum visus[1] sum consiliariis, et quod eorum linguis, hoc idem meis testarer litteris. Unde volo vos nosse, si id vestre non distulerint more, me preparatum esse illud de quo agitur cenobium vestre subdere dicioni, et, serie scripture a vobis confecte, propria manu Deo sanctoque Victori firmare, ut numquam ibidem de reliquo sit abbas, nisi quem vobis, domne B., vestrisque successoribus ex consulta Massiliensis collegii regulariter[2] eligere placuerit, hoc tantum ad presens nobis concesso ut domnus Girbertus, cui omnia que juris sunt cenobii jam dudum nota sunt, curam illius, meo jussu, primum gerat, ne plebs universa fiat minus religiosa quam convenit, si non licuerit illi hunc habere quem querit. Ut autem omnia que erga vos vestrumque locum a me agenda sunt melius quam hic scribi possunt velociter fiant, simul cum his nunciis vos, mi domne abbas, cum nonnullis vestri conventus, non sine domno Girberto, celeriter ad me usque...[3] et, in omnibus que a stabilitatem hujus negotii pertinere possunt requisitis et receptis, demum hunc quem volumus . . . . . industria[4], sicque a vobis actum in vestros successores transeat per secula ventura. Ergo quia viciorum adversatores cultoresque virtutum, fama percurrente, vos esse didicimus, ideo hoc nobile cenobium, quod, ob reverentiam totius religionis et scientie, olim caput et specimen universe esse meruit Esperie, Deo annuente, per vos in statum pristinum cupimus reparari, quo, dum illud vestri instantia resumpserit habitam venerationem, coronam glorie a filio ejusdem virginis suscipiatis auctiorem. Quod si rem tam dignam nec Dei amore dignati fueritis suscipere, necesse erit nobis alibi inquirere cum quibus et per quos acerbitatis nostre virtute possimus disponere.

[1] Fort. corrig., *usus*.
[2] Edit. *regularitate*.
[3] Fort. restit. *venute*.
[4] Fort. suppl. : *effectum vestra procuret industria*.

Scitis quid velimus ; orate ut possimus. Igitur totum et amplius quam quod ecclesia Barchinonensis de cenobio sancte Marie Crasse vobis fecit, ego secundum libertatem Massiliensem de isto preparatus facere, excepto quod nec gladium neque contum sinam vos illic formidare. Hec in fine curavi addere, ut, si hoc remittetur accipere, quicquid Omnipotens secus quam oportuerit ibidem agi conspexerit, illud abhinc vestre et non mee imputaret culpe, qui scit me hec veraci corde proferre. Valeat sanctitas vestra in Domino [1].

[1] Vid. inf. n. 819.

FINIS CHARTULARII MAJORIS.

CHARTULARIUM MINUS.

818.

Sancti Severi.

(Edid. Martene, *Ampl. coll.*, I, 539.)

In nomine Domini. Ego Beatrix[1], comitissa Bigorritana, cupiens aliquod Deo acceptabile servorumque ejus utilitati proficuum agere, simulque considerans* saluti anime mee vel parentum meorum congruere, ut loca Dei servitio deputata ad pristinum statum et ad regularem studeam reformare vigorem, inter cetera que in comitatu Bigorritano videor habere, monasterium sancti Severi sue religioni reformandum decrevi. Quapropter dominum abbatem Massiliensem[2] ac monachos multis precibus compellens, quatinus ordinationem ipsius loci susciperent, per presentis carte cessionem, eumdem locum sancti Severi eidem abbati Massiliensi et successoribus ejus donare curavi, ne videlicet labor eorum aliquando annullaretur et, prevalentibus malignis religionis inimicis, ad pristinam destructionem iterum devolveretur. Igitur ego Beatrix, comitissa Bigorritana, jam dictum monasterium sancti Severi, in valle Rostanensi, in loco Abiciaco situm, in episcopatu Tarbensi, in comitatu Bigorritano, quod etiam vir mens Centullus, videns eum penitus destructum et religione omnimodis desolatum, sancto Victori et abbati Massiliensi jam dederat, per hanc mee cessionis cartam dono, cedo, relinquo omnipotenti Deo, et beate virgini Marie ac sancto Victori, martyri Massiliensi, et abbati Richardo, successoribus ejus et monachis Massiliensibus, presentibus et futuris, in perpetuum habendum, ut omnipotentis Dei bonitas remissionem peccatorum meorum michi donare dignetur, et patrem

f° 5. 1091. v°.

[1] Beatrix I, Bernardi I filia et uxor Centulli IV, vicecomitis Benarnensis.

[2] Ricardus cardinalis.

meum Bernardum, ex cujus jure hereditario michi obvenit, ab omni culpa absolutum in requiem suscipiat sempiternam, filiumque meum Bernardum[1] salvum et incolumem michi et omnibus se diligentibus conservare dignetur. Si vero in eodem loco sancti Severi abbas constituendus fuerit, ordinet abbas Massiliensis quem elegerit, cum consilio suorum monachorum, et, obeunte illo, nullus eligatur nisi quem Massiliensis abbas constituerit; quod si abbas idem inobediens aut viciosus extiterit, in judicio et potestate Massiliensis abbatis sit ipsum corrigere, vel, si incorrigibilis fuerit, submoto illo, alium subrogare. Ipsum etiam monasterium, cum omnibus que ad illum pertinent, prout sibi visum fuerit, secundum regulam sancti Benedicti et consuetudines Massiliensis monasterii ordinet, tam ipse quam successores ejus, ut, si ibi monachi fuerint qui sibi videantur, transferat ut voluerit, et quos de suis placuerit ponat.

Ego Beatrix, comitissa Bigorritana, hujus donationis cartam, volente
f. 6. et consentiente et consiliante dompno * Dodone, Tarbensi episcopo, simul etiam archidiaconibus et clericis ejusdem sedis laudantibus et consencientibus, scribi faciens, manu propria firmavi, fidelibus meis hoc ipsum laudantibus et volentibus. Ego Bernardus, supradicte comitisse Beatricis filius, hunc[2] donum matris mee laudo et firmo. Augerius de Barbaza laudator et testis. Rotbaldus de Lurda laudator et testis. Ego Dodo, Tarbensis ecclesie presul, hunc donum vel cartam, salva reverentia Tarbensis ecclesie, cum clericis ejusdem sedis mee, laudo et confirmo sancto Victori Massiliensi, et abbati Richardo et successoribus ejus. Bernardus archidiaconus laudat. Alius Bernardus archidiaconus laudat. Willelmus de Adur villa archidiaconus, Sancius et alii clerici ejusdem sedis laudant.

Facta carta hujus donationis anno ab incarnatione Domini M° XC° I, indictione XIII.

[1] Bernardus II, qui matri successit, a. circ. 1096

[2] Sic.

819.

fo 7.

Sancte Marie de Rivopullo.

(Edid. Martene, *Ampl coll.*, I, 476.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Bernardus [1], gratia Dei comes Bisuldunensis, donator sum omnipotenti Deo et sancte Marie sanctoque Victori martyri de Massilia, ac Bernardo [2], abbati ipsius monasterii, et omnibus successoribus ejus. Per hanc mee donationis scripturam, dono eis monasterium sancte Marie de Rivopullo, cum omnibus rebus que ad se pertinent et pertinere debent, sub eo tenore ut ipse Bernardus et successores ejus eligant semper et mittant ibi abbates qui servicium Dei in eodem monasterio faciant, et regulam sancti Benedicti ibi teneant et tenere faciant, et obedientes sint semper in omnibus abbates et omnis congregatio ipsius monasterii Massiliensi abbati presenti et successoribus ejus, et hoc semper sit factum ad servicium Dei et ad fidelitatem de me Bernardo et successorum meorum, et ut sedes sancti Petri de Ausona et episcopi ortodoxi ipsius loci habeant ibi quod juste habere debent. Et, si (quod absit!) abbas sive abbates ibi electi vel congregatio ejus regulam sancti Benedicti non observaverint et inobedientes extiterint, Massiliensis abbas ibi semper quando voluerit veniat, et eos ut corrigantur ammoneat, et de malo ad bonum convertat. Si autem rebelles fuerint et ammonitionibus ejus credere noluerint, Massiliensis abbas semper potestatem habeat eiciendi malos et mittendi bonos, et pro Dei amore et caritate divina Bisuldunensis comes et Ausonensis episcopus ad hoc faciendum semper sint illi adjutores, et hoc tandiu firmiter et immobiliter maneat quamdiu monasterium sancti Victoris regulariter steterit et regulam sancti Benedicti habitantes * ibi tenuerint. Et non liceat michi Bernardo, v°. prefato comiti, nec ulli successorum meorum hanc donationem disrumpere aut transmutare vel aliquo modo minuere. Et hoc totum ideo

28 dec. 1070

[1] Bernardus II, filius Guillelmi I, qui, mortuo patre, comitatum Bisuldunensem una cum fratre Guillelmo II possedit.

[2] Bernardus de Ruthenis.

est factum quia locus ille, propter symoniacos abbates, pene absque religione et sine regula sancti Benedicti manebat. Et ideo quicumque adjutores et fautores ad hoc opus pro Deo factum extiterint et adjutorium regulariter ibi degentibus impenderint, inprimis benedictionem a Deo accipiant et in omnibus orationibus ac bonis operibus que in prelibato monasterio facte fuerint, sive in monasterio Massiliensi et Tomeriensi sancteque Marie Crasse sanctique Cucuphatis de Vallensse, et in Ausonensis sede, sive in omnibus cellis supradictorum cenobiorum, partem et societatem habeant, et insuper eternam retributionem adquirant. Quicumque etiam huic nostre institutioni contrarii fuerint et disrumpere, insistante[1] diabolo, per aliquam occasionem temptaverint, iram Dei incurrant et omnibus sacrilegis et in inferno dampnatis socii maneant, nisi resipuerint et ad satisfactionem venerint.

Quod est factum v kalendas januarii, anno millesimo LXX° ab incarnatione Christi, X° anno Phylippi regis.

Signum Bernardi comitis, qui hanc largitionis scripturam scribere jussi, et in Rivopollentino capitulo, coram omnibus, solito signo manibus propriis firmavi. Willelmus, gratia Dei presul Ausonensis ecclesie. Heribaldus, sancte sedis Ausone canonicus. Andreas, abbas sancti Johannis. Guillelmus primiscrinius. Bernardus, levita et canonicus. Signum Raimundi, vicecomitis Cardonensis. Signum Udalardi Bernardi. Signum Bernardi Guifredi de Portella. Signum Poncii Blidgarii. Signum Arnalli Arnalli. Signum Petri Aldeberti. Signum Udalardi Gaudfredi. Signum Guillelmi Bernardi, archidiaconi de Guardia. Signum Bernardi R., fratris ejus. Signum Bernardi Mironi. Bernardus monachus, qui hanc largitionis scripturam, die et anno quo supra[2].

820.

Carta Bisuldunensi.

(Edd. Martene, *Ampl. coll.*, I, 505, et Mabillon, *Annal. ord. S. Bened.*, VI, 614.)

3 aug. 1080 In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Bernardus[3], Bisulde-

[1] Sic.

[2] Cf. n. 817.

[3] Bernardus II.

nensium comes, videns quod monasterium sancti Petri, quod est situm in castro Bisuldunensi, juxta aquam Fluviani, longe usque ad nostra tempora a religione et ordine monacho * destitutum, Deo parum f° 8.
vel nullum exibebat servicium, Massiliensibus sancte Marie et sancti Victoris martyris monachis jam pridem tradidi restaurandum. Sed illis per Dei gratiam in predicto cenobio fideliter laborantibus et ad justitie cultum fructumque pietatis eundem locum sancti Petri perducentibus, iterum, pro salute anime mee, ab integro predictum monasterium presentibus et futuris sancte Marie et sancti Victoris abbati et monachis placuit conferre et confirmare. Unde ego Bernardus comes dono, trado, concedo, exibeo, relinquo et dimitto, pro salute mea et parentum meorum, Deo et sancte Marie et sancti Victori martyri, et tibi Ricardo[1], abbati Massiliensi, et omnibus successoribus tuis, abbatibus Massiliensibus, monachisque presentibus et futuris, ex toto omnino monasterium sancti Petri apostoli Bisuldunensi, quod est in episcopatu Gerundensi et in comitatu Bisuldunensi, ut habeatis et possideatis in perpetuum et omnem ordinationem, tam abbatum quam monachorum, secundum regulam sancti Benedicti et constitutiones Massiliensis monasterii, ibi faciatis. Habeas ergo tu, tuique successores vel monachi Massilienses, licentiam mittendi ibi quos volueritis monachos et auferendi, et ordinandi predictum monasterium, prout vobis visum fuerit, sine impedimento mei vel successorum meorum comitum vel alicujus persone. Ita dono, concedo et offero sancte Marie sanctoque Victori martyri predictum monasterium et omnino quicquid actenus ibi habui vel habere visus fui, absque ulla deceptione et malo ingenio. Igitur ego vel quelibet persona, cujuscunque conditionis vel ordinis, hoc donum infringere aliquando vel mutare temptaverit, non valeat consequi quod appetit, sed insuper ccc libras auri pro hoc ipso sancto Victori componat, Deique omnipotentis, donec satisfaciat locumque liberum derelinquat, iram incurrat.

Facta est autem hec carta vel donum anno ab incarnato Dei filio

[1] Ricardus cardinalis.

M° LXXX°, indictione III, epacta XXVI, mense augusto, VI idus ejusdem mensis, luna XVII.

Signum Bernardi, Bisuldunensium comitis. Signum Arnallus Bernard. Signum Pontius. Signum Pandulfus presbyter. Signum Willelmus, archidiaconus Gerundensis. Data per manum Beraldi, Massiliensis monachi, regna[n]te Domino nostro Jhesu Christo.

821.

Balneolense.

8 aug. 1080. V°. In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Bernardus, Bisuldunensium comes, * videns quod monasterium sancti Stephani prothomartyris de Balneolis longe usque ad nostra tempora, *etc.*[1] Unde ego Bernardus comes dono, trado, concedo, exibeo, relinquo et dimitto, pro salute mea et parentum meorum, Deo et sancte Marie et sancti Victori martyri, et tibi Richardo, abbati Massiliensi, et omnibus successoribus tuis abbatibus Massiliensibus, monachisque presentibus et futuris, ex toto omnino monasterium sancti Stephani prothomartyris de Balneolis, quod est in episcopatu Gerundensis et in comitatu Bisuldunensi, ut habeatis, *etc.*[2]

Facta est autem hec carta vel donum anno ab incarnato Dei filio M° LXXX°, indictione III, epacta XXVI, mense augusto, VI idus ejusdem mensis, luna XVII.

Signum Bernardi, Bisuldunensium comitis. Signum Arnallus Bernard. Signum Poncius levita. Signum Willelmus, archilevita Gerundensis. Data per manum Geraldi[3], Massiliensis monachi, reguante Domino nostro Jhesu Christo.

f° 9.

822.

Balneolense.

13 febr. 1134. In Dei nomine. Sit notum cunctis presentibus atque futuris, pre-

[1] Ut in superiore charta.
[2] Ut supra.
[3] Idem, opino, qui Beraldus supra, n. 820.

decessores meos comites Bisullimenses[1] Balneolense monasterium Massiliensi ecclesie juste dedisse, in remissione suorum peccaminum, et ut Deus eterne sue beatitudinis partem eis dignaretur largiri. Post diutinam vero et longi temporis possessionem ejusdem Balneolensis monasterii a monachis Massiliensibus factam, ego Raimundus[2], comes Barchinonensis et Bisullimensis ac marchio, laudo, dono atque confirmo prephatum Balneolense monasterium predicte ecclesie Massiliensi et Massilie Petro abbati et fratribus, ad honorem et servicium Dei et utilitatem loci Balneolensis.

Quod est actum xv kalendas marcii, anno xxv regni Ledovici[3] regis.

Signum Raimundi comes, qui predictum donum et laudationem fecit et firmavit firmarique rogavit. Signum Willelmi Raimundi dapiferi. Signum Raimundi de Belvo. Signum Bernardi de Bello Loco. Signum Reaniballi de Bascia. Signum Guillelmi Gaufredi, de Cerviano. Signum Perela. Signum Poncii, notarii comitis, qui hoc scripsit.

823.

Rivipolentis.

Cunctis, tam presentibus quam futuris, hominibus pateat quod ego R. de Ciguinolis, Dei gratia Rivipolensis electus, feci professionem et promisi obedientiam et fidelitatem monasterio Massiliensi et P.[4], abbati Massiliensi, et omnibus successoribus suis, et recognovi omnem subjectionem et omnem reverentiam, et quicquid monasterium Massiliense habuit supra monasterium Rivipolense, temporibus abbatum videlicet Be. et Gau. et Gaucel. et Elie. Et hec omnia facta sunt in capitulo Massiliensi in presentia P. abbatis et tocius conventus. 1130 — 1146.

[1] Pro *Bisuldunenses*.
[2] Raimundus-Berengarius IV, dictus Juvenis.
[3] Ludovicus VI, rex Francorum.
[4] Petrus Salomonis.

824.

De Gerra.

18 jul. 1096. In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Artaldus, comes de Paliars, summi opificis instinctu permotus, quatenus loca in mee dictionis terra posita, que dudum tam a religione quam secularium rerum abundantia pollere visa sunt, propter inhabitantium culpa[m] nunc a presens ita destructa videntur, ut religione et sibi necessariis careant, in pristinum statum reformarem; inter cetera cognovi unum pre ceteris monasterium, in honore sancte Dei genitricis Marie aliorumque sanctorum consecratum, qui et antiquitus Geir dicitur, nobilis antea et habundantissimum, ab ordine regulari ad secularitatem omnimodis devolutum, et, con[1] diutius animo pertractare[m] quomodo *eundem locum ad pristinum religionis ac nobilitatis statum revocare potuissem, inter cetera que in Galliarum partibus perspexi monasteria, Massiliense cenobium tam religione quam et habundantiori caritate cognovi fulgere. Unde ejusdem monasterii Massiliensem abbatem, donum videlicet Richardum[2], multis precibus rogare curavi, ut, juxta[3] consuetam benignitatem, supradicto loco sancte Marie consilium et adjutorium impendere dignaretur, quatinus ipsius magisterio et ordinatione ad regularem tramitem et ad pristinum statum revocari possit. Cumque hoc ab eo vix obtinuissem, justum visum est michi, per presentis scripture paginam, tam ipsi quam etiam successoribus ejus supradictum locum comitere, ne occasio iterum scandali vel destructionis acciderí[4] possit. Igitur, in Dei nomine, ego Artalldus, comes de Paliars, cum voluntate uxoris mee, nomine Heislonze, supradictum locum sancte Marie, sancti Michaelis sanctique Johannis Baptiste et sancti Vincentii, quod vocatur Geire, qui est situs supra rivum que dicitur Nuchera, in episcopatu Urgellensi, cum omnibus ad eundem monasterium pertinentibus et cum capellis sancti Petri, ad honorem omnipotentis Dei et restaurationem ipsius loci concedo, trado, dono

1°.

[1] Pro *cum*.
[2] Richardus cardinalis.
[3] Cod. *juxtam*.
[4] Sic.

et comitto monasterio sancti Victoris Massiliensis et abbati Richardo et successoribus ejus et congregationi ipsius loci, ut ipse abbas Richardus successoresque ejus per omnia tempora de congregatione Massiliensi ponant in monasterio sancte Marie de Geirs abbatem et quos si[1] voluerint monachos, qui eis obedientes secundum regulam sancti Benedicti et consuetudines Massiliensi[s] monasterii, in eodem loco, ad servicium omnipotentis Dei, permaneant[2]. Si vero (quod absit!) ipse vel monachi a regulari tramite deviantes perverse vivere voluerint[3], abbas Massiliensis educat secum perversos abbatem sive ad [4]monachos, et eorum loco ponat[5], sine ullius contradictione, de suis honestos atque utiles, prout sibi visum fuerit. Quod si aliquis vel aliqua heredum seu successorumque[6], vel alia quecumque opposita persona, cujuscunque dignitatis vel ordinis, huic nostre scriptionis privilegia[7] contraire vel inquietudinem inferre temptaverit, iram Dei omnipotentis incurrere et a cetu ecclesie catholice segregatum se noverit, ac perpetua pena cum Antichristo dampnatum, cumque Juda Scarioth et Datan et Abiron, Symone * quoque mago, eternis ignibus f° 10.
concremandum, nisi digne resipuerit.

Ego Artallus comes hanc cartam scribere jussi, et manu mea roboratam testes firmare rogavi et hoc signum feci. Signum Oddo, Urgell[ens]is episcopi. Signum Neilonza comitissa. Signum Fichapal. Signum Willelmi Gitardi. Signum Tebaldo. Signum Cleprone. Signum Petro Miro. Signum Vidianus. Signum Bertran Ennego. Signum Raimon Fulcho. Signum Petro Fulcho. Signum Berengarius archidiaconus. Signum Garaldus sacricustos. Signum Stephanus caprescole. Signum Isarnus Scemofredi.

Facta donationis hujus carta anno ab Incarnatione M° XC° VI°, idus julii, in feria. Signum domni Ugonis levite, et capellani abbatis Richardi jam dicti, qui hanc cartam scripsit die et anno quod supra.

[1] Delend. *si*.
[2] Cod. *permaneant*.
[3] Cod. *voluerit*.
[4] Delend. *ad*.
[5] Cod. *ponant*.
[6] Pro *que* fort. legend. *nostrorum*.
[7] Corrig. *privilegio*.

825.

Castrensis.

(Ed. in *Gall. christ.*, I, instr., 13.)

12 jan. 1073. In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Froterius[1] episcopus, et Raimundus[2] vicecomes, nepos meus, videntes monasterium sancti Benedicti et sancti Vincentii[3], quod sub potestate nostra constitutum est, peccatis nostris et parentum nostrorum et ipsius loci habitatorum, a regulari ordine penitus destitutum et a nobilitate et gloria quam dudum habuit ex parte maxima minoratum, cogitavimus qualiter ad religionem monasticam potuissemus eum cum Dei adjutorio restaurare. Et quia idipsum[4] per nos ipsos implere nequivimus, abbatem Massiliensem et congregationem ejus, pro caritate Dei, rogavimus ut in hoc nobis adjutores extiterent et laborem pro tante fructu religionis assummerent; quod et facere, cum Dei adjutorio, profitentur. Ideoque talem volumus de hoc inter nos et illos constitutionem per hanc noticiam confirmare, quam nemo possit vel debeat in tempore umquam futuro dissolvere, quatenus neque illi suum laborem neque nos perdere nostram timeamus, Deo juvante, mercedem. Igitur donamus predictum monasterium quod appellatur Castras, nos supradicti donatores Froterius episcopus et Raimundus vicecomes, Bernardo[5] abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis et omnibus successoribus ejus, tali tenore ut ibi abbatem et monachos mittant, qui regularem ordinem, secundum preceptum sancti Benedicti et constitutiones Massiliensis monasterii, teneant; et quando abbas * monasterii Castrensis v°. obierit, idem abbas Bernardus et successores ejus abbates Massilienses semper in monasterio Castrensi abbates mittant, qui secundum Deum vivant, et sibi ac successoribus ejus, cum omni congregatione sua, obedientes existant. Quod si deviaverit a lege Dei quisquam abbas Castrensis monasterii, veniat abbas Massiliensis qui fuerit in tempore

[1] Froterius II, episcopus Nemausensis.
[2] Raimundus, vicecomes Albiensis et Nemausensis.
[3] Monasterium Castrense.
[4] Cod. *adipsum*.
[5] Bernardus de Ruthenis.

illo, et corripiat eum bis et ter; si emendare noluerit, expellat eum et ponat alium in loco ejus, qui dignus et obediens sit. Et hoc pro soliditate et firmitate religionis stabile semper ac firmum esse pro divino amore decernimus, ut nemo umquam potestatem habeat constitutionem istam infringere; et, si quis violare temptaverit, non valeat vendicare quod voluit, sed sit in hoc seculo et in futuro, nisi resipuerit, perpetuo anathemate condempnatus, constitutione ista firma semper ac stabili permanente.

Acta est donatio et constitutio hec anno ab incarnatione Domini millesimo LXX° III°, II idus januarii, coram idoneis testibus, in ipso loco de Castras.

Signum Froterii episcopi, qui cartam istam firmavit et firmare rogavit. Signum Raimundi vicecomitis. Signum Raimun Ermengau. Signum Arnal Sicard. Signum Bernard Raimun. Signum Durani Nogauzfre. Signum Guilabert Sicard. Engelbertus monachus scripsit.

826.

Sancti Michaelis de Coxano.

(Ed. D. Martene, *Ampl. coll.*, I, 537.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Guillelmus, Cyrritanus comes, videns monasterium sancti Michaelis archangeli Choxanense, quod est situm in Elenensi episcopatu, in territorio Confluenti, peccatis meis vel parentum meorum et ipsius loci habitatorum, a regulari ordine penitus destitutum et a nobilitate et gloria quam dudum habuit ex parte maxima minoratum, cogitavi qualiter ad religionem monasticam potuissem eum, cum Dei adjutorio, restaurare. Et, quia idipsum per meipsum implere nequivi, inmittatus patrem meum, qui abbates Durandum et Berna[r]dum Massiliensem multocies rogaverat, laudantibus atque acclamantibus ejusdem monasterii monachis, Richardum[1], abbatem Massiliensem, et congregationem ejus, pro caritate Dei, rogavi ut in hoc michi adjutores existerent et laborem pro tante

30 apr. 1091.

[1] Richardus cardinalis.

fructu religionis assumerent; quod et facere cum Dei adjutorio promiserunt. Ideoque talem volo de hoc inter me et illos tandem constitf. 11. tutionem per *hanc noticiam confirmare, quam nemo possit vel debeat in tempore unquam futuro dissolvere, quatenus neque illi vel successores eorum suum laborem, neque ego meam perdere timeam, Deo adjuvante, mercedem. Igitur ego Guillelmus comes dono potestatem et ordinationem in predicto monasterio Choxanensi et in omnibus suis pertinentibus, interius et exterius, Ricardo, abbati monasterio sancti Victoris Massiliensis, et omnibus successoribus ejus in perpetuum, et ut in eodem monasterio abbatem et abbates et monachos mittant, qui regularem ordinem, secundum regulam sancti Benedicti et constitutiones Massiliensis monasterii, teneant; introniactionem vero abbatis cum consilio meo vel successorum meorum comitum fiat, nisi ego aut successores mei, aliqua cupiditate, inimicicia, ingenio vel pravitate, voluero vel voluerint illorum electionem impedire. Si autem (quod absit!) aut ego aut successores mei impedimentum superius scriptum in electione abbatis vellemus opponere, liceat Massiliensi abbati, cum Dei adjutorio et consilio religiosorum virorum in eodem monasterio abbatem constituere, qui secundum Deum vivat et sibi ac[1] successoribus ejus, cum omni congregatione sibi commissa, obediens existat. Quod si abbates vel abbas et monachi eorum regulam sancti Benedicti non observaverint et inobedientes predicto abbati Massiliensi extiterint, et ab eo correcti emendare noluerint, Massiliensis abbas semper potestate[m] habeat eiciendi eos et mittendi bonos, et ad hoc faciendum ego et successores mei semper simus ei adjutores. Hanc autem ordinationem Massiliensis abbas semper habeat quamdiu ordo et disciplina in monasterio Massiliensi observabitur. Quicumque etiam huic nostre institutioni contrarii fuerint et disrumpere atque annullare per aliquam occasionem temptaverint, iram Dei omnipotentis et vinculum perpetue anathematis incurrant, nisi resipuerint et ad dignam satisfactionem venerint.

Acta est hec attributio et constitutio anno ab incarnatione Domini

[1] Col. ad.

mº xcº i, indictione xii, ii kalendas madii, sollempniter, quorum idoneis testibus, in ipso loco de Coxano.

Guillelmus, gratia Dei comes, qui hoc laudo, et testes firmare rogo, et propriis manibus evidenter confirmo signo crucis solito. Dalmatius, gratia Dei Narbonensis archiepiscopus, laudo et confirmo, et ne hec constitutio disrumpatur omnibus modis interdico. Petrus[1] abba. Benedictus Balneolensis. Bernardus abbas. * Bernardus Johannis, sacricustos et clericus. Guillelmus vicecomes. Guillelmus Udalgarii. Berengarius Petri. Gavernerandus Mironis. Bernardus Arnalli. Remundus Ermenglandi, et multi alii qui hoc simul viderunt et audierunt. Artallus[2], Elenensis ecclesie episcopus, confirmo, consilio clericorum meorum. Bernardus levita, qui scripsi hoc ita, sub anno et die prefata. v°.

827.

Carta monasterii Vabrensi.

(Ed. in *Gall. Christ.*, I, instr., 57.

In nomine sancte et individue Trinitatis, videlicet Patris et Filii et Spiritus Sancti. Memoria et noticia sive pactio qualiter vir nobilissimus Deusde, Rotenensis abbas, summi opificis instinctu permotus atque amore patrie celestis incitatus, adiens dompnum Nicholaum[3], Romanum papam, accepta ab eo licentia et auctoritate et pocius apostolica jussione, quatinus Vabrense monasterium, sue potestatis ditioni subditum, quod olim regulare fuerat atque religiosum, nunc vero ab omni ordine destitutum et etiam abitatoribus penitus vacuatum, quorum culpa constat evenisse idipsum[4], abbati et cenobio, cujus animiculum sibi commodius fuerit visum, decernat committendum; secum diutius animo volvens et monasteriorum Gallie mores regulamque perspiciens, unum ex omnibus, a quo monastica religio institutionibus et collationibus sanctorum patrum, auctore sanctissimo et meritis glorioso ejusdem, Massiliensis videlicet monasterii, patre ac fundatore 12 jun. 1061.

[1] Verisimiliter Petrus I Guillelmi, abbas Coxanensis.
[2] Artaldus I.
[3] Nicolaus II.
[4] Cod. *adipsum*.

Cassiano, primo nostras ad partes promulgata processit, quod actenus, Deo propicio, floret ac regulari districtione pollet, Domini nostri Jhesu Christi, et ejus sancte genitricis Marie, sanctorumque Victoris et sociorum ejus, preciosorum martyrum, ibidem quiescentium, sanctorum etiam Petri et Pauli et omnium apostolorum honore consecratum, sue voluntati potissimum atque utillimum elegit. Igitur, libentissimo atque voluntario animo, concedente et consenciente domino et seniore meo Rotenensium atque Arvernensium comite Rotberto[1], et uxore ejus domna Berta, ejusque[a]via comitissa Ricardis[2], ego, Deusde, supranominatus abbas, et Raimundus, frater meus, et uxor ejus Aldiardis, una cum filiis suis, pro redemptione animarum nostrarum parentumque nostrorum et remuneratione patrie celestis, supra nominato Vabrensi monasterio quedam, que huc usque usurpata injuste tenuimus * ac possedimus, donamus et reddimus, scilicet medietatem castelli quod nominatur Petra Alba, de ipso bastimento quod ibi est et in antea factum erit per nomen de castello; quam medietatem abbas et congregatio ejusdem monasterii teneant, et castellani ipsius medietatis de manu ejus accipiant, et ei serviant ac fidele sacramentum faciant. Malos vero[3] usus, tultas, tortitudines, districtiones fidejussorias et lucra que per symoniacam factionem in eodem monasterio et in ejus dominicaturis, mansis, villis et cellis, usque ad hoc tempus nos vel nostri parentes accepimus vel exegimus, omnino relinquentes, funditus abrenunciamus et in manu Durandi, abbatis Massiliensis, et domni Raiambaldi[4], archiepiscopi Arelatensis, ejusdem sancti Victoris monasterii monachi, firma stipulatione, coram Deo et sanctis ejus, ex toto in perpetuum gurpitionem facimus. Hec autem supra scripta omnia, scilicet sepius nominatum Vabrense monasterium, in pago Rotenico situm, in honore Domini salvatoris ejusque genitricis et sanctissimi Dionisii martyris consecratum, cum omnibus suis, ad

f° 12.

[1] Robertus II, Arverniæ comes, qui ab uxore Bertha, filia Hugonis I, comitis Ruthenensis et Gabalitani, hos duos comitatus dotis nomine accepit.

[2] Ricardis de Anduliano, uxor Raimundi III, comitis Ruthenensis, mater Hugonis I, patris supra dictæ Berthæ.

[3] Cod. *veros*.

[4] Raimbaldus de Relliana, qui, archiepiscopatu abdicato, circ. a. 1061, vitam monasticam amplexus est.

honorem omnipotentis Dei et restaurationem ipsius loci, concedimus, tradimus, donamus et committimus altario in honore Domini nostri Jesu Christi ejusque genitricis et domni Victoris, gloriosissimi martyris, et sociorum ejus, necnon et altari principum apostolorum Petri et Pauli, et omnium apostolorum in Massiliensi cenobio consecratis, et abbati Durando ejusque successoribus et congregationi ipsius loci, presenti et future. Ordinamus vero atque disponimus, et stabili firmitate sancimus ut ipse abbas Duraudus et successores ejus per omnia tempora de congregatione Massiliensi ponant in monasterio Vabrensi abbatem et quos voluerint monachos, qui eis obedientes secundum normam regule sancti Benedicti et consuetudines Massiliensis monasterii in eodem loco ad servicium omnipotentis Dei permaneant. Si vero (quod absit) abbas ipse vel monachi, a regulari tramite deviantes, perverse vivere voluerint et sepe commoniti emendare noluerint, abbas Massiliensis educat secum perversos abbatem sive monachos, et eorum loco ponat, sine ullius contradictione, de suis honestos, utiles atque bonos, sibique ac regule obedientia subditos. * Ergo si quis v°.
vel si qua, nos aut aliquis vel aliqua heredum sive successorum nostrorum, vel alia quecumque opposita persona, cujuscumque dignitatis aut ordinis, hnic privilegio vel scriptioni contraire vel inquietudinem inferre temptaverit, summe Trinitatis iram incurrere et a cetu ecclesie catholice segregatum noverit se, perpetua pena cum Antichristo dampnatum, cumque Juda Scarioth et Sabellio atque Arrio, Dathan et Abyron, Symone quoque mago, eternis ignibus concremandum, hoc privilegio permanente, stabilitate fixa cum stipulatione subnixa.

Ego Deusde hanc cartam scribere jussi et manu mea roboratam testes firmare rogavi. Signum Deusde abbas. Signum Raimundus et filii sui.

Facta donatio hec anno incarnationis dominice millesimo LXII[1], indictione XIII, pridie idus junii, tercia feria, epacta XXVI, luna XVIII, in burgo vel villa Sancti Egidii.

Signum Arnalde, filii Aifrede. Signum Petroni de Castluz. Signum Poncioni Escodacani. Signum Raimundi Geraldo. Signum Aifredi Ge-

[1] Anno more Pisanorum incepto.

raldo. Signum Stephani Geraldo. Signum Rainoni[1] viceconite, cum fratribus suis. Signum Amblardi. Signum Bernardi. Signum Rigaldi. Signum Bonafos. Signum Volverati. Signum Raimbaldi archiepiscopi. Signum Ugoni monachi. Ego Poncius rogatus scripsi, Durando abbate mandante.

828.

Carta sancti Servandi.

(Ed. D. Martene, *Ampl. coll.*, I, 546.)

11 mart. 1088. Sub imperio omnipotentis Dei, qui cuncta creavit verbo et creata omnia recte adordinavit, atque utiliter in suo congaudet regno, qui cum Patre et Filio ac Spiritu Sancto unus atque idem permanet per nunquam finienda seculorum secula, quia subitanea mors, que omnes homines procumbere facit, ex improviso michi ne subito eveniat, et illud premeditans in animo meo quod in evangelica cotidie recitatur storia : « Date et dabitur vobis; » et iterum : « Mensura qua mensi fueritis remecietur vobis; » et alibi, sicut ipse Dominus noster dixit : « Si quis porrigerit uni de minimis istis qui in me credunt calicem aque frigide tantum in nomine meo, centuplum accipiet, et insuper vitam eternam possidebit; » hec omnia recogitans in animo meo, elegi facere quod audituri estis, ad honorem omnipotentis Dei et sancti
f° 13. Petri, apostolorum principis, *ut ipse sit michi fidelissimus adjutor et in celis aput Dominum suum assiduus intercessor. Ego enim Adefonsus, gratia Dei imperator constitutus super omnes Spanie nationes[2], offero sacrosancto altario sancti Petri Rome, pro remedio anime mee et omnium parentum meorum, monasterium sancti Servandi. Est autem illud monasterium ad portam civitatis Toleto, super ripam fluminis illius, nomine Tagi. Et, ut hii qui in eadem supra scripta ecclesia permanserint supplementum aliquod victui habere possint, offero eis villam unam, nomine Hukeka, et unam almuniam, quam nos latine vocamus ortum, qui est prope illam ecclesiam sancti

[1] Forsitan Raimundus, vicecomes de Amiliane (*Mihi ad.*).

[2] Alfonsus VI, rex Legionis et Castellæ.

Servandi, fuitque unius Mauri, nomine al Falil[1], et unam aheniam in ripa illius fluminis supradicti, subtus illa al chantera[2], contra partem Sancti Servandi. Omnia hec que superius memorantur offero sacrosancto altario sancti Petri, sicut jam prefatum est, eo tenore ut, omni tempore, abbas Massiliense congregationis optineat suprascriptam ecclesiam sancti Servandi, cum omnibus que sibi pertinent vel etiam adhuc adquisierit in sua potestate, et tribuat inde, per unumquemque annum, x nummos aureos altario sancti Petri Rome. Hec omnia libentissime offero atque confirmo, ut ipsi habeant inde in hoc seculo temporale subsidium, et ego in celis apud Deum celeste premium. Quod si ego aut aliquis generis mei seu extranei hoc donum, quod ego grato animo altario sancti Petri optuli, aufferre quesiero vel quesierit, et hujus scripture verba, que ego scribere elegi, infringere pertemptavero vel pertemptaverit, quisquis fuerit, propinquus aut extraneus, pariat centum libras auri altario sancti Petri, et insuper excommunicatus, dampnatus, anathematizatus permaneat in eternum; post mortem vero illius, anima ejus cum Datham et Abyron participetur in secula seculorum. Et hoc factum meum permaneat firmum et imperhenni et secula cuncta.

Facta cartula testamenti v idus marcii, concurrente, feria [3], CXCVI[3].

Ego enim Aldefonsus, Dei gratia imperator, hoc quod ego libenter facere elegi, consilio atque voluntate domni Ricardi, cardinalis Rome scilicet et abbatis Massiliensis ecclesie, grato animo confirmo. Ego Constancia regina[4] hoc donum, quod dominus meus facere elegit, libenter confirmo. Bernardus, Toletane sedis archiepiscopus, confirmo. Sisnandus, Conimbricensis consul, confirmo. Rodericus Didaz confirmo. Munnius[5] Velasquiz confirmo. Raimundus, [6] Palentine sedis episcopus, confirmo. Gorsia Ordoniz comes confirmo. Gundisalbus Nuniz con-

[1] A. 1085 Alfonsus Toletum expugnavit, Maurosque regno expulit.

[2] Id est *ponte*, de quo in sequenti diplomate agetur.

[3] Corrig. *concurrente VI, era MCXVII.*

[4] Constancia, filia Roberti Burgundiæ ducis, Alfonso nupta a. 1080, defuncta anno 1092.

[5] Ed. *Manius.*

firmo. Pelagius Velutiz confirmo. Petrus testis. Gomez, Auchensis episcopus, confirmo. Petrus Ansuriz comes confirmo. Albarus Didaz confirmo. Froila Didaz confirmo. Dominicus testis. Petrus, Legionensis episcopus, confirmo. Martinus Adefonsus comes confirmo. Rodericus Ordoniz confirmo. Pelagius Domingiz, majorinus dilectione[1], confirmo. Asmundus, Astorizensis episcopus, confirmo. Fernandus Didaz comes confirmo. Gudestens Rudericus confirmo. Gutier Telliz confirmo. Froila testis. Asias, Ovetensis episcopus, confirmo. Albarus[2] Garsias, armiger regis, confirmo. Didacus Gansalbiz confirmo. Suma Muniniz confirmo. Pelagius testis. Petrus Johannes, majorinus de Castella, confirmo. Nunas Muniniz confirmo. Citi testis. Sisnandus Astrariz, qui interfuit[3].

829.

Carta sancti Servandi.

(Edid. Yepez, *Chron. ord. S. Bened.*, t. VI, append.)

13 febr. 1095

Sub Christi nomine. Ego Adefonsus[4], Dei gratia Tolletani imperii rex et magnificus triumphator, cum consensu dilectissime uxoris mee Berte regine[5], proposui facere, sicut facio, hanc testamenti seriem ad monasterium sanctorum Dei Servandi et Germani, quod extat fundatu[m] extra Tolletanam urbem, Tago flumine discurrente inter civitatem predictam et sancti Servandi ecclesiam, ubi super rivum extat fundatus miro opere pons, ad exitum cujus, supra montem, est positum illud monasterium, firmo muro cum multis turribus profundoque vallo munitum. Cui ego, pro peccatorum meorum remissione, dono libertatem, ut omnes qui in loco illo fuerint commorantes non timeant salonem nec rauscum nec homicidium nec

[1] Ed. *de Lectione*; i. e. *Legionensis*.

[2] Ed. *Albanus*.

[3] Subscriptiones meliori, ut videtur, ordine apud Martene dispositæ sunt.

[4] Alfonsus VI, rex Legionis et Castellæ.

[5] Berta, secunda Alfonsi uxor, de cujus genere auctores parum consentiunt, traditur obiisse 14 jan. 1093. Sed ex hoc ipso instrumento liquet eam vita nondum excessisse 13 februario ejusdem anni.

fossatera nec manuaria nec aliquem fiscum regalis palacii. Et proinde, quia locum ipsum meo precio fundavi, et per multas fames et sites atque insomnia, et per multos labores frigoris et caloris, et per multos sanguineos sudores adquisivi, et, auxiliante Domino, cum maximo mei census dispendio et cum multorum christianorum fuso sanguine, propriis armis, a paganorum perfidia liberavi, volo esse liberum ab omni fece servitutis. Et offero ibi, ex mei sudoris adquisitione, montem illum, cum suo castello; et protendo sibi terminum a fluvio Tagi, per vallem qua transitur ad Sanctum Felicem, sicut ipsa vallis protenditur in * via de Calatrabah, in quo loco incipit alia via, per quam descenditur usque in viam publicam, super almuniam regis, que via vadit usque ad Tagum. Quicquid cultum vel incultum, quod laborari seu hedificari potest, infra istum suprascriptum terminum fuerit inventum, totum tribuo monasterio sancti Servandi et monachis ibidem Deo servientibus, ita ab omni integritate sicut ego actenus in jure meo tenui. Et, pro augmento conversationis monastice suorumque famulorum et pro hospitum receptione, testor ibi antiquam ecclesiam que dicitur sancta Maria de Alfizen, que numquam titulum christianitatis perdidit, quamvis sub tempore paganorum, nec a christianis incoli et venerari, licet sub jugo perfide gentis, amisit, ita quomodo est intra civitatem, supra murum ejusdem civitatis, conclusa, cum domibus sibi circumjacentibus; ubi adicio, ad augmentum cibi et potus, integram villam de Zucheka, quomodo est conclusa per suos terminos antiquos, cum omni quod ad profectum hominis in ea est, de vineis ac terris cultis vel incultis, pratis, pascuis, paludibus, arboribus fructuosis vel infructuosis. Et do ibi hereditatem quam reliquid post se Ennego Lopez, quando in Sancto Servando factus est monachus. Et in civitate Talavera, quia locus olivarum est, concedo ibi, pro illuminatione ecclesie, ecclesiam sancti Jacobi, et domos et almuniam et vineam, et unam villam in Albalat, juxta villam regine, sicut in jure monachorum sancti Servandi huc usque permansit; et in Sancta Eulalia, domos; et villam de Casas Mansas, que jacet inter villam regine que dicitur Alcobon et Sancta Eulalia; et in Maketa, similiter, domos in civitate et de foris suas hereditates determinatas, sicut ab omnibus

1 11.

vicinis note sunt. In civitate autem Mageriti, domos cum extra positis hereditatibus vinearum et terrarum, sicut hodie sub jure predicto subdite noscuntur. Et in Castella concedo quoddam regale monasterium, dedicatum in honore sancti Salvatoris, quod est in penna Fidel, cum toto suo debito de vineis ac terris, pratis, pascuis, paludibus, molendinis, piscariis, exitu et regressu, et quanto hodie habet vel impetrare potuerit. Et in Campos tribuo unam villam regalem, que michi accidit ex successione avorum et parentum meorum, quomodo est conclusa per suos terminos antiquos,* et sic quomodo est populata, cum totos suos homines et cum omni quod ad profectum hominis est in illa, sicut ego actenus in jure meo tenui, que proprio nomine dicitur Villa Moratel. Que omnia, sicut superius scripta sunt, volo semper esse subjecta monasterio, jure hereditario, sancti Servandi, ut monachi ibidem Deo servientes inde abundent cibo et potu et vestimentis, sibi eorumque famulis necessariis, ut nullius necessitatis pressura ex Dei servitio deficiant, et ut sanctos Dei martyres, quorum pauperes sublevo estuantes sub istos terrenos labores, in perhenni vita habeam patronos et fidelissimos intercessores. Sed timendo ne per cupiditatem aut per aliquas seculares occasiones, monasterium suprascriptum, regali fisco liberatum, a Dei servitio deficeret, testor illud sancto Petro, principi apostolorum, cujus corpore et martyrio Roma decoratur, per manum domini Richardi, sancte Romane ecclesie cardinalis et Massiliensis monasterii abbatis, ut, per manum et custodiam domini Ricardi et omnium in Massiliensi monasterio subsequentium abbatum, et monasterium ad Dei servicium crescat, et Romana ecclesia statutum sue hereditatis censum non perdat, et nec Massilienses abbates monasterio sancti Servandi aliquando careant nec statutum Romani census agnitionem annuatim pape mittere differant. Proinde volo ut, ab hodierno die et deinceps, monasterium predictum ex jure meo et omni regalis palacii censura sit abrasum, et potestati domini Richardi omniumque decessorum ejus Massiliensium abbatum, cum prenotata alterius testamenti[2] cognitione, vice Romane ecclesie, per-

* [illegible] [2] Vid. sup., n. 828

petuo maneat mancipatum. Si quis tamen (quod fieri non credo), contra hoc meum factum ad dirumpendum venerit, de propinquis meis vel extraneis, tam regia potestas quam et populorum universitas, quisquis ille fuerit qui talia comiserit, sit excommunicatus a cetuque fidelium separatus et cum Dathan et Abyron, quos terra vivos absorbuit, et cum Juda, Domini traditore, qui laqueo se suspendit et sic vitam cum visceribus fudit, in profundo inferni eternas penas luiturus, dimergatur, et, pro dampno temporali, qui talia facere presumpserit, pariat in duplo vel triplo quod auferre presumpserat, Massiliensi abbati vel cui vocem[1] suam commendaverit, et ad partem regis auri purissimi libras x; et hoc meum factum in cunctis[2] plenam optineat firmitatem.

Facta autem hac testamenti serie sub era millesimo[2] c xxxiii, et noto die idus februarii.

Ego Adefonsus, Dei gratia tocius Ispanie imperator, quod fec signo meo confirmo. Berta, Tolletani imperii regina, quod dominus meus rex fecit confirmo. Raimundus, generis[3] et tocius Gallicie comes, confirmo. Urracha, regis germana[4], cum sobrina mea Urracha, R. comitis uxore, confirmo. Henricus, gener regis[5], cum uxore mea Tharasia, quod socer fecit confirmo. Bernardus, Tolletane ecclesie archiepiscopus et Romane ecclesie legatus, confirmo. Petrus, Legionensis episcopus, confirmo. Martinus, Ovetensis episcopus, confirmo. Garcia, Burgensis episcopus, confirmo. Petrus, Nazarensis episcopus, confirmo. Garcia Ordoniz comes confirmo. Petrus Ansuriz et comes confirmo. Martinus Flaniz comes confirmo. Gomez Gonzalviz comes confirmo. Fernando Momoz, major domus regis, confirmo. Gucier Flaniz, prepositus de Toleto, confirmo. Johannes, zafal medina[7] de Toleto, confirmo. Johannes, al cadi[8], confirmo. Petrus, al vazir[9] et al fakym[10],

[1] Fort. corrig. *vicem*.

[2] Sic.

[3] Corrig. *gener regis*. — Raimundus[6], comes Galliciæ, filius Guillelmi Magni, comitis Burgundiæ, anno 1090, uxorem duxerat Urrachan, Alfonsi VI et Consontiæ filiam.

[4] Urracha, domina de Zamora.

[5] Raimundi.

[6] Henricus de Burgundia, comes Lusitaniæ, maritus Theresiæ, regis Alfonsi VI nothæ.

[7] *Apparitor urbis*.

[8] *Judex*.

[9] *Vizir*.

[10] Fort. *jurisperitus*.

confirmo. Albaro Haniz, al chaid[1], confirmo. Didago Monoz confirmo. Fernando Gelliz confirmo. Johannes, prior sancti Servandi, confirmo. Petrus presbyter confirmo. Bernardus confirmo. Rotbertus confirmo. Willelmus confirmo. Gerallus confirmo. Pellagius, cognomento Boatan, palatini officii notarius, qui jussione regis scripsi, confirmo.

830.

De Sancto Servando.

6 febr. 1129. Regie majestatis interesse etiam minus eruditis certum est ecclesias et sacra loca, non solum ab injuria tueri et defendere, verum etiam elemosinarum et beneficiorum, in Dei obsequium et suorum excessuum remissionem, pie et religiose visitare, fovere et honorare. Unde ego rex Adefonsus[2], una cum conjuge mea regina domna Berengaria[3], meorum antecessorum consuetudinem non irrationabiliter secutus, facio cartam confirmationis et donationis Massilliensi monasterio Bernaldoque[4] abbati totique conventu, tam presentibus quam futuris, sicuti avus meus bone memorie A.[5] imperator ejusdem monasterii abbati sancteque ecclesie Romane legato contulit, de monasterio
v°. sancti * Servandi et de omni honore sibi pertinente, sicuti in scripturis suis continetur[6], ita confirmo atque dono, pro anima avi mei meeque parentumque meorum, ut habeatis et possideatis in perpetuum. Si vero aliquis hoc meum factum et confirmationem fregerit, quisquis fuerit, sit excommunicatus et cum Juda traditore in inferno dampnatus, et insuper exolvat ad partem regis centum libras auri, et quod abstulerit duplet supradicto monasterio.

Facta carta confirmationis in era M°CLXVII, et que est VIII° idus februarii.

Ego A., Hyspanie imperator, quod fieri mandavi proprio robore

[1] *Dux militare*.

[2] Alfonsus-Raimundus VIII, rex Castellæ et Legionis.

[3] Berengaria, filia Raimundi-Berengarii III, comitis Barcinonensis.

[4] Hujus abbatis nomen auctores *Gall. christ.*, fugit.

[5] Alfonsus VI.

[6] Vid. n. 828 et 829.

confirmo. R., Tolletanus archiepiscopus, confirmo. Comes Petrus de Lara confirmo. B., Zamorensis episcopus, confirmo. Comes Gomez confirmo. B., Osmensis episcopus, confirmo. Comes Bertrandus confirmo. Ave Lampadar, al calde, testis. Abe Rabe, al moxariz, testis. Rudericus Verinudiz, major domus regis, confirmo. Garcia Garciaz confirmo. Petrus Didaz confirmo. Garcia Gomez. Ramirus Frolaz confirmo. Ego Julianus, filius Johannis, confirmo. Exeminus Enequiz confirmo. Cidi testis. Lopo Lopiz confirmo. Vilide testis. Gar Anaia testis. Pelagius Aruns, notarius regis, scripsit, et confirmo.

831.

Carta Sancti Petri et Sancti Leoncii.

(Edd. Duchesne, *Hist. des card. franç.*, II, 377; D. Vaissete, *Hist. de Languedoc*, II, pr., 381; et D. Martene, *Ampl. coll.*, I, 631.)

Ad pietatis celebrandum cultum et ad omnipotentis Dei dignissimum 1112.
servitutis obsequium, optimum est fidelium imitari exempla et opera parentum. Ideo ego Richardus[1], Rutenensium comes, cognoscens quam fideliter et devote pater meus Berengarius, et fratres ejus, Bernardus[2] scilicet, Massiliensium venerabilis abbas, et Ugo et Raimundus vicecomites[3], ardentissimi et karissimi in amore et fide sancte Marie, monasterii Massiliensis, et sancti Victoris martyris, dederunt et tradiderunt sollempniter eidem jam dicto monasterio, in Rutenico pago, monasterium sancti Petri et sancti Leoncii jure perpetuo possidendum, ad impetrandam salutem animarum suarum, laudo et dono, usus consilio principum meorum, donum prescripti monasterii sancti Petri et sancti Leoncii, sine omni malo ingenio, eo tenore ut perpetuo similiter jure possideat, teneat et regat monasterium sancti Victoris cenobium sancti Petri *, et sancti Leoncii, et abbas et monachi Massi- 1° 16.
lienses, presentes et futuri, dominentur et possideant tantum, et

[1] Richardus de Amiliano, frater Ægidii, comitis Provinciæ et Gabalitani.

[2] Bernardus de Ruthenis, Massiliensis abbas 1035 — 1079.

[3] Hugo et Raimundus, Carlatensis et Leutevensis vicecomites.

nunquam alii (quod absit), quieti et securi, monasterium sancti Petri et sancti Leoncii et possessiones[1] omnes, tam in ecclesiis quam in mansis et villis, vineis et campis et silvis, et quecunque hodie monasterium habet vel adquirere poterit. Si qua vero persona, cujuslibet ordinis vel dignitatis, huic dono vel laudi, quolibet modo, obviare temptaverit, quod expetit assequi non valeat, sed, donec resipiscat, Dei omnipotenti iram incurrat. Filio itaque meo[2], in vita mea et post mortem, hoc donum laudare et confirmare facio; et, ad confirmandum et defendendum, fideliter et sine malo ingenio, monasterii et monachorum hoc donum quod facio, cunctis male obviantibus, filio meo huic Ugoni et omni posteritati mee obviare obviantibus et contraire contradicentibus precipio et mammitto. Ego predictus Ricardus, Rutenensium comes, pro redemptione peccatorum meorum, hanc cartam, sicut scriptum est, Ottoni[3] abbati et fratribus sub eo degentibus Massiliensibus, presentibus et futuris, abbatibus et monachis, presente Rodulfo, priore sancti Leoncii, laudo, dono et confirmo, cum filio meo Ugone, et militibus meis firmare precipio, id est Raimundo de Levenone, Jordani de Crexel et filio ejus Gaufredo, Deusde de Vidin et filio ejus Virgilio et Willelmo Nizecio et Aimerico de la Bruidiura.

Factum est hoc donum anno ab incarnato Dei Verbo millesimo c.xii, regnante Lodnico, Francorum rege.

832.

Carta Sancti Martini de Canonica.

Edit. ap Guesnay, *Vita S. Cassiani*, 451, et in *Gall. christ.*, I, instr., 23.

1106 Postquam mirificus auctor omnium rerum Deus primum hominem creavit, eumque ab eternitate, ad quam fecerat, suasus[4] venenosi serpentis callide dejecit, omneque humanum genus, suum dominatorem agnoscere nolens, et invisibilia bona que ei preparaverat pro nichilo

[1] Edit. *portiones*.
[2] Hugo I, qui patri successit circ. a. 1132.
[3] Otto Alamannus.
[4] Corrig. *suasu*.

ducens, indignis ac turpibus ydolatris inservivit, innenarabili atque ineffabili sua misericordia, lacrimabili cunctis dejectioni humane condoluit. Nam, instante primi parentis originali macula, videns fluctuantem inter turbines et procellas hujus mundi hominum genus tenebris noctis venenosisque diaboli laqueis deceptum esse, dominator omnium Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, unicum filium suum, Dominum nostrum sempiternum *, ex se sempiterno, ad v°.
nostram omnium redemptionem, quasi floridum tenebris lumen, huic seculo non dedignatus est mittere. Qui Dominus noster Jesus Christus, postquam, in humana carne quam sumpsit, sui sancti evangelii doctrinam cunctis ad gloriam suam vocatis predicavit, atque que olim prophetisata Deo fuerant adimplevit, et ad Patrem, cum quo et cum Spiritu Sancto est inconvertibilis et immutabilis Trinitas, cum humana carne rediit, per hujus mundi climata, ab ortu scilicet solis usque ad occasum, apostolorum atque ceterorum fidelium ejus doctorum, quibus verbi sui commisit semina, sonus predicationis exivit. Qui sequentes pii magistri sui Domini nostri documenta, hoc nobis annunciaverunt, inter cetera, nichil tam scelestum homini esse quam letaliter cottidie peccare et peccata elemosinis non redimere et de cetero non emendare; fueruntque veritatis testes, et, quandiu in presenti vixerint, fortiter obstiterunt symoniache heresi, obedientes suo salvatori qui eis preceperat, dicens : « Gratis accepistis, gratis date. » Ex quibus omnibus extitit unus in primitiva ecclesia, beatissimus scilicet Petrus, sicut cunctis patet, qui Symonem magum, a quo hec nec dicenda heresis nomen et actum sumpsit, ab Jerusalem usque in maximam Romam, variis sermonum et actuum argumentis omnimodis obpugnavit, in tantum ut ab eo, oratione ad Deum fusa, scelestum corpus ejus, quod in aera magicis artibus volitari videbatur, id solo dejectum orribili non multo post morte plecteretur. Que detestanda heresis in tantum pullulavit, ut, modernis temporibus (pro dolor!) vix repperiantur in ecclesiastico ordine constituti, qui non sint hujus nefandi sceleris vinculo colligati. Sed, quia diu immorari non possumus in hujusmodi sermonibus, ad id propter quod loqui incepimus articulum flectamus. Extat in territorio Gaballitano quedam nobilis

ecclesia, in honore sancti Martini confessoris constructa, in episcopatu Minatensi sita, in pago Bannecensi[1] posita, holim possessionibus et facultatibus atque maximis miraculis ibi a Deo perpetratis decorata, sed nunc, instante supranominata heresi, a jam defunctis episcopis ceterisque ejus potestatibus ita (quod extra preceptum Dei est et sanctorum canonum) in laicorum hominum dominatione videtur esse redacta, ut milites uxorati sint in ea prepositi et decani, atque ecclesiasticarum rerum venditores et donatores, et, ut verius dicam, in
f° 17. tantum * obpressores clericorum in ea manencium, ut fructus dudum ecclesie suc concessos[2] ipsi in suos proprios transferant usus. Ego igitur Eldebertus[3], sancte ecclesie Minatensis gratia Dei episcopus, in cujus episcopatu prefatus locus videtur esse, et ego Berengarius Ricardi vicecomes[4], cum consilio dompni Deusde, ejusdem ecclesie decani et in hoc ut fieret multum laborantis[5], atque domni Astrebaldi prepositi et filiorum ejus, necnon canonicorum in jam dicta ecclesia, que vulgo vocatur Canonica, sanioris consilii habitancium, scilicet Petri de Planiol, Geiraldi Laugerii sacriscrinii, Petri de Masel, Geiraldi Godafredi, Petri Maiamfredi, Geiraldi Botlarii, Raimundi de Mureto, Geiraldi de Bramma Torta, presertim cum privilegia vel auctoritates nulle de ea ostendi possint, aliquibus dicentibus eum monasterium antiquitus, aliquibus canonicam fore, non aliter cognoscentes illam a captivitate supradicte heresis posse eripi, pro remissione peccatorum nostrorum, donamus eam omnipotenti Deo et cenobio sancte Marie ac sancti Victoris Massiliensis, atque abbati vel abbatibus seu congregationi in eo jure perpetuo habitancium, cum omni honore quem hodie habet vel in antea acaptare potuerit, sicut mos est nostre patrie, ad totos honores. Nam, sicut audivimus et ex parte didicimus, cenobium illud, cum tante antiquitus nobilitatis esset, ut quinque milia monachorum inibi habitantium abbas beatus Cassianus, doctor preclarissimus, in eo nunc corpore requiescens, existeret, sicut

[1] Non *Bearnecensi*, ut habet *Gallia christiana*.

[2] Cod. *concessis*.

[3] Aldebertus I de Petra.

[4] Berengarius, vicecomes Ruthenensis et Amiliensis.

[5] Cod. *laboraati*.

in libris repperitur quos ipse composuit, ceterorum monasteriorum in tota Gallia positorum pociores rivuli sapiencie et regularis discipline ordo processit. Et nunc etiam, omni seculo jam pene lapso, si non sicut antiquitus, tamen in tantum viget, ut de quacumque patria in eo, causa religionis, venientes et actum in eo habitancium cognoscere volentes accesserint, dicant, cum recesserint, hoc pocius regulariter degere quam cetera monasteria tocius Gallie. Quapropter, ego quoque Deusde decanus, et ego Astrebaldus prepositus, cum filiis meis Geiraldo, Guillielmo, similiter cum consilio et voluntate vicecomitis Berengarii atque episcopi Eldeberti et canonicorum supradictorum, amore ducti nostri redemptoris et beatissimi martyris Victoris, et abbatis sueque congregationis, pro nostrorum et parentum remissione peccaminum, donamus et concedimus sepius dictam Canonicam, cum honore quem hodie habet vel in futurum acaptaverit, sicut diximus (mos est nostre terre), ad totos honores*, Domino Deo v°.
et monasterio sancte Marie sanctique Victoris, et abbati vel congregationi, presenti[1] et future, tali tenore ut abbas supradicti monasterii Massiliensis monachos ibi mittat, qui servicium Dei in eodem loco faciant et pro nostrorum atque parentum omniumque christianorum, viventium simul et mortuorum, pondere peccaminum intercessores existant. Etiam sepe dictus locus sancti Martini ab hodierno die monasterium sit, et in dicione ac potestate monasterii Massiliensis et abbatis ac congregationis sue jure perpetuo maneat, et ad voluntatem et providentiam eorum, quando viderint sibi prodesse, abbas ibi ex monasterio suo ab eis mittatur, ita tamen ut quem miserint non sit natus a fluvio qui vocatur Tarnus usque ad fluvium qui dicitur Ylerius. Nos quoque, ego Ugo Bonafos et Rogerius atque Fulcois fratres, hoc donum firmamus et de nostro in eodem donamus et elabimus, volente Deo, et adjutores erimus in hac terra tocius honoris sancti Victoris, omnibus diebus vite nostre. Si quis igitur hominum cujuscumque persone[2], marchio, comes, vicecomes, episcopus, abbas, canonicus, presbyter, monachus, clericus, miles, rusticus, contra hanc

[1] Cod. *presentis*.

[2] Fort. corrig. *ordinis*.

cartam donationis nostre ire, agere vel inquietare voluerit, vel hoc donum nostrum rumpere aliquo modo (quod absit!) studuerit, iram et abhominationem Dei omnipotentis et omnium sanctorum ejus incurrat, velle et posse sit maledictus, scabie et prurigine atque omni pessima passione sui corporis plenus, a societate Dei et sanctorum ejus permaneat extraneus, atque in inferno inferiori cum Juda, traditore Christi, ceterisque extraneis a Deo sit dampnatus, nisi penisus[1] ad voluntatem abbatis sancti Victoris monachorumque ejus satisfecerit deinceps emendaturus.

Nos autem supradicti donatores hanc cartam scribere mandavimus et manibus propriis firmavimus, et aliis ut firmarent precepimus. Domnus Eldebertus, Minatensis gratia Dei episcopus, voluit et firmavit. Geiraldus, Minatensis canonicus, firmavit. Geiraldus de Bramma Torta canonicus firmavit. Ego Berengarius vicecomes firmavi et propria manu subscripsi. Raimundus[2], frater ejus, firmavit. Signum Deusde decanus. Signum Astrebaldo prepositus. Signum Geraldo, filio suo. Signum Willelmo, fratre suo. Petrus de Planiol canonicus firmavit. Geiraldus secretarius canonicus firmavit. Geiraldus
p. 18 Godafredus canonicus firmavit.* Petrus de Masel canonicus firmavit. Petrus Maiamfredi canonicus firmavit. Geiraldus Botlarius canonicus firmavit. Geiraldus de Bannacag[3] canonicus firmavit[4]. Milites autem firmarunt : Jorius firmavit. Nichil Foras de Monte Ferrario firmavit. Stephanus Motus de Panosa firmavit. Fulcois firmavit. Rothgerius, frater ejus, firmavit.

Facta est carta anno ab incarnatione Domini millesimo adjuncto etiam sexagesimo, die mensis julii quarto, sancti Fredaldi in cimiterio, regnante in seculorum secula Domino Deo, indictione XIII, epacta XV, concurrente VI.

YCNAPΔOC YNΔYГNH OѠГYΘAΘOC[5] MѠNAXOC CPYПCYΘ[6].

[1] Sic.
[2] Raimundus, vicecomes Leutevensis.
[3] Edit. *Bonacap.*
[4] Cod. *frater.*
[5] Sic.
[6] Id est *Ysnardus indignus rogitatus monachus scripsit.*

833.

De Cyriaco.

(Ed. in *Gall. christ.*, I, instr., 24.)

Universitatis conditor omnipotens Deus, qui per unigenitum et coe- 16 mart. 1062
ternum sibi Verbum, Dominum nostrum Jesum Christum, cuncta creavit ex nichilo, adhuc quoque cottidie per eumdem Deum et Dominum nostrum operari non cessat in mundo, dicente eodem Filio : « Pater meus usque modo operatur et ego operor. » Cupidus enim humane salutis et malens vitam quam mortem peccatoris, se fugientibus vocem predicationis mittit, aversos adloquitur, revertentibus non solum de erratibus dat veniam, sed etiam munera largitur. Hec ejus tante pietatis viscera considerantes, ego videlicet Aldebertus[1], inmerito sancte Mimatensis ecclesie dictus episcopus, Austorgus, frater meus, ob remissionem omnium peccatorum nostrorum, utque possimus redemptorem et advocatum nostrum Dominum Jesum, terribilem venturum judicem, videre placatum, et, evadentes ejus misericordia eternas flammas gehenne, valeamus illam omni suavitate dulciorem audire vocem : « Venite, benedicti patris mei; possidete preparatum vobis regnum a constitutione mundi; » ex his que ipse Dominus noster nobis in hoc seculo largitus est, nobis[2] bonis partem aliquam offerentes, illi construere cepimus, adjuvante eodem Domino, monasterium in ipsius salvatoris mundi nomine, in locum quem dicunt Cyriacum, quem locum, excepto hoc quod nos predicti ibidem jam dudum habueramus, grandi precio a multis eminus, hoc in voto magnopere habentes quatinus hoc monasterium, de nostris propriis et aliorum fidelium hominum prediis ditatum, ovile Christi abhinc efficiatur et * pro nobis nostrisque omnibus propinquis, tam vivis quam v°.
et defunctis, et pro omni ecclesia Deus exoretur atque, quoadusque ipse voluerit, a suis fidelibus ibi incessabiliter laudetur. Et, quoniam in sacra scriptura continetur, ut qui spirituales et firmati dono Dei

[1] Aldebertus I de Petra.

[2] Sic, fort. pro *nostris*.

existunt, incipientes et rudes in omni caritate instruant, et hanc excellentem omnes virtutes caritatem in monasterio sancti Victoris martyris Massiliensis, et in domno Durando, abbate ipsius monasterii, et in ceteris fratribus inibi habitantibus, per omnia quecumque voluimus, repperimus, recompensare volentes et ipsi vicem tante beneficientie ipsorum, in nomine sancte et individue Trinitatis, donamus ipsi eodem Domino, et altari sancte virginis Marie sanctique Victoris martyris, et altari sancti Petri, apostolorum principis, que sunt fundata in supradicto monasterio Massiliensi, et domno Durando abbati, et abbatibus ejusdem loci futuris et congregationi ipsius monasterii, presenti et future, ipsum altare et locum et monasterium de Cyriaco, cum omnibus que nunc habet et in antea adquisierit, ad proprium alodium, ut habeant, et ad servicium omnipotentis Dei et ad bonum et profectum ipsius loci, videlicet de Cyriaco, eundem locum secundum regulam sancti Benedicti disponant et ordinent omni tempore. Et si Deus, in diebus nostris aut postea, monasterium suprascriptum Cyriacum ita crescere donaverit, ut abbati monasterii Massiliensis et fratribus ipsius loci in nobis bonum et proficuum videant abbatem mittere in monasterio Cyriaco dicto, tunc abbas monasterii Massiliensis secundum regulam sancti Benedicti in jam dicto monasterio abbate[m] mittat. Signum Aldebertus.

Facta carta donationis V° VII° kalendas aprilii[1], anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi M° LX° II°.

Signum Petrus Airadi; signum Guilliehmus de Morers, nos testes, qui hanc cartam donationis rogati firmavimus. Aldebertus, episcopus dictus Mimatensis ecclesie, Austorgus, nos qui hanc donationem, animo volenti, in omnibus modis quibus donari et firmari donanda aliqua res potest, supradicto monasterio sancti Victoris Massiliensis, et habitatoribus ejus, secundum quod ipsi ad opus suum melius requirere et velle possunt, ad proprium alodium firmamus, et testes firmare rogamus, ea ratione ut hoc sit ad bonum et profectum jam dicti monasterii de Cyriaco. Quod si nos aut aliquis ex posteris nos-

[1] Sic.

tris, sive aliquis alius homo, utriusque sexus, hanc donationem irrumpere voluerimus aut voluerit, nullo modo hoc ad effectum veniat; sed *omni tempore hec donatio firma, stabilis et inconvulsa permaneat. f° 19.
Frater Dalmacius, qui hanc donationis cartam scripsit, die et anno quo supra. Ricardus Guillielmi simili modo donavit et firmavit. Aldebertus, filius Austorgi, et Guillielmus, frater ejus, et Giraldus et Austorgus donaverunt et firmaverunt. Guillielmus, filius Ricardi, simul[1]. Petronilla, uxor Austorgi, simul.

834.

Carta Sancti Martini de Airas.

In sancte et individue Trinitatis nomine. Ego Fredulus de Barris, 1058.
et filii mei Raimundus, Gualterius, Bernardus, Guillielmus, Ademarus, Nicetius et Stephanus, audita Domini voce dicentis : « Quicumque dederit calicem aque frigide tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam, » pro animabus nostris et pro animabus parentum nostrorum, donamus altari quod est consecratum in honore sancte Marie, semper virginis, sanctique Victoris, martiris Christi, in monasterio Massiliensi, et monachis ejusdem loci, tam presentibus quamque futuris, ecclesiam videlicet sancti Martini ad Airas, cum ipso alodio quod pertinet ad ipsam ecclesiam, scilicet quinque mansis qui adjacent ei. Est autem ipsa ecclesia in territorio Neumosensi, juxta castrum quod vocatur Mairossium. Donamus etiam mansum de Casteneto, quem accepimus in emenda pro Gausselmo, nostro caballario, qui fuit occisus, ut ipsi monachi orent pro anima ejus et animarum nostrarum. Ego jam dictus Fredulus prescriptique filii mei prenominatam ecclesiam sancti Martini, cum suis quinque mansis et cum ipso manso de Casteneto, qui est in territorio Gaballitano, juxta fluvium Mimeltam, donavimus, sicut prescriptum est, altari prelibato sancte Marie et sancti Victoris monachisque monasterii Massiliensis, qui modo ibi sunt et qui futuri sunt,

[1] Fort. corrig. *similiter*.

ea videlicet ratione ut ipsi eadem habeant et in perpetuum possideant, sine ulla inquietudine. Hanc autem donationis cartulam scribi precepimus et manibus nostris firmavimus, et alios firmare rogavimus. Si quis vero hanc donationem annullare vel minorare temptaverit, non valeat vendicare quod voluit, sed cogatur solvere jam dictis monachis LX auri purissimi libras; insuper dampnetur in inferno inferiore cum Juda traditore, nisi penituerit digna satisfactione.

Acta est autem anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi M° LVIII, indictione XI, epacta vigesima tertia.

v°. 835.

Carta ecclesiarum Rutenensium.

Edit. in *Gall. christ.*, I, instr., 50 et 115.)

1082. In nomine omnipotentis Dei. Ego Poncius[1], Dei gratia, licet inmeritus, Rutenensis ecclesie presul, servorum Dei justis petitionibus annuere siciens atque eorum sacris precibus presentem futuramque promereri salutem, ex his que ad eorumdem servorum Dei utilitatem proficere possint aliquid ipsorum usibus deserviendum tradere, prout possibilitas mee paupertatis sinit, decrevi, videlicet ecclesiam sancti Amancii, cum ecclesiis et omnibus que ad eandem ecclesiam pertinent, videlicet ecclesias de Boadone et ecclesias de Stagno et ecclesiam sancti Electi desubtus Belvider, et multis aliis, quocumque fuerint loco, ad se pertinentibus. Insuper dono ecclesiam sancte Marie de Altafagia et ecclesiam de Rivioria et ecclesiam sancti Petri de Colnaz, rogante et donante mecum Ugone, abbate Vabrensi, predictam ecclesiam de Colnaz. Dono preterea ecclesiam sancte Marie de Limentone et ecclesiam de Mustogol. Dono etiam ecclesiam sancti Michaelis de Castello Novo, et ecclesiam sancte Marie parrochialem et ecclesiam sancti Baudilii. Dono etiam, laudo et confirmo Vabrensem monasterium, cum monasteriis et ecclesiis ad se pertinentibus, videlicet Nantense et Ferret et sancti Severi et sancti Yppoliti, et mo-

[1] Fontius Stephani.

nasterium de Vernia, cum appendiciis eorum; monasterium sancti Caprasii de Petra, cum ecclesiis ad se pertinentibus, videlicet ecclesiam de Verzols et aliis ecclesiis. Dono etiam similiter ecclesiam sancti Genesii, in valle Olti, et ecclesiam de Fijaget, et ecclesiam de Marnag[1], et ecclesiam sancti Salvatoris de Grandi Folio, et ecclesiam sancti Victoris de Cambolaz. Dono etiam monasterium sancti Petri et sancti Leoncii, cum ecclesiis[2] sancti Petri de Alsobre et sancti Stephani ad Vivarium, et ecclesiam sancte Marie de Ecclesia Nova, et ecclesiam de Mauriaco. Dono similiter monasterium sancte Marie de Amiliavo[3]. Hec omnia supradicta, cum aliis omnibus legaliter et legittime ad se pertinentibus, trado, cedo, dono et confirmo, cum consensu et voluntate canonicorum, meorum videlicet et ecclesie filiorum, Bernardi Ysardi archidiaconi et Odalrici archipresbyteri et Deodati sacriste, Ingilberti et nepotis ejus Bernardi, et Deodati diaconi et Raimundi Petri, sicut dominus papa Gregorius[4] sua auctoritate donaverat et confirmaverat sancto Victori et Massiliensi monasterio, et abbati Ricardo[5] et monachis presentibus* et futuris, cum aliis omnibus que in Rutenensi episcopatu adquisierint, tam in ecclesiis quam in aliis honoribus. Si quis autem episcoporum, clericorum vel etiam secularium, hanc auctoritatis nostre cartam annulare temptaverit, nullatenus hoc agere possit, sed hec auctoritatis mee carta firma et stabilis im perpetuum maneat, et qui hanc irrumpere voluerit a consortio fidelium Dei alienus existat, nisi resipuerit; insuper componat in vinculo auri pondus c librarum. f° 20.

Facta est hec carta anno ab incarnato Dei Verbo millesimo LXXX° II°, revertente me, peccatore episcopo, a concilio Romano, sub presentia et auctoritate domni pape Gregorii VII celebrato[6].

[1] *D'Armagnag*, in *Gall. christ.*, 115.
[2] Sic in edit.; Cod. *ecclesiam*.
[3] *Amiliano*, in *Gall. christ.*, 115.
[4] Gregorius VII.
[5] Ricardus cardinalis.
[6] Hic agitur de concilio Romæ celebrato die 4 maii a. 1081.

836.

Carta Sancti Amancii Rutenensis.

1082. In nomine Domini nostri Jesu Christi. Ego Poncius[1], sancte Rutenensis ecclesie presul immeritus, cernens monasterium beati Amancii sine religione et Dei servitio, longo jam ex tempore, tum pro potencia et, ut ita dicam, insania et superbia secularium abbatum, qui pocius apostate quam abbates, et milites magis quam clerici, ibi extiterunt, et predia predicti monasterii secularibus usibus suisque parentibus tradiderunt, tum pro negligentia clericorum, qui, suo ordine dispecto, animarum suarum periculum sibique commissarum interitum huc usque contempserunt, trado, cedo, dono et confirmo, cum consensu et voluntate canonicorum, meorum videlicet et ecclesie filiorum, Bernardi Ysarni archidiaconi et Odalrici archipresbyteri et Deodati sacriste, Inguilberti et nepotis ejus Bernardi, et Deodati diaconi et Raimundi Petri, predictum monasterium sanctorum Petri et Pauli sanctique Amancii Domino Deo et sancte Marie sanctoque Victori martiri, et abbati Massiliensi Ricardo[2], et cuncto gregi Massiliensi sibi subdito suisque successoribus, cum omnibus que predicto monasterio sancti Amancii adjacent, pro remissione peccatorum meorum, legittime et fideliter dono et offero. Si qua vero persona, princeps laicus vel clericus, hujus doni irruptor, destructor vel contradictor extiterit et annullare vel commutare temptaverit, iram Dei omnipotentis et beati Petri, nisi resipuerit, incurrat, nostreque et omnium fidelium ecclesie prepositorum maledictionis gladio feriatur.

Facta est hec carta anno ab incarnato Dei Verbo M° LXXX° II°.

[1] Pontius Stephani.

[2] Ricardus cardinalis

837.

Carta Sancti Amancii.

(Edit. ap. Duchesne, *Hist. des card. fr.*, II, 577; Baluze, *Hist. généal. de la maison d'Auvergne*, II, 32; et, in *Gall. christ.*, I, instr., 49.)

In Dei omnipotentis nomine. Ego Poncius[1], Dei gratia, licet immeritus, Rutenensis ecclesie presul, tamen ad hoc in episcopatus officio positus ut ecclesiastica queque, que per antecessorum meorum neglegentiam et potestatum secularium violentiam neglegta fuerant, corrigerem, inter multa que corrigenda repperi, abbatiam sancti Amancii, que quondam monastica religione floruerat, ad secularitatem declinatam inveni. Et, quia hanc eandem abbatiam Rothbertus[2] comes et ejus uxor Berta, filia Ugonis, Rutenensis comitis, relevare et in ordinem antiquum, scilicet monasticum, reformare[3], Bernardo[4], Massiliensi abbati, ad hoc reordinandum tradiderunt, ut sui monasterii juris esset in perpetuum; sed, seviente bellorum turbine, idem abbas locum sibi traditum non potuit reordinare. Igitur, episcopatus mei tempore, jam bellorum sedato turbine, ob reordinande abbatie jam dicte, venerabilem Ricardum[5] abbatem, jam dicti abbatis Bernardi successorem, adii, et donum ipsius abbatie, predecessori suo factum, eidem abbati Ricardo recognovi et confirmavi, ea scilicet ratione ut monasticum ordinem inibi reformaret, ut idem abbas et ejus monachi eandem abbatiam cum ecclesiis et omnibus ad se pertinentibus gubernandam et ordinandam, sine ulla contradictione alicujus hominis, sicut a supradicto comite et ejus uxore Berta acceperant, in perpetuum haberent et possiderent. Itaque supradictam ecclesiam, cum omnibus legaliter et legittime ad se pertinentibus, sancto Victori et Massiliensi monasterio trado, dono et firmo predicto monasterio et abbatibus et monachis presentibus et futuris. Si quis autem episcoporum, cleri- 1079.

[1] Pontius Stephani.
[2] Robertus, comes Arverniæ.
[3] Fort. suppl. *voluerant*.
[4] Bernardus de Ruthenis, filius Richardi vicecomitis Ruthenensis.
[5] Ricardus cardinalis.

eorum vel etiam secularium, hanc auctoritatis nostre cartam annullare temptaverit, nullatenus hoc agere possit; sed hec auctoritatis mee carta firma et stabilis in perpetuum maneat, et qui hanc irrumpere voluerit, a consortio fidelium Dei alienus existat, nisi resipuerit; insuper componat in vinculo auri pondus c librarum.

Facta carta cessionis hujus anno incarnationis dominice M°LXX° VIII°.

Pontius, Rutenensis episcopus, manu propria firmat.

838.

Carta Sancti Amancii.

(Edd. Duchesne, *Hist. des card. fr.*, II, 577; et D. Vaissete, *Hist. de Languedoc*, II, pr., 407.)

26 jun. 1120 ? In Dei omnipotentis nomine. Ego Ricardus, comes Rutenensis[1], et Ugo, filius meus, comes et abbas, donamus Domino Deo et sancte Marie et sancto Victori martiri Massiliensis monasterii, et domno Rodulfo abbati omnibusque successoribus ejus, et monachis presentibus et futuris, ecclesiam sancti Amancii Rutenensis, cum omnibus ecclesiis ad predictam ecclesiam pertinentibus, quam etiam concessione
f° 21. patris mei Berengarii, * per triginta et eo amplius annos, possederant et tenuerant. Si quis autem homo vel femina, cujuslibet potestatis vel ordinis, hanc cartam donationis vel auctoritatis nostre irrumpere voluerit, nullatenus hoc valeat, sed sit a consortio Dei extraneus, et insuper componat in vinculo c libras auri.

Facta carta donationis anno ab incarnatione Domini M° C° XC°, regnante Lodoico, rege Francorum, luna XVII[a], indictione XIII[a], die VI kalendas julii[2].

Signum Ricardi comitis, qui hanc donationis sue cartam firmavit. Signum Ugonis, filii ejus, qui hanc cartam sue donationis firmavit. Signum Niccii de Buxogul. Signum Deusde de Vihinio. Signum Odalrici de Stroa. Signum Ectoris Deusde. Signum Bernardi de Le-

[1] Ricardus, Rutenensis comes, 1096 — 1125 vel circiter.

[2] Mendosæ sunt notæ chronologicæ. Fort. corrig. vel *anno MCXX*, ut ap. Duchesne, vel *anno MCXIX*, ut apud Vaissete. Indictio 13 quadrat in annum 1120.

beiag. Signum Alamandi. Signum Willelmi Ugonis. Signum Raimundi Aigfredi. Signum Ugonis Bovet. Signum Ugonis de Bosc; et alii quam plurimi testes qui adfuerunt et viderunt. Bernardus scripsit.

839.

f° 22 v°.

Urbanus papa II. — Confirmatio beneficiorum.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, karissimo fratri Ricardo, sancte Romane ecclesie presbytero cardinali et cenobii Massiliensis abbati, ejusque successoribus legitime promovendis, im perpetuum. Potestatem ligandi atque solvendi in celis et in terra beato Petro ejusque successoribus, auctore Domino, principaliter traditam illis ecclesia verbis agnoscit quibus Petrum est idem Dominus allocutus : « Quecumque ligaveris super terram, erunt ligata et in celis, et quecumque solveris super terram, erunt soluta et in celis ; » ipsi quoque et proprie firmitas et aliene fidei confirmatio eidem, Domino auctore, prestatur, cum ad eum dicitur : « Rogavi pro te ne deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. » Oportet nos ergo qui, licet indigni, Petri residemus in loco, prava corrigere, recta firmare et in omni ecclesia, prout ipse et scire et posse dederit, sic disponenda disponere ut de vultu ejus judicium nostrum prodeat et occuli nostri videant equitatem. Ceterum, cum universis sancte ecclesie filiis, ex apostolice sedis auctoritate ac benivolencia, debitores existamus, venerabilibus tamen locis atque personis, que speciali ac familiari devocione Romane adherent ecclesie, queque excellentiori religionis gloria eminent, propensiori nos convenit caritatis studio iminere. Pro amore igitur beate et gloriose semperque virginis Dei genitricis Marie, ac beatorum apostolorum Petri et Pauli, in quorum honore vestrum est cenobium edificatum, beati quoque Victoris martiris, cujus corpus in eo requiescere creditur, tibi, frater dilectissime R., tuisque successoribus regulariter substituendis, hujusmodi privilegia, per presentem decreti nostri paginam, indulgemus, constituentes ut queque hactenus cenobium vestrum legittime canonicceque possedit queque in crastinum

20 febr. 1089.

eidem[1] tenore acquirere poterit, integra tibi et illibata tuisque successoribus manent, eorum usibus, pro quorum substentatione et gubernatione concessa sunt, omnimodis profutura. Portum igitur Massiliensem et piscarias et salinas et omnia vobis confirmantes[2] in perpetuum possidenda, que nostrorum privilegiis predecessorum videntur nunc vestro cenobio attributa. Confirmamus preterea vobis, in episcopatu Tarbensi, monasterium sancti Savini et monasterium sancti Severi in Rusta; in Nabornensi[3] suburbio, monasterium sancte Marie super fluvium Azde; in episcopatu Tolesano, monasterium sancte Marie de Castellione; in episcopatu Magalonensi, cellam sancti Michaelis in Brugeries; in Aquensi, sancte Marie de Brusa, et ecclesiam sancte Marie parrochialem de Brungnola; in Forojuliensi, ecclesiam sancte Marie de Barjolis, cum ecclesiis et omnibus pertinenciis earum. Cenobium autem sancti Servandi, apud Toletum, quod rex Ildefonssus
1° 23. Romane ecclesie specialiter tradidit[4], tibi * tuisque successoribus nostra vice ordinandum regendumque committimus, decernentes ut omnia ejusdem cenobii bona ab omnium hominum jugo libera sint et immunia, sive que nunc habet, sive que in futurum juste habere poterit. Toletanus autem archiepiscopus, si catholicus fuerit et gratiam atque communionem hujusmodi[5] apostolice sedis habuerit, et si gratis ac sine pravitate facere voluerit, consecrationem clericorum oratoriorumque ipsius cenobii faciet, nullum preter hec in eo dicionis jus habiturus. Sin autem aliquid horum obstiterit, liceat fratribus quem voluerint catholicum episcopum expetere, et queque agenda sunt, nostra fultus auctoritate, perficiet. Vestre itaque erit industrie fratres in eodem loco regulariter ordinare, et religionis disciplinam fratribus inculcare, et Romane ecclesie censum ex eodem cenobio quotannis decem mancusos exolvere. Cenobium vero sancti Petri quod dicitur de Monte Majori, in archiepiscopatu Arelatensi, et cenobium sancte Marie de Grassa, in episcopatu Carcasensi, ita tibi tuisque successoribus per presentem paginam committimus, sicut predecessoris nostri sanctissimi viri

[1] Leg. fort. *eodem*.
[2] Leg. *confirmamus*.
[3] Sic.
[4] Vid. sup. n. 828, 829 et 830.
[5] Leg. *hujus*.

Gregorii VII privilegio constat esse commissum. Porro cenobium vestrum hac libertate donamus ut, te obeunte vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi quacunque subreptione substituatur, nisi quem fratres cum timore Dei regulariter elegerint, ad quem consecrandum episcopum catholicum advocent quem voluerint. Crisma, oleum sanctum, oleum infirmorum, consecrationes altarium et capellarum, que infra nominate sunt, et ordinationes clericorum ibidem commorancium ac monachorum a quocumque voluerint episcopo accipiant, in eodem etiam loco, si necesse fuerit, celebranda. Nulli autem episcopo aut archiepiscopo liceat locum ipsum vel ejus monachos vel ei circum subditas cellas, id est sancti Petri et sancti Andree et sancti Ferreoli, presbyterosque aliosve clericos in eis ab abbate constitutos excommunicare vel judicare, preter ipsum abbatem aut ejus voluntatem; set semper sub tutela et immunitate Romana soliusque Romani pontificis judicio consistentes omnipotenti Domino quieti securique deserviant. Nullus etiam legatus hujus apostolice sedis abbatem vel ipsius loci monachos excommunicare vel ipsis aut monasterio ipsi aliquid juris dicere presumat, nisi ei aut a nobis aut a nostris successoribus specialiter fuerit imperatum. Si quis autem archiepiscopus, episcopus, rex, princeps, dux, marchio, comes, vicecomes vel persona quelibet, clericalis aut laycalis, nostrum hoc privilegium temerare et res vestri cenobii temere invadere vel suis usibus applicare presumpserit aut minuere, secundo terciove comonitus, si non congrue satisfecerit, a Christi et ecclesie corpore eum auctoritate potestatis apostolice segregamus; conservantibus autem pax a Deo et misericordia presentibus ac futuris seculis conservetur. Amen, amen, amen [*locus sigilli*]. Bene valete.

Datum Rome, per manus Johannis, sancte Romane ecclesie diaconi v°. cardinalis et prosignatoris domni Urbani II pape, x° kalendas martii, indictione xi, anno dominice incarnationis m° lxxxviii°, pontificatus ejusdem domini pape primo.

840.

Urbanus papa II. — Confirmatio beneficiorum[1].

(Edd. Duchesne, *Hist. des card. fr.*, II, 40; et Guesnay, *Vita S. Cass.*, 458.)

4 april. 1095. Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo fratri et conpresbytero Ricardo, sancte Romane ecclesie cardinali et Masiliensi abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum. Justis votis assensum prebere justisque petitionibus aures acommodare nos convenit, qui, licet indigni, justicie custodes atque precones in excelsa apostolorum principum Petri ac Pauli specula, Domino disponente, videmur existere. Quia igitur et antecessorum tuorum et tua strenuitas in reperando[2] quorumdam cenobiorum statu streme ac solicite vigilavit, petitioni tue duximus annuendum, non immerito, ut in eisdem monasteriis disponendis, abbatum scilicet ordinationibus atque correptionibus, nostras tibi tuisque legittimis successoribus vices committere debeamus, sicut predecessori tuo venerabili viro Bernardo[3] ab apostolice memorie Gregorio[4], predecessore nostro, commisse sunt, et a religiosis episcopis ac principibus confirmate, in quorum parrochiis ipsa habentur monasteria : videlicet monasterium sancte Marie de Ruipol, in episcopatu Ausonensi; in Girundensi, monasterium sancti Stephani de Balneolis et sancti Petri de Bisalduno; in Elnensi, monasterium sancti Michaelis de Coxiano; in Bigorritano, monasterium sancti Savini et sancti Severi; in Albiensi[5], monasterium sancti Benedicti de Castris, ubi[6] beatus Vicencius, levita et martir, requiescit; in Tolosano episcopatu, monasterium sancte Marie de Soricino; in Rotenensi, monasteria sancti Amancii et Vabrense; in Carcasensi, monasterium sancte Marie de Grasa; in Ne-
7 24. maucensi[7], monasterium sancti Petri de Psalmodio; in Arelatensi, * sancti Petri de Monte Majori; in quibus omnibus, defuncto abbate,

[1] « Cette bulle est insérée dans une autre du pape Nicolas IV. » Cod. in margine.
[2] Pro *reparando*.
[3] Bernardus de Ruthenis.
[4] Gregorius VII.
[5] Pro *Albiensi*.
[6] Cod. *tibi*.
[7] Cod. *Cumasensi*.

tibi tuisque successoribus cura sit, comuni religiosorum fratrum consilio, de ipsorum congregatione, regulariter eligere successorem; quod si inter ipsos huic regimini nequiverit idoneus inveniri, de vestra, id est Massiliensi, congregatione sibi abbatem assumant, unde restitutionis sue ac religionis videntur sumpsisse principia. Si vero (quod absit!) ordinatus abbas a sui ordinis rectitudine deviav[er]it, vestra intererit, cum parrochiani episcopi consilio, abbatis ipsius delicta regulari austeritate corrigere; qua jure[1] episcopis ipsis non liceat vobis aliqua pravitate resistere. Porro ea que per episcoporum concessionem, per principum liberalitatem vel per oblationem fidelium, tua strenuitas acquisivit, nos tibi tuisque successoribus ad usum fratrum vestrorum perpetuo possidenda, presentis decreti auctoritate, firmamus, salva episcoporum canonica reverencia, videlicet, juxta Avinionem civitatem cellam sancti Saturnini; in episcopatu Uceticо, sancti Mammetis cellam; in archiepiscopatu Aquensi, parrochialem ecclesiam[2].... et parochiam de Boch et de Cauda Longa cum eodem castro[3]...., ecclesiam presbiteralem de Esparo et de Artiga, castrum de Papia juxta Marinanam, cum portu de Bagnaras, parochiam de Coforz; in Forojuliensi, ecclesiam parochialem[4] de Grinal, parochiam de Arx et de Flaiosseo, ecclesiam sancti Petri cum parrochiali ecclesia de Salernis, ecclesiam sancte Marie cum alia contigua ecclesia de Cabaça, parochiam de Luch; in Carpentoratensi episcopatu, ecclesiam sancti Pelicis; in Ebridunensi archiepiscopatu, parochiam de Turriis; in Vapicensi, ecclesiam sancti Eregii in castro de Medoilo; apud Jennam, sancti Victoris cellam, im proprio Massiliensis cenobii jure constructam; in Sardinia, in Gallurensi episcopatu, ecclesiam sancti Stephani de Pausada cum ceteris ecclesiis, quas tam episcopus quam judex Massiliensi monasterio contulerunt; in Caralitano judicatu, ecclesiam sancti Luciferi cum subjectis ecclesiis; ecclesiam sancte Cathelline in Semelia. Monasterium quoque sancti Saturnini et sancti Antiochi, a Caralitano episcopo vobis traditum, im perpetuum vestro

[1] Sic.
[2] Nomen abrasum est.
[3] Locus abrasus.
[4] Vox *parochialem* recentiore manu addita est.

cenobio confirmamus, ita videlicet ut, pro decreto quod a nobis venerabilis idem frater noster et coepiscopus Ugo promeruit, supra episcopalis obediencie jus, nichil sibi in eis Caralitani episcopi debeant vendicare. Episcopis autem interdictum volumus, ne, inconsultis vobis aut locorum prepositis, loca vestra vel ecclesias excommunicent aut interdicant. Porro in ecclesiis interdictis vobis licenciam indulgemus, cum ad ea loca veneritis, seorsum divina officia celebrare. Sane si quis in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, marchio, comes, viccecomes, judex aut quelibet ecclesiastica segularisve persona, hujus decreti paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonitus, si non
v° satisfatione congrua * emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, *etc.* [*Locus sigilli.*] Bene valete.

Datum Placentie, per manum Johannis, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis, pridie nonas aprilis, indictione III^a^, anno dominice incarnationis M° XC° VI°, pontificatus autem domni Urbani secundi pape VIII°.

841.

Gregorii pape VII privilegium exemptionis.

18 apr. 1081. Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio R.[1], sancte Romane ecclesie cardinali sacerdoti atque abbati monasterii sancte Dei genitricis semperque virginis Marie, domine nostre, et
* beatorum apostolorum Petri et Pauli, secus Massiliam, ubi sacratissimum corpus beati Victoris martiris requiescere creditur, tuisque successoribus ibidem regulariter promovendis, in perpetuum. Superne miserationis respectu ad hoc universalis ecclesie curam suscepimus et apostolici moderaminis sollicitudinem gerimus, ut justis precantium votis attenta benignitate faveamus, et liberamine equitatis omnibus in necessitate positis, quantum, Deo donante, possumus, subvenire debeamus. Precipue tamen de venerabilium locorum stabilitate, pro debito honore summe et apostolice sedis, cui speciali jure adherent,

[1] Ricardo.

quantum ex divino adjutorio possibilitas datur nobis, pensandum et laborandum esse perpendimus. Proinde, juxta petitionem tuam, * Richarde karissime, sancte Romane ecclesie fili, prefato monasterio, cui tu preesse dinosceris, cum capellis circum jacentibus, videlicet sancti Petri que vocatur ad Paradisum et sancti Andree sanctique Ferreoli, hujusmodi privilegia, presenti auctoritatis nostre decreto, indulgemus, concedimus atque firmamus, statuentes nullum regum vel imperatorum, antistitum nullum quacumque dignitate preditum vel quemquam alium audere de hiis que eidem venerabili loco, vel a quibuslibet hominibus, de proprio jure[1] jam donata sunt, vel in futurum Deo miserante, collata fuerint, sub cujuslibet cause occasionisve specie minuere vel aufferre, et sive sui usibus applicare, vel aliis, quasi piis de causis, pro sue avaricie excusatione, concedere; set cuncta que ibi oblata sunt vel offerri contingerit, tam a te quam[2] ab eis qui in tuo officio locoque successerint, perhemni tempore illibata et sine inquietudine aliqua volumus possideri, eorum quidem usibus pro quorum substentatione gubernationeque concessa sunt modis omnibus profutura. Nominatim etiam confirmamus eidem monasterio Massiliensi monasterium sancti Stephani quod vocatur Balneolas, et monasterium sancti Petri in castro Bisulduno, in episcopatu Gerundensi; et in episcopatu Nemausensi, monasterium sancti Petri quod vocatur Psalmodium, et ecclesiam sancti Petri de Marois; monasterium sancti Savini in comitatu Bigorre, in episcopatu Tarbensi; que, sicut a religiosis viris didicimus, ita a religione monastica fuerant destituta, ut non solum Dei in illis opus regulariter minime celebraretur, set etiam penae[3] pro deletis (quod dici grave est) haberentur. Idcirco tuo illa monasterio presenti auctoritate, cum omnibus ad se pertinentibus, im perpetuum duximus unienda, admonentes ut monachos im predictis monasteriis semper Masiliensis abbas debeat deputare, qui et curam illic Dei diligenter habeant, et opus Dei regulari studeant institutione peragere, atque ita se in hiis, sicut convenit, exibere, ut nec illos de

(* 25.

[1] Vox *jure* recentiore manu exarata.

[2] Cod. *tam antequam ab eis*.

[3] Sic, pro *pene*.

neglectu nec abbate[m] de minori sollicitudine culpa confundat. Quicquid vero ad eadem monasteria pertinere cognoscitur, si ab aliquibus irracionabiliter detinetur, ex hac nostra auctoritate, repetendi exigendique atque tuo monasterio vendicandi habebis, Deo juvante, licenciam, quia dignum est ut quorum curam geris rebus nullo modo defrauderis. Confirmamus etiam eidem venerabili monasterio quicquid in salinis civitati Massiliensi adjacentibus simulque in portu, sive de navibus sive de piscatione, ad jus ipsius monasterii, silicet Massiliensis, pertinet, et Revestum juxta portum, * et ecclesiam sancti Genesii de sub Gardia, et cellas et castella, tam ea quae de antiqua ipsius monasterii possessione sunt reddita quam ea que a fidelibus de proprio sunt jure collata. Hec ergo omnia et preterea, sicut supra diximus, quecumque nunc habet atque in futurum, Deo adjuvante, habere contingerit, in quibuslibet rebus, mobilibus vel immobilibus, per hoc apostolice auctoritatis privilegium, prefato Massiliensi monasterio confirmamus et corroboramus, ne silicet aliqua humana temeritate inde aliquid aufferatur, set in sua integritate omnia, custodiente Deo, sub tua tuorumque successorum salubri ordinatione ac dispensatione permaneant. Insuper eundem venerabilem locum tali etiam libertate donamus, ut nullus imperator sive rex seu dux seu marchio seu archiepiscopus aut episcopus, sive aliqua humana potestas super eum aliquam violenciam vel potestatem exercere presumat; neque, obeunte abbate, alius ibi quacumque obreptionis astucia ordinetur, nisi quem fratres ejusdem cenobii cum communi consensu, seccundum timorem Dei, elegerint, et ad consecrandum eum ipsi fratres advocent quemcunque voluerint episcopum; nec quovis modo quisquam episcopus seu archiepiscopus locum ipsum seu capellas supradictas, videlicet sancti Petri et sancti Andree et sancti Ferreoli, vel presbiteros ab abbate ibi constitutos vel monachos ipsius monasterii excommunicare vel judicare audeat; sed, semper sub tutela et emunitate Romana soliusque Romani pontificis judicio consistentes, omnipotenti Domino quieti et securi deserviant. A quocumque etiam episcopo fieri voluerint, in opus consecrationum in ipso loco agendarum, crisma, oleum sanctum atque oleum infirmorum, necnon consecrationes altarium et

capellas[1] seu ordinationes monachorum, tibi tuisque successoribus et ejusdem cenobii congregationi apostolica auctoritate concedimus, confirmamus et corroboramus. Quam prerogativam idcirco eidem sancto loco tribuimus, ut, sicut actenus sub tantum apostolice sedis jurisdictione consistendo profecit, ita quoque sub eadem a modo firmius consistendo magis magisque proficiat semper, et sub ejusdem salubri defenssionis umbraculo semper augeatur et crescat; sitque monasterium vestrum sanctum et liberum et tutum piorum omnium confluencium ibi refugium; sit ab omni humana et diabolica infestatione defenssum, sitque pacis et tranquilitatis domicilium, copiosa temporali semper ac spirituali jocunditate repletum; sit omnium virtutum plantarium, ita benedictionis apostolice ubertate feccundum et rore gracie spiritualis infusum, quatinus multiplicem religionis *monastice prolem, ad sancte ecclesie solacium, semper gignere simulque ad eternam valeat gloriam enutrire. Universa igitur que hujus precepti decretique nostri pagina continet, tam tibi quam cunctis qui in eo quocunque ordine locoque successerint, vel eis quorum interesse potuerit, im perpetuum servanda decernimus. Si quis vero regum, sacerdotum, clericorum, judicum ac secularium personarum, hanc constitucionis nostre paginam agnoscens, contra eam temerario ausu venire temptaverit, ammonitus semel et iterum usque tercio, per convenientes inducias, si non resipuerit atque predicte ecclesie non satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et, nisi ea que ab illo sunt male ablata restituerit vel digna penitencia illicite acta defleverit, a sacratissimo corpore ac sanguine redemptoris Domini nostri Jhesu Christi alienus fiat, atque in eterno examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. [*Locus sigilli.*]

f. 26

Datum Rome, xiiii kalendas maii, per manus Petri, sancte Romane

[1] Leg. *capellarum*.

ecclesie presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, anno VIII pontificatus domni VII Gregorii pape, indictione III[1].

842.

Gregorii pape VII.

(Hæc epistola, omissis notis chronologicis, vulgata est in Gregorii registro, IX, 6.)

18 apr. 1081. Epistola[2] qua Gregorius papa VII « quedam monasteria, alterum in Provincia, videlicet sancti Petri quod dicitur ad Montem Majorem, et alterum in Carcassensi episcopatu, sancte Marie de Crassa, » Ricardo cardinali, Massiliensi abbati, restauranda et ad disciplinam regulæ reducenda committit.

f° 27. Datum Rome, XIII kalendas maii, per manus Petri, sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, anno VIII pontificatus domni VII Gregorii pape, indictione III.

843.

Gregorii pape VII. — Confirmatio prioratuum, etc.[3]

4 jul. 1079. Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Bernado[4], abbati monasterii sancte Dei genitricis semperque virginis Marie, domine nostre, et beatorum apostolorum Petri et Pauli, apud[5] Massiliam, ubi sacratissimum corpus beati Victoris martiris requiescere creditur, tuisque successoribus ibidem regulariter promovendis in perpetuum. Superne miserationis respectu ad hoc universalis ecclesie curam suscepimus et apostolici moderaminis sollicitudinem gerimus, ut justis precantium votis attenta benignitate faveamus, et libramine equitatis omnibus in necessitate positis, quantum, Deo donante, possumus, subvenire debeamus. Precipue tamen de venerabilium locorum stabilitate, pro debito honore summe et apostolice sedis cui

[1] Hic et in duabus bullis inf. (n. 842 et 859) editis, pro *indict.* 3, fort. legendum esset *indict.* 4. Simili modo in compluribus aliis Gregorii papæ VII epistolis, indictionis numerus anno uno minor est. Vid. Jaffé, n. 3624 et 3625.

[2] Edit. *in Narbonensi archiepiscopatu.*

[3] Prototypum olim asservabatur in tabulario Massiliensis monasterii, *au sac des bulles*, n. 3.

[4] Bernardus de Ruthenis.

[5] « Orig. *Secus.* » In margine Codicis, manu recentiore.

speciali jure adherent, quantum ex divino adjutorio possibilitas datur, nobis penssandum et laborandum esse perpendimus. Proinde *, justa peticionem tuam[1], prefato monasterio, cui tu preesse dinosceris, cum capellis circum jacentibus, videlicet sancti Petri qui vocatur ad Paradisum et sancti Andree sanctique Ferreoli, hujusmodi privilegia, presenti auctoritatis nostre decreto, indulgemus, concedimus atque firmamus, statuentes nullum regum vel imperatorum, antistitum nullum quacumque dignitate preditum, vel quenquam alium audere de his que eidem venerabili loco a quibuslibet hominibus de proprio jure donata sunt vel in futurum, Deo miserante, collata fuerint, sub cujuslibet cause occasionisve specie, minuere vel aufferre, et sive suis usibus applicare, vel aliis, quasi piis de causis, pro sue avaricie excusatione, concedere; set cuncta que ibi oblata sunt vel offerri contingerit, tam a te quam ab eis qui in tuo officio locoque successerint, perenni[2] tempore illibata et sine inquietudine aliqua volumus possideri, eorum quidem usibus, pro quorum substentatione gubernatioque concessa sunt, modis omnibus profutura. Nominatim etiam confirmamus eidem monasterio Massiliensi monasterium sancti Honorati et sancti Genesii apud Arelatas; monasterium sancte Marie et sancti Verani in Valle Clusa; monasterium sancte Marie de Grausello apud Malaucena; monasterium sancte Marie apud Sparronem; monasterium sancte Marie de Mandanvis; monasterium sancti Maximini, in comitatu Aquense; et, in Ispaniis, monasterium sancti Michaelis quod vocatur Adfalli, et monasterium sancti Sebastiani im Penedes; in civitate Agathensi, monasterium sancti Andree apostoli; in comitatu Ruthenico, monasterium Vabrense et monasterium sancti Petri et sancti Leoncii; im pago Albiensi, monasterium sancte Sigolene, quod vocatur ad Grava; in Gabalitano, monasterium sancti Martini quod dicitur Canonica; que, sicut a religiosis viris didicimus, ita a religione monastica fuerant destituta, ut non solum Dei nullum opus regulariter minime celebraretur, sed etiam pene pro deletis (quod dici grave est) haberentur. Ideirco, tuo illa monasterio, presenti auctori-

v°.

[1] Prototypum addit : *Bernarde charissime, sancte Romanæ ecclesiæ fili.*

[2] Cod. *per omni tempore.*

tate, cum omnibus ad se pertinentibus, in perpetuum duximus
munienda, admonentes ut monachos in predictis monasteriis Massi-
liensis abbas debeat deputare, qui et curam illic Dei diligenter habeant,
et opus Dei regulari studeant institutione peragere, atque ita se in
hiis, sicut convenit, exibere, ut nec illos de neglectu nec abbatem de
minori sollicitudine culpa confundat. Quicquid vero ad eadem monas-
teria pertinere cognoscis, si ab aliquibus irracionabiliter detinetur, ex
p. 28. hac nostra auctoritate, repetendi exigendique * atque tuo monasterio
vendicandi habebis per omnia, Deo juvante, licenciam, quia dignum
est ut quorum curam geris rebus nullo modo defrauderis. Sunt et alia
monasteria que, studio et labore tam tuo quam predecessorum tuorum,
a seculari conversatione ad regularem, Deo auxiliante, sunt reducta,
videlicet, in Ispaniis, monasterium sancte Marie in loco qui dicitur
Rivispollentis, et monasterium sancti Stephani quod vocatur Bal-
neolas, et in Tolosano, monasterium Soriçimum; in Albiensi, mona-
sterium sancti Benedicti quod dicitur Castras, ubi sanctus Vicencius,
levita et martir, requiescere noscitur. Volumus itaque, immo decerni-
mus ut, ad ordinationem atque correctionem eorum, tam tu quam
successores tui vicem sedis apostolice gerere debeatis; in quibus si
tales (quod absit!) abbates inventi fuerint, qui ab ea qua nunc vigent
religione exorbitaverint vel dignum aliquid deposicione commiserint,
unde correctionis vestre censsuram subire contempnant, diligentie
vestre sit episcopum, in cujus diocesi monasterium fuerit, ad testimo-
nium reatus illius vobis adhibere, et, communicato concilio, eos
racionabiliter convictos a regimine habito summovere, si tamen epis-
copus de ordinatione et mala vita non fuerit suspectus et infamatus,
vel si forte causam illam malo ingenio magis impedire quam secundum
Deum voluerit pertractare. Quod si aliquid horum obstiterit, ne causa
puniendi reatus indiscussa pretereat, sollicitudinis vestre sit eos ad
examen apostolice sedis judicandos adducere, quatinus, illis amotis,
tales ibi, Deo auxiliante, debeas ordinare, qui locis venerabilibus
valeant digne preesse. Confirmamus eciam eidem venerabili mona-
sterio quicquid in salinis Massiliensi civitati adjacentibus simulque in
portu, sive de navibus sive de piscatione, ad jus ipsius monasterii,

scilicet Massiliensis, pertinet, et Revestum justa portum, et cellas et castella, tam ea que de antiqua ipsius monasterii possessione sunt reddita, quam ea que a fidelibus de proprio sunt jure collata, videlicet: in episcopatu Massiliensi, cellam sancti Justi, et cellam sancti Mitri, et cellam sancti Michaelis in Plano, et cellam sancti Johannis ad Rocam Fortem, et cellam sancti Petri justa castrum Auriol, et cellam sancti Çacharie, et cellam sancti Damiani, et cellam sancti Johannis de Segia; in episcopatu Arelatensi, cellam sancti Victoris de Mariniana, et cellam sancti Leodegarii, et cellam sancti Victoris de Adana, et in Carmagis cellam de Villa Nova, et cellam sancti Michaelis de Barcianiges, et cellam in territorio castri Morarii[1]; in episcopatu Aquensi, juxta ipsam urbem, ecclesiam sancti Petri; item cellam sancti Petri de Gardana, et cellam sancti Ypoliti, et cellam sancti Martini de Trivolans, et cellam sancti Saturnini de Gardasca, et cellam sancti Anthonini de Bayda, et cellam sancti Servi, et in valle Tretis cellam sancti Petri de Favarico, et cellam sancti Privati de Rosseto; item cellam sancti Poncii de Podio Luparo; item cellam sancte Trinitatis de castello Tretis; item cellam sancte Marie ad Saltum; * in valle Sancti v°.
Maximini, cellam sancti Mitri; item cellam sancti Encherii apud castellum Braz; item cellam sancti Stephani de Torreves; item in valle de Brunolia cellam sancte Marie et sancte Perpetue, et cellam sancti Petri, cum ecclesiis circum jacentibus, videlicet sancti Johannis et sancte Marie de Campis et sancti Benedicti de Gaisola; item cellam sancti Stephani de Brusa, et cellam sancti Victoris apud Guntardum, cum portu adjacente et navigio, et cellam sancti Victoris de Cucurun; item cellam sancti Petri de Açana, et cellam sancti Projecti de Lauries; in valle Relliana cellam sancte Crucis et cellam sancti Mauricii et cellam sancti Mitri et sancti Sepulcri; item apud Bellum Montem cellam sancte Marie; in episcopatu Forojuliensi, cellam sancte Marie de Villa Crossa, cellam sancte Marie de Villa Alta, cellam sancti Antonini, cellam que dicitur Levenun, cellam sancti Petri de Arcubus, cellam sancti Cassiani de Sala Laudamia, cellam

[1] Quæ subsequuntur, usque ad voces *in valle Sancti Maximini*, abrasa erant; manu recentiore restituta sunt, fortasse ex prototypo.

sancte Marie im Plajone, et cellam sancti Poncii de Fraxineto, cellam sancti Torpetis, cellam sancti Martini de Roca Bruna; in episcopatu Tolonensi, cellam sancti Victoris de Insula, cellam sancti Johannis de Ferleda, cellam sancti Benedicti de Salinis apud Eiras, cellam sancti Johannis de Petra Foco, cellam sancte Marie de Scensa, cellam sancte Marie de Gairelde, cellam sancti Poncii de Colubriera; item, in episcopatu Forojuliensi, cellam sancte Marie de Barjamone, cellam sancti Auxilii, cellam sancti Martini de Coira; in episcopatu Regensi, cellam sancti Martini de Lagninas, cellam sancte Marie sanctique Johannis de Aquina, que vocatur Saleta, cellam sancti Mauricii de Meiresca, cellam apud castrum quod vocatur Monasterium, cellam sancti Stephani de Rejenia, cellam sancti Petri de Archinçose, cellam sancti Martini de Bronieç, cellam sancti Trophimi, cellam apud Castellum Duplum, cellam sancti Cassiani de Tavernas; in episcopatu Dignensi, cellam sancti Michaelis in mõnte Cursonis, cellam sancti Martini de Solia, cellam de Cadol, cellam sancti Apollinaris ad Clocer[1]; in episcopatu Vapicensi, cellam sancti Genesii de Dromone, cellam ad Ulmum Bel, cellam sancti Asegii de Valerna, cellam sancti Domnini in valle Toarcis, cellam sancti Christofori ad Estradas, cellam sancti
f° 29. Clementis ad Trescleus, cellam sancti Petri de Reonia[2]; in episcopatu * Sistericensi, cellam sancti Promaci de Forcalcer, cellam sancti Marcellini de Nuacellas, cellam sancte Marie de Manuasca; in episcopatu Aptensi, cellam sancti Pauli, cellam sancti Johannis de Campania, cellam sancti Simphoriani; in episcopatu Cavalicensi, cellam sancti Michaelis im Balma de Algot, cum altera cella de sancta Fide, cellam sancti Juliani; in episcopatu Carpentoracensi, cellam sancti Romani; in episcopatu Ebridunensi, cellam sancti Victoris de Cadurgas, cellam ad Bredola, cellam sancte Marie sanctique Johannis de Jocorone; in episcopatu Seneç[ensi], cellam sancte Marie de Petra Castellana, cellam de Bagarres, cellam sancte Marie de Mura; in episcopatu Glanatensi, cellam sancti Petri de Bono Villari, cellam in castello Penna, cellam sancti Poncii ad Annot, item cellam sancti Cassiani, cellam sancti Se-

[1] « Deest in orig. » In Cod. margini, recentiore manu.

[2] Vel *Sconia*, sicut posteriore manu correctum est.

puleri ad Mugilos, cellam apud castrum Toramina ; in episcopatu Veneciensi, cellam que dicitur ad Crotons, cellam sancti Stephani de Gaterias, cellam sancti Petri de Gelata, cellam apud castrum Graulerias ; in episcopatu Antipolensi, cellam sancti Martini de Mognis, cellam sancte Marie de Avinione ; in episcopatu Nemaucensi, cellam sancti Petri de Vicano, cellam sancti Martini de Airas, cellam sancte Marie de Saumanna, cellam que vocatur ad Punctos ; in episcopatu Magalonensi, cellam sancti Naçarii de Meduil ; in episcopatu Biterrensi, cellam sancte Marie de Magalac, cellam sancte Marie de Summardes ; in episcopatu Narbonensi, cellam sancte Marie de Serra ; in episcopatu Tolosano, cellam que dicitur Macerias ; in episcopatu Albiensi, monasterium sancte Marie de Ambileto, cellam que vocatur Puças, cellam sancti Amancii de Canborç, cellam sancti Prejetti, cellam sancte Marie de Avinione, cellam que vocatur Romanorum ; in episcopatu Ruthnensi, monasterium sancte Marie in Amilavo, cellam sancti Michaelis de Castello Novo, cellam sancte Marie de Podiolo apud Cambulac, cellam sancti Salvatoris ad Grande Folium, cellam sancti Genesii super fluvium Olt, cellam que vocatur Fuaguet, cellam sancti Johannis ad Elnos ; in episcopatu Gabalitano, monasterium sancti Salvatoris de Chirac, cellam sancti Fredaldi, cellam sancte Marie de Nabilnas, cellam sancti Petri de Lebeiac ; castella etiam que subscripta sunt, et villas cum ecclesiis, prediis et pertinentiis suis, videlicet Cathedram, Citaristam et Almis, et quicquid ad jus prefati monasterii pertinet in Pennis, in Aureolo, Ornione, Nantis, Lassa, Madalgas. Cuia, Molna, Signa, Belgenciaco. Solariis, Olivola, Sex Furnis, Curs, Castello Rogerio, item Pennis * de Gaisola, Novulas, Brunola, Rocos, Oleiras, Porcils, Castellaro, Podio Nigro, Baida, Cabacia, Carnolas, Mota, Ciliano, Cesalio, Grimaldo, Cugullino, Mola, Mora, Papia, Berra, Biseldunum et Scalam et castellum novum de Gigornç. Hec ergo omnia et preterea, sicut supradiximus, quecunique nunc habet atque in futurum, Deo adjuvante, habere contigerit, in quibuslibet rebus mobilibus vel immobilibus, per hoc apostolice auctoritatis privilegium prefato Massiliensi monasterio confirmamus et corroboramus, ne silicet aliqua humana temeritate inde aliquid aufferatur, set in sua integritate omnia, custodiente Deo, sub tua tuorumque succes-

sorum salubri ordinatione ac dispositione permaneant. Insuper eundem venerabilem locum tali etiam libertate donamus, ut nullus imperator sive rex seu dux seu marchio vel archiepiscopus aut episcopus, sive aliqua humana potestas, super eum aliquam violenciam vel potestatem exercere presumat, neque, obeunte abbate, alius ibi, quacunque obreptionis astucia, ordinetur, nisi quem fratres ejusdem cenobii, cum communi consensu, secundum timorem Dei, elegerint, et ad consecrandum eum ipsi fratres advocent episcopum quemcunque voluerint, nec quovis modo quisque episcopus seu archiepiscopus locum ipsum seu capellas supradictas, videlicet sancti Petri et sancti Andree et sancti Ferreoli, vel presbiteros ab abbate ibi constitutos vel monachos ipsius monasterii excommunicare vel judicare audeat, set semper, sub tutella et emunitate Romana solusque Romani pontificis judicio consistentes, omnipotenti Deo quieti et securi deserviant. A quocunque etiam episcopo voluerint in opus consecracionum in ipso loco agendarum crisma, oleum sanctum atque oleum infirmorum, necnon consecrationes altarium et capellas[1] seu ordinationes monachorum tibi tuisque successoribus et ejusdem cenobii congregationi apostolica auctoritate concedimus, *etc.*[2]

Datum Lateranis, III nonas julii, per manus Petri, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis ac bibliothecarii, anno VII pontificatus domni VII Gregorii pape, indictione II.

f. 30.

844.

Innocentius papa II[3].

(Fragm. edit. in *Hist. S. Cassiani*, 440 et 464.)

18 jun. 1135. Innocencius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo

[1] Fort. pro *capellarum*.

[2] Hæc bulla, paucis duntaxat mutatis, eisdem verbis desinit quibus sup. n. 841 edita.

[3] Hæc bulla Chartul. Min. f. 34 et sqq. iterum descripta est. Exemplar posterius, magis correctum, præcipue secuti sumus. Præterea varias lectiones adjecimus ex collatis Eugenii III et Honorii III bullis, datis a. 1150 et 1218. Vid. inf. n. 849 et 853.

filio Petro[1], Massiliensi abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis im perpetuum. Cum universis per orbem ecclesiis debitores, ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio ac benivolentia, existamus, illis tamen propensiori cura nos convenit inminere, que beato Petro et sancte Romane ecclesie specialius pertinent eique familiarius adherere noscuntur. Eapropter, dilecte in Domino fili, Petre abbas, tuis petitionibus clementer annuimus, et monasterium sancte Dei genitricis semperque virginis Marie et beatorum apostolorum Petri et Pauli, secus Massiliam, ubi sacratissimum corpus beati Victoris martiris requiescere creditur, ad exemplum predecessorum nostrorum sancte memorie Gregorii septimi et Urbani secundi, Romanorum pontificum, apostolice sedis privilegio communimus; statuentes ut quecumque bona, quascumque possessiones im presenciarum juste et canonice idem monasterium possidet aut in futurum, concessione pontificum, largicione regum vel principum, oblacione fidelium seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus im perpetuum et illibata serventur. In quibus hec propriis nominibus annotanda subjunximus : in Tolletano videlicet archiepiscopatu, monasterium sancti Servandi cum suis * appendiciis, scilicet 1°.
Penna Fidelis[2] et Villa Moretel[3] et Morel de Tarentona[4]; in episcopatu Barchinonensi, monasterium sancti Michaelis quod vocatur ad Falli, et im Penedes monasterium sancti Sebastiani; in episcopatu Ausonensi, monasterium sancte Marie de Riupullo[5]; in Gerondensi[6], monasterium sancti Stephani de Balneolis et monasterium sancti Petri de Biselduno[7]; in Elnensi[8], monasterium sancti Michaelis de Coxeano[9]; in Bigorritano[10], monasterium sancti Savini; in Albiensi, monasterium sancti Benedicti de Castris, cum ecclesia beati Vicencii, levite et martiris, ubi idem martyr requiescere noscitur[11], et ecclesiam sancte

[1] Petrus I Salomonis.
[2] Eug. *scilicet in Penna Fideli ecclesiam sancti Martini.*
[3] Eug. *Villam Morotel.*
[4] Hon. *Tarantona.*
[5] Eug. et Hon *Rivipullo.*
[6] Eug. *Gerodensi.* — Hon. *Gerundensi.*
[7] Hon. *Bisilduno*, et addit, *ecclesiam sancti Johannis de Fontibus.*
[8] Eug. *Elenensi.*
[9] Hon. *Coxano.*
[10] Hon. *in episcopatu Bigoritono.*
[11] Eug. omittit, *levite e. m. u. i. m. r. noscitur.* — Hon. omittit, *ubi i. m. r. noscitur.*

Sigolene de Grava, et ecclesiam sancte Marie de Ambileto, cellam que vocatur Puzas[1], cellam sancti Amancii de Camborz[2], cellam sancti Prejecti[3]; in Rutenensi episcopatu, ecclesiam sancti Amancii que est in suburbio ejusdem civitatis[4], et monasterium Vabrense, et ecclesiam de Castello Novo[5], et ecclesiam de Podiolo, et ecclesiam sancte Marie[6] de Ameliavo; in Gaballitano[7], monasterium sancti Salvatoris de Chiriaco[8], et monasterium sancti Martini de Canonica; in archiepiscopatu Narbonensi, ecclesiam sancte Marie que est in suburbio ejusdem urbis, et cellam sancte Marie de Serra; in Agathensi, monasterium sancti Andree apostoli; in Magalonensi, cellam sancti Nazarii de Medullo, et sancti Michaelis de Brugeris[9]; item, in episcopatu Rutenensi, cellam sancti Salvatoris ad Grande Folium, cellam sancti Genesii super fluvium Olt[10], cellam que vocatur Fuageth[11], cellam sancti Johannis ad Ehos; item, in Albiensi, cellam sancte Marie de Avimione, cellam que vocatur Romanorum[12]; item in Gaballitano, cellam sancti Fredaldi[13], et cellam de Colonieto[14], et cellam de Nabinals, et cellam sancti Petri de Lebeiac[15]; in episcopatu Nemausensi[16], cellam que vocatur ad Puntos[17], et cellam sancte Marie de Savanna[18], cellam[19] sancti Martini de Areis, et cellam de Alsone, et cellam sancti Petri de Vicano[20], et cellam sancti Victoris de Amaregs[21], santi Petri de Arigaz[22]; in Uzetico[23] episcopatu, cellam sancti Mammetis[24], et sancti Petri de Vulpibus, et cellam

[1] *Puças*, f. 30. — Eug. *Puthas*. — Hon. *Pudaz*.
[2] *Caborç*, f. 30.
[3] *Projecti*, f. 30.
[4] Eug. addit., *ecclesiam sancti Astremonii de Sal*.
[5] Hon. *Castro Novo*.
[6] Hon. addit, *et sancti Martini*.
[7] Eug. *Gabalitano*. — Hon. *Mimatensi*.
[8] *Quiriaco*, f. 30, et in bulla Eug. — Hon. *Chyriaco*.
[9] *Brugeriis*, f. 30, et in bullis Eug. et Hon.
[10] Hon. *Volt*.
[11] *Fuageht*, f. 30. — Eug. *Fuaget*. — Hon. *Faget*.
[12] Eug. *Romanor*.
[13] Hon. omittit, *s. Fredaldi*
[14] Fort. *Tolonieto*. — Hon. *Colunneto*.
[15] Hon. *Lebeiach*, et addit, *et sancti Christofori*.
[16] Eug. *Neumasensi*.
[17] *Punctos*, f. 30, et in bullis Eug. et Hon.
[18] *Saumanna*, f. 30, et in bulla Eug. — Hon. *Saumannensi*.
[19] Eug. *monasterium*.
[20] Eug. omittit, *cellam sancti Petri de Vicano*.
[21] *Armaregues*, f. 30. — Eug. *Armaregns*. — Hon. *Almazarches*.
[22] Eug. *monasterium s. P. de Arigaç*.
[23] Hon. *Uticensi*.
[24] *Ametis*, f. 30. — Hon. *Mametis*.

sancti Amancii[1]; in episcopatu Arelatensi[2] monasterium[3] sancti Honorati archiepiscopi[4], et cellam sancti Victoris de Adana, et cellam sancti Leodegarii, et cellam sancti Victoris de Marignana, et in Camargis cellam de Villa Nova[5]; in episcopatu Avinionensi, cellam[6] sancti Nicholay de Tarascone[7], et cellam de Rocca Martina[8], et sancte Marie de Meians[9]; in Cabillonensi[10], monasterium sancte Marie et sancti Verani de Valle Clusa, et ecclesiam sancti Juliani et sancti Michaelis de Balma, parochiam castri Agoldi, * ecclesiam sancte Fidis; in Carpintoracensi, ecclesiam parrochialem de Rocca, cellam sancti Romani et sancte Marie de Velleno, et cellam sancti Felicis de Venasca[11]; in Vasensi[12], monasterium sancte Marie et sancti Victoris et sancti Petri de Grausello, ecclesiam parochialem de Malansena[13], et sancti Michaelis et sancti Petri, cum capellis suis, et[14] sancti Desiderii et sancti Martini et sancte Marie et sancti Sepulchri, capellas de Alberusfo[15], ecclesiam sancte Marie de Vellis[16] et de Mirabel et sancti Blasii et sancte Marie de Villa Nova, et medietatem omnium ecclesiarum parrochialium de valle Pladiani[17]; in episcopatu Massiliensi, ecclesiam sancti Petri de Paradiso et sancti Ferreoli et sancte Marie[18] et sancti Genesii et sancte Margarite[19] et sancti Justi, sancti Mitri, sancti Michaelis de Plano, sancti Poncii de Geminas[20], sancti Johannis de Rocca Forte[21], sancti Pauli de Carnos, sancte Marie de Cydarista[22], sancti Damiani, f° 31.

[1] Eug. omittit, *et s. P. de V. et c. s. Amancii.*

[2] Eug. *archiepiscopatu*, et addit, *ecclesiam sancti Michaelis de Barzanigis.*

[3] Eug. *cellam.*

[4] Eug. omittit, *archiepiscopi.* — Hon. addit, *cum capellis suis.*

[5] Eug. *et ecclesiam de Villa Nova.*

[6] Eug. *ecclesiam.*

[7] *Taracone*, f. 30.

[8] *Roca M.*, f. 30. — Hon. *Rocca Martini.*

[9] Eug. *et de Meianis.* — Hon. *Merans.*

[10] Eug. *Cavellico.* — Hon. *Cabilanensi.*

[11] Eug. *et sancte Marie de Vellanim et de Venasca.*

[12] Hon. *Vasionensi.*

[13] Eug. *parochiam de Malansena.*

[14] Eug. addit, *ecclesiam.*

[15] *Alberusso*, f. 31. — Eug. *Alberusa.* — Hon. *Albarusso.*

[16] Hon. *Bellis.*

[17] Hon. *et jus quod habetis in ecclesiis de valle Pladiani.*

[18] Pro *et s. Marie*, bulla Hon. habet : *sancte Marie ad Salinas cum hospitali, sancte Marie de Bello Loco, sancte Marie de Gardia, sancti Nicholay.*

[19] Hon. addit, *et hospitale ante ecclesiam sancti Sepulchri.*

[20] Eug. omittit *s. Poncii de G.* — Hon. omittit, *s. Poncii de G., s. J. d. R. F., s. P. de Carnos.*

[21] *Raca Forte*, f. 31.

[22] *Cidarista*, f. 31. — Hon. *Cesarista.*

parochialem ecclesiam de Cadeira[1] cum capellis suis, sancti Petri de Auriolo cum parochia ejusdem castri et capella, cellam sancti Zacharie, sancti Victoris de Savard[2], parrochialem ecclesiam Nantis cum capellis suis, sancti Victoris de Causalo, sancti Jacobi de Alnis[3] cum tota villa, sancti Victoris, sancte Marie de Balma, sancti Cassiani, sancti Saturnini in castro ancti Cannati[4], ecclesiam Sancti Andree; in Tolonensi episcopatu, ecclesiam sancte Marie de Sex Furnis, sancti Johannis de Crota, sancti Nazarii, sancti Victoris de Insula, sancti Johannis de Ferleda[5], sancte Trinitatis, parochialem ecclesiam de Solariis, sancti Michaelis de Eires[6], sancti Benedicti, sancti Bartholomei de Belgenzec[7], sancti Martini de Coriis, sancti Johannis de Petra Foco, parochialem ecclesiam ipsius castri cum capellis suis[8], sancti Martini, sancte Marie de Colubrera, ecclesiam parochialem sancti Poncii ipsius castri[9], sancti Cenodii, sancte Marie de Deicesa[10], sancti Laurencii de Pugeth[11], sancti Victoris de Carnolis, sancti Michaelis; in Aquensi[12], ecclesiam sancti Petri de Gardana, sancti Valentini cum capellis suis, sancti Andree de Buco[13], sancti Ypoliti, ecclesiam de Vellena, sancte Marie de Jucar[14], sancti Johannis de Segia, parrochialem ecclesiam sancti Petri de Cauda Longa, sancti Germani, ecclesiam de Venel, sancti Michaelis[15] de Fuel cum parrochiali ecclesia, cellam sancti Petri

[1] Eug. et Hon. *Cathedra.*
[2] Hon. *Savarth.*
[3] Eug. et Hon. *Almis.*
[4] Hon. *Canati.*
[5] Hon. *Fedela.*
[6] Eug. *Ereis.*
[7] Hon. *Beljensech.*
[8] Eug. et Hon. omittunt, *parochialem e. i. c. c. suis.*
[9] Hon. omittit, *ipsius castri.*
[10] Hon. *Deisesa.*
[11] Hon. *Pugeto.*
[12] Voces *in Aquensi*, fol. 31, abrasæ sunt.
[13] *Buc*, f. 31, et in bulla Eug. — Hon. *Buch.*
[14] Hon. *Jaques.*
[15] Quæ subsequuntur usque ad *monasterium sancti Saturnini*, f. 35, penitus abrasa sunt. Præterea fol. 31 deleta sunt quoque verba, quorum nonnulla, hic uncis inclusa, restituimus, partim ex bullis Gregorii VII (sup. num. 813 et Honorii III (vid. inf., p. 229, not. 7), partim ex vestigiis quæ fol. 35 supersunt. — In bulla Eugenii papæ III, f. 43 v°, sunt etiam abrasæ voces ab *ecclesiam de Venel*, usque ad *sancti Maximini.* In bulla autem Honorii papæ nulla rasura cernitur neque lacuna, sed hoc ipso loco prætermittitur mentio ecclesiarum quarum nomina in bullis Gregorii VII, Innocentii II et Eugenii II deleta sunt; post enim : *sancti Germani de Venel et de Afuel ecclesias*, proxime legitur : *monasterium sancti Maximini.* Cæteræ ecclesiæ, quæ, ut conjicimus, constituebant exemptionem, ut dicitur, de valle Tretis, in eadem Honorii bulla separatim recensitæ sunt. Vid. infr. p. 229, not. 7.

[de Favarico], sancti Juliani de Podio [Nigro], sancti Petri, sancti Victoris, in castro [de Tretis] sanct[e Trinitatis], ecclesiam parrochialem sancte Marie, capellam sancti Andree [et] sancte Cecilie, sancti Michaelis de Castellaro, ecclesiam parrochialem de Roca[Folio], sancti Andeoli, ecclesiam parrochialem [de Porcils], sancti Antonini de Baida, [sancti Servi, sancti Privati de Rosseto, sancte Marie de Castro Novo (?)] cum parrochiali ecclesia, sancti Poncii [de Podio Lupario] cum parrochiali ecclesia, sancti * Pancracii, sancte Marie de v°.
Salt, ecclesiam parrochialem de Porreriis cum capellis suis, monasterium sancti Maximini, sancti Mitri, sancti Stephani de Fuz, sancti Symeonis de Auriac[1], sancte Marie de Brnsa, sancte Marie de Sparone[2] cum parrochiali ecclesia, sancte Fidei[3] de Artiga, sancti Stephani de Treede[4], sancti Victoris de Gontard[5], sancti Victoris de Adana, ecclesiam parrochialem de la Berbent, sancti Martini de Trulanz[6], sancti Raphaelis, ecclesiam parrochialem de Rogerio, sancti Stephani de Torreves[7], ecclesiam de Gailen, sancti Juliani de Gaisola, sancte Marie, monasterium sancte Perpetue, sancti Petri, parrochialem ecclesiam de Bruniola[8], sancti Johannis, sancte Marie de Gareld[9], sancti Medardi, sancti Eucherii de Braz, sancti Victoris de Cucuron[10], sancti Petri de Azana cum parrochiali ecclesia, sancte Marie de Belmont[11], sancti Mauricii de Reliana[12], sancti Sepulchri, sancte Crucis, sancti Johannis, ecclesiam parrochialem sancti Mauricii de Torreves[13] cum capellis suis, sancti Petri de Sillone; in Forojuliensi episcopatu, ecclesiam parrochialem sancte Marie de Cabazza[14], sancti Poncii, sancti Petri, sancte Marie de Luch[15], sancti Petri de Ares[16], parrochialem ecclesiam ipsius castri cum capellis suis, sancti Juliani de Aila[17], sancti Cassiani de la

[1] Hon. *Auriach*
[2] *Sparrone*, f. 31, et in bullis Eug. et Hon.
[3] Eug. et Hon. *Fidis*.
[4] Hon. *Tresde*.
[5] *Guutard*, f. 31. — Eug. *Guntar*. — Hon. *Guntardo*.
[6] *Rutilanz*, f. 31. — Hon. *Trulans*. — Eug. omittit, *s. M. de Trulanz* et quæ sequuntur usque ad *s. Marie de Belmont* inclusive.
[7] Hon. *Torves*.
[8] Hon. *Brinolio*.
[9] Hon. *Gareudus*, fort. pro *Gareudiis*.
[10] Hon. *Cucoron*.
[11] Hon. *Bello Monte*.
[12] Hon. *Rellana*.
[13] Eug. et Hon. *Torves*.
[14] Eug. et Hon. *Cabaza*.
[15] *Luc*, f. 31, et in bullis Eug. et Hon.
[16] Eug. *Arcs*. — Hon. *s. Petri castri de Arcs*.
[17] *Ailla*, f. 31, et in bullis Eug. et Hon.

Laudimia[1], sancti Victoris de Mota, sancti Romani de Scanz[2], sancte Marie de Palaione, sancti Victoris de Rocca Taiada[3], sancti Salvatoris de Burnis, ecclesiam parrochialem de Selianis[4], sancte Marie, item sancte Marie de Barjemonte[5], sancti Vilii[6], parrochialem ecclesiam de Calars, sancti Torpetis, sancti Poncii, sancte Marie de Questa, ecclesiam parrochialem de Grimaldo, sancti Antonini de Inter Castellis[7], monasterium sancte Marie de Villa Crosa, sancti Petri de Salernis cum parrochiali ecclesia, sancti Domnini[8] de Tortorio, sancte Marie de Villa Alta, sancti Martini de Rocca Bruna; in episcopatu Regensi, cellam sancti Juliani de Langinis[9], sancte Marie, sancti Johannis de Aiguina, sancti Mauricii de Meiresca, sancti Johannis de castro Monasterii, sancti Quirici, sancti Stephani de Regenia, sancti Petri de Archinsosch[10], sancti Martini de Bromede, sancti Trophimi[11], sancte Crucis, sancti Cassiani de Tabernis[12]; in Atensi[13], ecclesiam sancti Johannis de Campaniis, sancti Symphoriani, ecclesiam parrochialem de Bonils cum capella, ecclesiam de Cytharista[14]; in episcopatu Sistericonsi[15], cellam sancte Marie de Mannasca, sancti Martini, sancti Marcellini de Nuazellis[16], sancti Promacii de Furno Calkerio[17], sancte Marie de Petra Viridi; in Vapicensi, cellam sancte Marie de Mandanvis[18], sancti Christophori de Stradis, ecclesiam parochialem de Scala, sancti Martini de Cornelio, sancti Domnini in valle Toarz[19], sancti Genesii[20]
f° 32. de Dromone, ecclesiam parrochialem ipsius castri cum capellis * suis, cellam de Fiscal, sancti Eregii de Valerna, cum ecclesia parrochiali sancte Marie, ecclesiam de Ulmebel, sancti Petri de Valle Doira,

[1] *De Sala Laudamia*, f. 31. — Eug. et Hon. *Sala Laudimia*.
[2] *De Sanç*, f. 31. — Eug. *de Sclanz*. — Hon. *de Sclans*.
[3] Eug. *Rocca Tanada*. — Hon. *R. Tallata*.
[4] Hon. *Sillans*.
[5] *Barjamone*, f. 31, et in bulla Hon.
[6] Eug. et Hon. *Auxilii*.
[7] Eug. *Intra Castell*.
[8] Hon. *Dompnini*.
[9] *Langninis*, f. 31
[10] Hon. *Arquinsosch*.
[11] Hon. *Trophymi*.
[12] *Tabnis*, f. 31.
[13] Hon *Aptensi*.
[14] *Citarista*, f. 31. — Eug. *Cydarista*. — Hon. *sancte Marie de Cesarista*.
[15] Hon. *Sistericensi*.
[16] *Nuecellis*, f. 31. — Eug. *Nuazeldis*. — Hon. *Neudellis*.
[17] Eug. *Furno Kalcherio*. — Hon *Furcalcerio*.
[18] *Madanvis*, f. 30, et in bulla Eug.
[19] Hon. *s. Dompnini in valle Toars*.
[20] Hon. addit *castri*.

sancti Clementis de Trecleus[1], cum aliis ecclesiis ejusdem castri, sancti Petri de Ronia[2], sancti Eregii de Medullone[3]; in episcopatu Ebredunensi, ecclesiam de Caturicis[4] et in eadem villa ecclesiam sancti Sepulchri[5], sancte Marie, sancti Victoris, sancti Christofori, sancti Galli, sancte Marie de Bredulla[6] cum ecclesia parrochiali, sancte Marie[7], sancti Petri de Gigornis[8], ecclesiam parrochialem de Bella Faire, ecclesiam sancte Marie et sancti Genesii de Turries[9], sancte Marie, sancti Poncii de Falcone; in episcopatu Dignensi, cellam sancti Michaelis in Cursone, sancti Martini de Solia, cellam de Cadul[10], sancti Clementis de Vernet; in episcopatu Senez[11], cellam sancte Marie de Petra Castellana, cellam de Bagares[12], sancte Marie[13] de Mura, cellam de Alunz[14]; in episcopatu Glandensi, cellam sancti Petri de Bono Vilari, cellam de Penna, sancti Poncii ad Anoth, sancti Cassiani, sancti Sepulchri de Mugelos[15], sancte Marie de Toramina; in episcopatu Venciensi, cellam de Crotons, sancti Stephani de Gateiras[16], sancti Petri de Geleta, cellam de Grauleiras[17], sancti Martini de Mungins[18]; in episcopatu Urgellensi, monasterium sancte Marie de Gerra[19]; item, in Gerundensi[20], sancti Johannis de Fontibus[21]; in Inporiensi[22], cellam sancti Thome apostoli[23]; in Aginensi[24], cellam de Romeu; in Byterrensi[25], ecclesiam sancti Saturnini de Corneliano, ecclesiam de Seizaac[26], sancte Marie de Magalaz,

[1] *Trescleus*, f. 31, et in bullis Eug. et Hon.
[2] Hon. *Reunia*.
[3] Eug. omittit *Medullone*.
[4] Eug. *Caturisis*.
[5] Eug. omittit *et i. e. v. e. s. Sepulchri*.
[6] *Bredula*, f. 32, et in bullis Eug. et Hon.
[7] Hon. omittit *s. Marie*.
[8] *Gicornis*, f. 32.
[9] Hon. *Turrias*.
[10] Eug. et Hon. *Caudul*.
[11] Hon. *Senecensi*.
[12] *Bigareas*, f. 32.
[13] Hon. omittit *s. Marie*.
[14] Eug. *Alainz*. — Hon. *Alonz*.
[15] Hon *ad Mugelos*.
[16] *Gaiteiras*, f. 32. — Hon. *Gateres*.
[17] Eug. *Grauleriis*. — Hon. *Grauleitas*.
[18] Eug. *Munginis*. — Hon. *Mongis*.
[19] Hon. addit, *in episcopatu Niciensi, ecclesiam sancti Salvatoris de Orbaçac*.
[20] *Gerondensi*, f. 32.
[21] Eug. *cellam sancti J.*
[22] Eug. *Inpuriensi*.
[23] In superiore loco (p. 221) ad eumdem Gerundensem episcopatum spectante, Honorius nominavit ecclesiam sancti Johannis de Fontibus, quam hic ideo omittere debuit; sed, servatis vocibus *in Gerundensi*, prætermisit *in Inporiensi*, unde cella sancti Thomæ in Gerundensi diœcesi sita esse videretur.
[24] Hon. *Agennensi*.
[25] Hon. *Biterrensi*.
[26] *Serçaac*, f. 32. — Hon. *Serzach*. — Eug. omittit *ecc. de Seizaac, sancte M. d. M. e. p. i. castri*.

ecclesiam parrochialem ipsius castri; item, in Rutenico[1] episcopatu, monasterium sancti Leoncii, cellam de Mostoiol, cellam de Clara Faia; in Tolosano, cellam de Castellione, cellam de Maderiis; in Arvernensi, cellam de Ruina[2]; in suburbio Januensis civitatis[3], ecclesiam sancti Victoris; in suburbio Pisane civitatis, ecclesiam sancti Andree apostoli; Caralis Sardinie, monasterium sancti Saturni cum aliis sibi subditis ecclesiis; in judicatu Turrensi, ecclesiam sancti Nicholay de Guzuli[4], cum aliis sibi subditis; in Gallurensi[5] judicatu, ecclesiam sancti Stephani de Posada[6], et sancte Marie de la Rasana, sancti Andree de Lata, et sancte Marie de Surrachi[7]. Confirmamus etiam eidem venerabili monasterio quicquid in salinis[8] Massiliensi civitati adjacentibus simulque in portu, sive de navibus sive de piscatione, ad jus ipsius Massiliensis monasterii pertinet, et Revestum[9] juxta portum, et cellas[10], et tam ea castella que de antiqua ipsius monasterii possessione sunt reddita, quam ea que a fidelibus de proprio sunt jure collata, scilicet ea que subscripta sunt, et villas cum ecclesiis, prediis et pertinentiis suis, videlicet Cathedram, Cysteristam[11], et Armis[12], Ornione, Nantis, Lasa[13], Madalgas, Cuia[14], Molna[15], Signa, Belgenciaco[16], Solariis[17], Olivas[18], Sex Furnis, Curs[19], Castellum Rogerii[20], item Pennas * de Caisola[21], Novulas, Roccos[22], Oleyras[23], Porcils, Castellaro[24], Podio Nigro[25], Baida[26], Cabacia[27], Carnolas, Mota, Ciliano[28],

[1] Eug. *Rotenica.*
[2] Eug. *Ruiais.*
[3] Eug. *Janueasi.*
[4] Eug. *Guttuli.* — Hon. *Gozalino.*
[5] *Calutensi*, f. 32. — Eug. omittit *in Gallurensi* vocesque subsequentes usque ad *Surrachi.*
[6] Hon. *Posata.*
[7] Hon. *Surrachin.*
[8] Eug. *psalmis.*
[9] Hon. *villam que dicitur Revestum.*
[10] Eug. *cellam.* — Hon. omittit *et cellas et tam castella* et sqq. usque ad *pertinenciis suis videlicet.*
[11] *Citheristam*, f. 32. — Eug. *Cytheristam.* — Hon. *Cesarestem.*
[12] Eug. *Almis.* — Hon. *Almes.*
[13] *Lassa*, f. 32.
[14] Eug. *Civa.*
[15] Eug. *Melna.* — Hon. omittit *Molna.*
[16] Hon. *Beljenciac.*
[17] Hon. *Solarias.*
[18] *Olivalas*, f. 32, et in bulla Eug.
[19] Hon. omittit *Curs.*
[20] Hon. *Castrum.*
[21] Hon. *Guiola.*
[22] Eug. *Rocas.* — Hon. *Roquas.*
[23] Eug. *Oleras.* — Omissum ab Eug.
[24] Hon. *Castellarum.*
[25] Hon. *Podium Nigrum*, sequentibus nominibus in accusativo pariter positis.
[26] *Bayda*, f. 32.
[27] *Cibacia*, f. 32.
[28] Hon. *Silianum.*

Cesalio[1], Grimaldo, Cugulino[2], Mola[3] et Mota, Papia, Berra[4], Bisaldunum[5] et Scalam, castellum novum de Gigorniz[6], et quicquid ad jus prefati monasterii pertinet in Pennis et in Auriolo[7]. Hec ergo omnia, et preterea, sicut supra diximus, quecunque nunc habet atque in futurum habere contigerit, in quibuslibet rebus mobilibus et inmobilibus, per hoc apostolice auctoritatis privilegium prefato Massiliensi monasterio confirmamus et corroboramus. In predictis itaque monasteriis, tam tu quam successores tui, semper monachos ad serviendum, prout necesse fuerit, deputetis, qui et illic diligenter Dei servicium peragant et in eisdem se tales satagant exhibere ut nec illos de neglectu nec abbates de minori sollicitudine culpa confundat. Quicquid vero ad eadem monasteria rationabiliter pertinere cognoscis, si ab aliquibus contra justiciam detinetur, ex hac nostra auctoritate repetendi atque Massiliensi monasterio vendicandi per omnia licenciam habeas. Dignum est enim ut quorum curam geris rebus nulla ratione priveris. Volumus etiam atque decernimus ut, ad ordinationem atque correptionem[8] eorum, tam tu quam successores tui, vicem sedis apostolice gerere debeatis; in quibus si (quod absit!) tales abbates inventi fuerint, qui ab ordine monastico et regulari disciplina exorbitaverint vel dignum aliquod depositione commiserint, unde correctionis vestre censuram subire contempnant, cure vestre sit episcopum, in cujus diocesi monasterium fuerit, ad testimonium reatus illius vobis adhibere, et, communicato consilio, eos rationabiliter convictos a regimine habito

[1] Hon. *Sesaliua*.

[2] *Gugullino*, f. 32.

[3] *Cugulino et Mota* omissum in bulla Hon.

[4] Eug. *Berta*.

[5] Eug. *Bisulaunum*.

[6] Eug. *Gigorth*. — Hon. *Castellum Novum et de Gigorns castra*.

[7] Honorius III addit : *Ecclesias quoque ac ecclesiastica jura et possessiones, quas in valle de Tretis ad vos pleno jure spectantes habere noscimini, sicut ea juste et pacifice obtinetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica nichilominus confirmamus, scilicet : in castro Tretis sancte Trinitatis, sancte Marie, sancti Andree ecclesias, sancte Cecilie, sancti Michaelis de Catellaro, de Rocco Folio, sancti Andeoli de Porcils, sancti Antonini de Baida, sancti Servi, sancti Privati de Rossecto, sancte Marie de Castro Novo, sancti Poncii de Podio Lupario, sancti Panchratii, sancte Marie de Saltu, de Porreriis, sancti Michaelis de Afuel, sancti Petri de Favarico, sancti Juliani, sancti Petri et sancti Victoris de Podio Nigro ecclesias, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis et pascuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis.* — Vid. sup., p. 224, not. 15.

[8] *Correctionem*, f. 32.

summovere, si tamen episcopus de ordinatione et mala vita non fuerit suspectus et infamatus, vel si forte causam ipsam malo ingenio magis impedire quam secundum Deum tractare voluerit. Quod si aliquod horum obstiterit, ne causa puniendi reatus indiscussa pretereat, sollicitudinis vestre sit eos ad examen sedis apostolice judicandos adducere, quatenus, illis amotis, tales ibi, Deo auxiliante, debeas ordinare, qui locis venerabilibus valeant digne presse, quemadmodum predictorum antecessorum nostrorum sanctionibus institutum esse cognoscitur. Ecclesias sane quas cum decimis et oblationibus suis earum episcopi vestro monasterio concesserint, salvo nimirum redditu quem in eis habere consuevera[n]t, nos vobis vestrisque successoribus sic habendas et quiete ac sine calumpnia possidenda[s] sancimus, sicut a vestris predecessoribus possessa sunt. Decernimus ergo ut nulli, *etc.*

f° 33. * Ego Innocentius, catholice ecclesie episcopus.

Ego Gerardus, presbiter cardinalis titulo sancte Crucis in Jerusalem.

Ego Lucas, presbiter cardinalis titulo sanctorum Johannis et Pauli.

Ego Guilielmus, Prenestinus episcopus.

Ego Grisogonus, diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu.

Data Pisis, per manum Aimerici, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii, XIII kalendas julii, indictione XII, incarnationis dominice anno M° C° XXX° VI[1], pontificatus domni Innocencii pape secundi anno sexto.

845.

Innocentius papa II. — Confirmatio ecclesie sanctorum Genesii et Honorati Arelatensis.

16 apr. 1139. Innocencius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Petro, Massiliensi abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum. Apostolice sedis clemencia devociores filios atque speciales ampliori affectione diligere et sub materne tuicionis gremio familiarius confovere[2]; ideoque, dilecte in Domino fili, Petre abbas, tuis

[1] Computo Pisanorum.

[2] Fort. suppl. *debet*.

desideriis debita benignitate clementer annuimus, et ecclesiam sanctorum Genesii et Honorati, sitam juxta civitatem* Arelatensem, archiepiscoporum ejusdem urbis largitione monasterio Massiliensi concessam, et scripto fratris nostri bone memorie Gibelini[1] archiepiscopi confirmatam, et per septuaginta continuos annos quiete possessam, tibi tuisque successoribus roboramus, et habendam possidendamque concedimus. Nulli ergo, *etc.* v°

Ego Innocencius, catholice ecclesie episcopus.

Ego Lucas, presbiter cardinalis titulo sanctorum Johannis et Pauli.

Datum Laterani, per manus Aimerici, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii, XVI° kalendas maii, indictione II, incarnationis dominice anno M° C° XXX° VIII°, pontificatus vero domni Innocencii II pape anno X°.

846. f° 37 v°.

Alexander papa III. — Confirmatio vallis de Trictis.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Petro[2], Massiliensi abbati, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quia disponente,* *etc.* Ex diligenti siquidem relatione vestra nostris est auribus intimatum, quod ecclesie et universa jura parrochialia vallis de Tretis ita specialiter ad monasterium vestrum pertineant, ut nullus archiepiscopus vel episcopus aliquam ibidem districtionem sive quicquam quod juris ecclesiastici sit habere noscatur; sed abbas, qui in monasterio vestro pro tempore fuerit, ad ordinationes clericorum et consecrationes ecclesiarum, altarium vel basilicarum prescripte vallis, quem vult episcopum semper invitare consuevit, et crisma a quo mallet suscipere. Nomina vero ecclesiarum hec sunt : ecclesia sancti Petri et sancte Marie de Favaric, ecclesia sancti Juliani de Podio Nigro et sancti Victoris et sancti Petri, ecclesie in eodem castro de Podio Nigro existentes, et due partes do- 16 aug. 1173. f° 38.

[1] Gibelinus, archiepiscopus Arelatensis 1080 — 1107.

[2] Petrus II de Nogaret.

mini[i] ejusdem castri; in castro Tretis, ecclesia sancte Trinitatis, et ecclesia parrochialis beate Marie, capella sancti Andree et sancte Cecilie, ecclesia sancti Michaelis de Castellaro, ecclesia parrochialis de Rocca Folio, ecclesia sancti Andeoli, ecclesia parrochialis de Porcils, ecclesia sancti Salvatoris, et ecclesia sancti Privati et sancte Marie cum parrochiali ecclesia, ecclesia sancti Poncii de Podio Luparo cum parrochiali ecclesia sancti Panchratii, ecclesia sancte Marie de Salt, et ecclesia parrochialis de Porreriis cum capellis suis. Ceterum, quoniam monasterium vestrum ad jus beati Petri et dispositionem pariter et tutelam sacrosancte Romane ecclesie, nullo mediante, specialiter noscitur pertinere, et idcirco nos convenit jura ipsius propensiori cura defendere et diligenti studio conservare, ecclesiastica jura[et] possessiones quas in prescripta valle de Tretis habetis, sicut eas quadraginta retro annis tenuisse noscimini, vobis et eidem monasterio vestro, auctoritate apostolica, confirmamus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut nullus, vobis invitis, ecclesiam deinceps vel oratorium audeat in predicta valle edificare, vestra ibidem jura auferre, *etc.*

* Ego Alexander, catholice ecclesie episcopus.

Ego Ubaldus, Hostiensis episcopus.

Ego Bernardus, Portuensis et Sancte Rufine episcopus.

Ego Gualterius, Albanensis episcopus.

Ego Guillelmus, presbiter cardinalis titulo sancti Petri ad Vincula.

Ego Boso, presbiter cardinalis sancte Pudenciane titulo Pastoris.

Ego Petrus, presbiter cardinalis titulo sancti Laurencii in Damaso.

Ego Johannes, presbiter cardinalis titulo sancti Marci.

Ego Oddo, diaconus cardinalis sancti Nicholay in Carcere Tulliano.

Ego Cynthius, diaconus cardinalis sancti Adriani.

Ego Manfredus, diaconus cardinalis sancti Georgii ad velum aureum.

Ego Ugo, diaconus cardinalis sancti Eustachii juxta templum Agrippe.

Ego Vitellus, diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi.

Ego Petrus, diaconus cardinalis sancte Marie in Aquiro.

Ego Hugo, diaconus cardinalis sancti Angeli.

Data Anagnie, per manum Gratiani, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii, XVII kalendas septembris, indictione VI, incarnationis dominice anno M° C° LXX° III°, pontificatus vero domni Alexandri pape III anno XIII°.

847.

Alexander papa III. — Confirmatio vallis de Tritis. f° 39.

Bulla qua Alexander papa III, ad preces Petri [1], Massiliensis abbatis, confirmat libertatem ecclesiarum in valle de Tretis sitarum [2]. 6 apr. 1169.

* Ego Alexander, catholice ecclesie episcopus. v°.

Ego Ubaldus, Hostiensis episcopus.

Ego Jacinctus, diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn.

Ego Audicio, diaconus cardinalis sancti Theodori.

Ego Cinthyus, diaconus cardinalis sancti Adriani.

Ego Ugo, diaconus cardinalis sancti Heustachii juxta templum Agrippe.

Ego Vitellus, diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi.

Ego Petrus, diaconus cardinalis sancte Marie in Aquiro.

Ego Ubaldus, presbiter cardinalis titulo sancte Crucis in Jerusalem.

Ego Johannes, presbiter cardinalis sanctorum Johannis et Pauli titulo Pamachii.

Ego Albertus, presbiter cardinalis titulo sancti Laurencii in Lucina.

Ego Boso, presbiter cardinalis sancte Pudenciane titulo Pastoris.

Ego Petrus, presbiter cardinalis titulo sancti Laurencii in Damaso.

Ego Johannes, presbiter cardinalis titulo sancti Marci.

Ego Theodinus, presbiter cardinalis sancti Vitalis titulo Vestine.

Data Beneventi, per manum Graciani, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii, VIII° idus aprilis, indictione II, incarnationis dominice anno M° C° LX° VIII°, pontificatus vero domni Alexandri pape tercii anno decimo.

[1] Petrus de Nogaret.

[2] Easdem clausulas continet quas bulla n. 846, supra, p. 234.

f° 40.

848.

Paschalis papa II. — Confirmacio beneficiorum[1].

(Ed. in *Gall. christ.*, I, instr., 113, et in *Act. Sanctorum Maii*, IV, 13.)

23 apr. 1113. Paschalis episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Ottoni[2], abbati Massiliensis monasterii, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum. Apostolice sedis, *etc.* Per presentis igitur privilegii paginam, tibi tuisque successoribus que a predictis pontificibus[3] sunt firmata firmamus, videlicet : in Arelatensi parrochia, monasterium sanctorum Genesii et Honorati, ecclesiam sancti Petri et sancte Trinitatis de Fanobriculo, sanctorum Sergii et Bachi, in Camargis ecclesiam sancti Cesarii de Villa Nova, sancti Cesarii de Bodenenc, cellam sancti Michaelis de Barzaneges cum capellis suis, sancti Victoris de Mariniana[4], sancti Hermetis[5]; in episcopatu Avinionensi, cellam sancti Saturnini, sancte Marie de Rocca Martina, sancte Marie de Meians[6]; in episcopatu Cabillonensi, monasterium sancte Marie, sancti Verani de Valle Clusa, ecclesiam sancti Juliani, cellam sancti Michaelis de Balma[7], parrochiam castri Agoldi[8], ecclesiam sancte Fidis; in episcopatu Carpentoratensi, ecclesiam parrochialem de Rocha[9], cellam sancti Romani, sancte Marie de Vellalone[10], monasterium sancti Felicis de Vennesca[11]; in episcopatu Vasensi[12], monasterium sancte Marie, sancti Victoris, sancti Petri de Gransello, ecclesiam parrochialem de castro Malucena[13], sancti Michaelis, sancti Petri cum capellis suis, sancti Desiderii, sancti Martini, sancte Marie, sancti Sepulchri, capellam de Albarusso[14], ecclesiam sancte Marie de Vellis, de Mirabel, sancti Bladii, sancte Marie de Villa Nova, et medietatem omnium ecclesiarum parrochialium de valle Pladiani; in epi-

[1] Hæc bulla in Cod. cancellata est.
[2] Otto Alamannus
[3] Gregorio scilicet VII Urbanoque II. — Vide sup., nn 840 et 843.
[4] Edit. *Marmana*.
[5] Edit. *Hermetis*.
[6] Edit. *Mirano*.
[7] Edit. *Balma*.
[8] Edit. *sancti Agoldi*.
[9] Edit. *Rocca*.
[10] Edit. *Vellanoue*.
[11] Edit. *Vennesta*.
[12] Edit. *Valens*.
[13] Edit. *Malancena*.
[14] Edit. *capellas de Albarusco*.

scopatu Massiliensi, ecclesiam sancti Petri de Paradiso, sancti Ferroli, sancte Marie Margarite[1], cellam[2] sancti Genesii, sancti Justi, sancti Mitri, sancte Marie de Evola, sancti Michaelis de Plano, sancti Poncii de Gemenas[3], ecclesiam sancti Johannis de Rocca Forti, sancti Pauli de Carnoz[4], sancte Marie de Cezeresta[5], sancti Damiani, parrochialem ecclesiam de Cadeira cum capellis suis, cellam sancti Petri de Auriol cum parrochia ejusdem castri et capella, cellam sancti[6] Zacharie, ecclesiam sancti Victoris de Savard, parrochialem ecclesiam castelli Nantis[7] cum capellis suis, cellam sancti Victoris de Causalo, sancti Jacobi de Almis[8] cum tota villa, ecclesiam sancti Victoris, sancte Marie de Balma, sancti Cassiani, cellam sancti Saturnini in castro Sancti Cannati, ecclesiam sancti Andree; in Tolonensi * episcopatu, 1°. ecclesiam sancte Marie de Sex Furnos[9], sancti Johannis de Crota, sancti Nazarii, cellam sancti Victoris de Insula, sancti Johannis de Ferleda, ecclesiam sancte Trinitatis, parrochialem ecclesiam de Solarios[10], sancti Michaelis de Eiras, cellam sancti Benedicti, sancti Bartholomei de Beljecer[11], sancti Martini de Corias, sancti Johannis de Petra Foco, ecclesiam parrochialem ipsius castri cum capellis suis, sancti Martini, sancte Marie de Colobreira, ecclesiam parrochialem sancti Poncii ipsius castri, sancti Cedonii[12], sancte Marie de Dexesa, sancti Laurencii de Puiet[13], sancti Victoris de Carnolas[14], sancti Michaelis; in episcopatu Aquensi, ecclesiam sancti Petri, cellam sancti Petri de Gardana, ecclesiam sancti Valentini cum capellis suis, sancti Andree de Buc[15], cellam sancti Ypoliti, ecclesiam de Vellena[16], cellam sancte Marie de Jucar, sancti Johannis de Segia, parrochialem ecclesiam sancti Petri de Cauda Longa, sancti Germani, ecclesiam de Venel, sancti Michaelis de Fuel cum parrochiali ecclesia[17], cellam sancti Petri

[1] Edit. *s. Marie, s. Margarite.*
[2] Cod. addit, *de.*
[3] Edit. *Geminas.*
[4] Edit. *Carnot.*
[5] Edit. *Cezeresca.*
[6] *Sancti* deest in edit.
[7] Edit. *Nautis.*
[8] Edit. *Almis.*
[9] Edit. *Sex Furnis.*
[10] Edit. *Solariis.*
[11] Edit. *Belgensier.*
[12] Edit. *Cedomi.*
[13] Edit. *Pinet.*
[14] Edit. *Carnola.*
[15] Edit. *Bac.*
[16] Edit. *Vellana.*
[17] Quæ subsequuntur nomina, usque ad,

de Favarico, ecclesiam sancti Juliani de Podio Nigro, sancti Petri et sancti Victoris in castro Tretis, cellam sancte Trinitatis, ecclesiam parochialem sancte Marie, capellas sancti Andree, sancte Cecilie, sancti Michaelis de Castellar, ecclesiam parochialem de Rocca Folio, sancti Auderti, ecclesiam parochialem de Porcils, sancti Antonini de Baida[1], sancti Servi, sancti Privati[2] de Rosceto cum parochiali ecclesia, sancti Poncii de Podio Lupario cum parochiali ecclesia, sancti Panchrancii, sancte Marie de Salt[3], ecclesiam parochialem de Porreriis[4] cum capellis suis, monasterium sancti Maximini, sancti Mitri, ecclesiam sancti Stephani de Fuz[5], sancti Symeonis de Auriac, cellam sancte Marie de Brusa, sancte Marie de Sparrone[6] et parrochialem ecclesiam, sancte Fidis de Arriga[7], cellam sancti Stephani de Tresde, sancti Victoris de Gontard[8], sancti Victoris de Adana[9], ecclesiam parrochialem de la Berbent, sancti Martini de Triulant[10], sancti Leodegarii, sancti Raphaelis, ecclesiam parrochialem de Rogerio, de Cauda Longa, cellam sancti Stephani de Torreves, ecclesiam de Gaylen[11], sancti Juliani de Gaisola, sancte Marie, cellam sancte Perpetue, sancti Petri, parrochialem ecclesiam de Brugnola[12], ecclesiam sancti Johannis, sancte Marie de Camps[13], sancte Marie de Garrelli[14], sancti Medardi, sancti Eucherii de Braz, sancti Victoris de Cucuruni[15], sancti Petri de Azana[16] cum parrochiali ecclesia, sancte Marie de Belmont, sancti Mauricii de Reliana, sancti Sepulchri, sancte Crucis[17], sancti Johannis, ecclesiam parrochialem sancti Mauricii de Torreves cum capellis suis, sancti Petri * de
l° 11. Sillone; in episcopatu Forojuliensi, ecclesiam parrochialem sancte Marie de Cabaza, sancti Poncii, sancti Petri, cellam sancte Marie de Luc, sancti Petri de Archs, parrochialem ecclesiam ipsius castri cum

sancti Panchrantii, in Cod. abrasa, restituimus ex *Gallia christiana*.

[1] Edit. *Barda*.
[2] Edit. *Pemati*.
[3] Edit. *Sale*.
[4] Edit. *Porreiras*.
[5] Edit. *Fur*.
[6] Edit. *Spoirone*.
[7] Edit. *Artiga*.
[8] Edit. *Gontarelle*.
[9] Edit. *Adonia*.
[10] Edit. *Toulant*.
[11] Edit *Graleu*.
[12] Edit *Braquola*.
[13] Edit. *Campis*.
[14] Edit. *Garelle*.
[15] Edit. *Curcurim*.
[16] Edit. *Arara*.
[17] Edit. *sancti Sepulcri de Crucis*.

capellis suis, ecclesiam sancti Juliani de Aila[1], cellam sancti Cassiani de Sala Laudimia[2], sancti Victoris de Mota, sancti Romani de Scanz[3], sancte Marie de Palione, sancti Victoris de Rocca Taliada, sancti Salvatoris de Burnis, ecclesiam parrochialem de Celians, ecclesiam sancte Marie, cellam sancte Marie de Barjemone, sancti Ausilii, parrochialem ecclesiam de Calars[4], cellam sancti Torpetis, sancti Poncii, sancte Marie de Questa, ecclesiam parrochialem de Grimal[5], sancti Antonini de Intra Castels[6], monasterium sancte Marie de Villa Crosa, sancti Petri de Salernas cum parrochiali ecclesia, sancti Domnini[7] de Tortorio, sancte Marie de Villa Alta, sancti Martini de Rocca Bruna[8]; in episcopatu Regensi, cellam sancti Juliani de Langinas[9], sancte Marie, sancti Johannis[10] de Aignina[11], sancti Mauricii de Meiresca[12], sancti Johannis de castro Monasterii, sancti Quirici[13], sancti Stephani de Reiena[14], sancti Petri de Archinzosch, sancti Martini de Bromede, sancti Trophimi, sancte Crucis, sancti Cassiani de Tavernas; in episcopatu Aptensi, cellam sancti Pauli, sancti Johannis de Campanias, sancti Simphoriani, ecclesiam parrochialem de Bonils[15] cum capella, ecclesiam de Cytarista[16]; in episcopatu Sisterico, cellam sancte Marie de Mannasca[17], sancti Martini, sancti Marcellini de Nnazellis[18], sancti Promacii[19] de Furno Calkeri[20], sancte Marie de Petra Viridi[21]; in episcopatu Vapincensi, cellam sancte Marie de Mandanvis[22], sancti Christofori de Stradis, ecclesiam parrochialem de Scala[23], sancti Martini de Cornillon, sancti Domnini in valle Toart[24], sancti Genesii de Dromon, ecclesiam parrochialem ipsius castri cum capellis suis, cellam de Fiscal[25], sancti

[1] Edit. *Ailla.*
[2] Edit. *Salelaudimia.*
[3] Edit. *d'Escaus.*
[4] Edit. *Colars.*
[5] Edit. *Gival.*
[6] Edit. *Nitra castel.*
[7] Edit. *Domini.*
[8] Edit. *Rocabenna.*
[9] Edit. *Lauguias.*
[10] *S. Johannis* deest in edit.
[11] Edit. *Aiguvia.*
[12] Edit. *Merresta.*
[13] Edit. *Guirici.*
[14] Edit. *Recena.*
[15] Edit. *Bovils.*
[16] Edit. *Cezarista.*
[17] Edit. *Mannasca.*
[18] Edit. *Moazaellis.*
[19] Edit. *Proviani.*
[20] Edit. *Calcari.*
[21] Edit. *Petra Mordi.*
[22] Edit. *Mandamars.*
[23] Edit. *Scola.*
[24] Edit. *Domini in Valletrari.*
[25] Edit. *Fistol.*

Eregii de Valerna cum ecclesia parrochiali sancte Marie, ecclesiam de Ulmebel[1], sancti Petri de Valadoira, sancti Clementis de Trescleus[2] cum aliis ecclesiis ejusdem castri, sancti Petri de Rionia[3], sancti Eregii de Medullone; in episcopatu Ebredunensi, ecclesia de Cadurcas[4], sancte Marie, sancti Victoris, sancti Christofori, sancti Galli[5], sancte Marie de Bredula cum ecclesia parrochiali, sancte Marie, sancti Petri de Gigonis[6], ecclesiam parrochialem de Bellafaire[7], ecclesiam sancte Marie et sancti Genesii de Turies[8], sancte Marie, sancti Poncii de Falcone; in episcopatu Dignensi, cellam sancti Michaelis in Cursone, sancti Martini de Soilla[9], cellam de Caudul[10], sancti Clementis de Vernet; * in episcopatu Senez, cellam sancte Marie de Petra Castellana, cellam de Bagaires[11], sancte Marie de Mura[12], cellam de Alonz[13]; in episcopatu Glandensi, cellam sancti Petri de Bono Villari[14], cellam de Penna, sancti Poncii ad Amot[15], sancti Cassiani, sancti Sepulchri ad Mugilos, sancte Marie de Toraminas; in episcopatu Vinciensi, cellam que dicitur ad Crotons[16], sancti Stephani de Gateiras, sancti Petri de Geleta, cellam de Grauleiras[17], sancti Martini de Mugins[18]; in episcopatu Barchinonensi[19], monasterium sancti Michaelis de Fallio, sancti Sebastiani[20] in Penedes; in episcopatu Urgello, monasterium sancte Marie de Ger[21]; in Gerundensi, sancti Johannis de Fontibus; in Imporiensi[22], sancti Thome[23]; villam de Maurel, de Terrentona[24], villam de Penna Fideli, villam Mauratel; in episcopatu Aginnensi, cellam de Romeu; in [N]arbonensi, cellam sancte Marie in burgo[25] Sancti Crescentis; in vicecomitatu Minerbensi, cellam sancte Marie de Serra[26],

v°.

[1] Edit. *Almebel.*
[2] Edit. *Tresclens.*
[3] Edit. *Roma.*
[4] Edit. *Carde.*
[5] Edit. *Balli.*
[6] Edit. *Bigernis.*
[7] Edit. *Bellefaire.*
[8] Edit. *Caries.*
[9] Edit. *Solla.*
[10] Edit. *Candal.*
[11] Edit. *Bagarras.*
[12] Edit *Niveis.*
[13] Edit. *Alanz.*
[14] Cod. *Bono inlari.*
[15] Edit. *Adaunot.*
[16] Edit. *Crotous.*
[17] Edit. *Gronleiras.*
[18] Edit. *Mugnis.*
[19] Edit. *Barchinonensi.*
[20] *S. Sebastiani* deest in edit.
[21] Edit. *Gerra.*
[22] Edit. *Juporiensi.*
[23] Suppl., *in Toletano*, ut sup., p. 221.
[24] Edit. *Kantono.*
[25] Edit. *s. M. in Bargo, s.*
[26] Edit. *Sorea.*

sancti Marcelli[1] cum capellis suis; in episcopatu Biterrensi, cellam sancti Saturnini de Corneliano, ecclesiam Cerzac, sancte Marie de Magalaz, ecclesiam parrochialem ipsius castri, sancte Marie de Samarges[2]; in Agatensi, monasterium sancti Andree; in Magalonensi, sancti Nazarii de Medullio, cellam de Brugeries; in [N]emausensi, sancti Victoris de Armarens[3], sancti Martini de Airas, ecclesiam parrochialem sancti Petri de Manroix, sancti Petri de Arigaz[4], sancte Marie de Saumanna[5], sancti Martini de Alzone, sancti Petri de Vicano[6]; in Uzetico, sancti Mammetis, sancti Amancii de Tezeir[7], sancti Petri de Vulpileries[8]; in Tolosano, cellam de Castillone[9], de Maderies; in Albiensi, cellam sancte Sigolene de Grava[10], sancte Marie de Ambilet, sancti Projecti de Paulin, de Avinione, de Camborç, sancti Johannis de Helnos[11]; in Rutenico, cellam de Petra, sancte Marie de Ameliao[12], sancti Stephani, monasterium sancti Petri [et] sancti Leoncii[13], cellam de Cambolaz, sancti Genesii de Valcerga[14], cellam de Mustoliol[15], de Clara Faia[16], sancti Michaelis, sancte Marie de Castro Novo, monasterium[17] Vabrense, sancti Amancii; in Gaballitano, monasterium de Cyrac[18] cum parrochiali ecclesia, sancti Martini de Canonica, sancti Martini de Salmonte cum capellis, sancti Martini de Coloniet[19], sancte Marie de Nabinals; in Arverna, cellam de Ruina; in episcopatu Pisano, cellam sancti Andree, monasterium sanctorum apostolorum; in episcopatu Ausonensi, monasterium sancti Johannis Rivipollensis, sicut ex consilio Urbani pape per Bernardum[20], Bisuldunensem comitem, vobis traditum est[21]. Ecclesias sane, quas cum decimis et oblationibus suis earum episcopi vestro monasterio concesserunt, salvo nimirum redditu quem

[1] Edit. *Marcellini.*
[2] Edit. *Sauvarges.*
[3] Edit. *Armareis.*
[4] Edit. *Ariges.*
[5] Edit. *Sauviana.*
[6] Edit. *Vicavo.*
[7] Edit. *Tezeno.*
[8] Edit. *Vulpereries.*
[9] Edit. *Castillione.*
[10] Edit. *Gana.*
[11] Edit. *Ambilet, s. Petri de Ammone, s. Johannis de Helvas.*
[12] Edit. *Melias.*
[13] Edit. *Laurencii.*
[14] Edit. *Valcenga.*
[15] Edit. *Mistoliol.*
[16] Edit *Clarafara.*
[17] Cod. *monasterii.*
[18] Edit. *Cirac.*
[19] Edit. *Colomeo.*
[20] Bernardus II
[21] Vide sup., n. 819.

f° 42. in eis habere consueverant, * nos vobis vestrisque successoribus sic habendas et quiete ac sine calumpnia possidendas sancimus, sicut a vestris predecessoribus possesse sunt. Decernimus ergo, *etc.*

Scriptum per manum Grisogoni, notarii sacri palacii.

Ego Paschalis, catholice ecclesie episcopus.

Datum Laterani, per manum Johannis, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis ac bibliothecarii, IX kalendas maii, indictione VI, incarnationis dominice anno M°C°XIIII°[1], pontificatus quoque domni Paschalis secundi anno XIII°.

849.

Eugenius papa III. — Confirmatio largissima[2].

5 jun. 1150. Bulla qua Eugenius papa III, ad preces Guillelmi, Massiliensis abbatis, possessiones libertatesque monasterii sancti Victoris eadem forma confirmat, qua Innocentius papa II[3].

f° 43. Ego Eugenius, catholice ecclesie episcopus.

Ego Conradus, Sabinensis episcopus.

Ego Ymarus, Tusculanus episcopus.

Ego Nicholaus, Albanus episcopus.

Ego Johannes Paparo, diaconus cardinalis sancti Adriani.

Ego Gregorius, diaconus cardinalis sancti Angeli.

Ego G.[4], diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu.

Ego Jacinctus, diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn.

Ego Gregorius, titulo sancti[5] Calixti presbiter cardinalis.

Ego Ubaldus, presbiter cardinalis titulo sancte Praxedis.

Ego Ugo, titulo[6] in Lucina presbiter cardinalis.

v°. Ego * Guido, presbiter cardinalis titulo sancte Pudenciane.

Data Rome, apud Sanctum Petrum, per manum Bosonis, sancte Romane ecclesie scriptoris, nonis junii, indictione XIII, incarnationis

[1] Computo Pisano.
[2] Hæc bulla in Chartulario cancellata est.
[3] Vid. sup. num. 844.
[4] Guido.
[5] Cod. *Gg. te Calixti.*
[6] Suppl. : *sancti Laurentii.*

dominice anno M° centesimo L°, pontificatus vero domni Eugenii pape III anno sexto.

850.

Calixtus papa II. — De Sardinia.

Calixtus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Philippo, priori monasterii sancti Saturni, quod in insula Sardinia, in Caralitana parochia, situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum. Sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legittima desiderancium non est differenda peticio. Quamobrem, dilecte in Christo fili, Phylippe prior, tuis peticionibus clementius annuentes, beati Saturni monasterium, cui, Deo auctore, presides, in beati Petri tutelam suscipimus et contra pravorum hominum nequiciam protectione sedis apostolice communimus. Statuimus enim ut ecclesie, possessiones et bona omnia, que, vel ex nobilis recordationis Constantini judicis et matris ejus Vere atque filii ejus Mariani dono, vel Karalitanorum pontificum bone memorie Ugonis, Gualfredi necnon et venerabilis fratris nostri Guillelmi concessione, aut aliorum fidelium oblatione, monasterio eidem legittime collata sive adquisita sunt, aut in futurum, largiente Deo, juste atque canonice offerri adquirive contigerit, firma ei semper et illabata permaneant, in quibus hec propriis duximus nominibus annotanda : ecclesias videlicet sancti Evisi de Nuras, sancti Petri de Piscador, sancti Luciferi de Pao, sancte Marie de Vineis, sancte Marie de Sabol, sancte Marie de Lecus, sancti Petri de Serra, sancti Andree, sancte Marie de Gyp, sancti Ananie de Portu, sancte Marie de Portu Salis, sancti Elye de Monte, sancte Victorie de Nuraxi, sancte Marie de Arcu, sancti Petri de Ponte, sancti Ambrosii de Uta, sancte Barbare de Aqua Frigida, sancte Marie de Margamin, sancti Petri de Ruina, sancti Salvatoris de Bagnaira, sancte Lucie de Civita, sancti Evisi de Quarto et sancti Luxurii de Mara, cum servis et ancillis, saltibus, vineis, pratis et omnibus pertinenciis earum. Decernimus ergo ut nulli judici, regi vel marchioni neque ulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut ejus posses- 12 mai. 1120.

f° 46. siones auferre vel ablatas retinere, * minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva Karalitani archiepiscopi reverencia canonica; ad hec adicientes, medietatem decimarum Karalitani judicis eidem monasterio confirmamus, sicut ex prefati Constantini judicis donatione collata et Karalitanorum pontificum concessione firmata est, et sicut in predicti fratris nostri Guillelmi archiepiscopi cyrographo continetur. Preterea statuentes censemus ut predictum beati Saturni monasterium sub Massiliensis cenobii potestate ac jurisdictione in perpetuum perseveret, sicut actenus cognoscitur permansisse, neque ulli penitus facultas sit ipsum ab ejus obedientia vel subjectione subtrahere. Ad judicium[1] autem percepte a Romana ecclesia tuitionis, aureos duos per annos singulos Lateranensi palatio persolvetis. Si qua igitur, *etc.*

Ego Calixtus, catholice ecclesie episcopus.

Data Pisis per manum Grisogoni, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis ac bibliothecarii, III° idus maii, indictione XII^a^, incarnationis dominice anno M°C°XX°I[2], pontificatus autem domni Calixti secundi pape anno II°.

851.

Calixtus papa II. — De Chiriaco.

(Fragm. ap. D. Vaissete, II, pr., 124.)

11 april. 1123. Calixtus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Rodulfo, abbati venerabilis monasterii sancti Victoris Massiliensis, ejusque successo-

v°. soribus regulariter substituendis, in perpetuum. *Apostolice sedis, *etc.* Quapropter, dilecte in Christo fili, Rodulfe abbas, petitioni tue clementer annuimus et sancti Salvatoris monasterium, in loco qui Quiriacus dicitur situm, quod, predecessore tuo Ricardo, tunc Massiliensi abbate, rogante, et domino antecessore nostro sancte memorie Urbano papa, qui presens ibi aderat, jubente, a quam plurimis archiepiscopis

[1] Fort. corr. *indicium*.

[2] Pisanorum more.

et episcopis, vice ipsius domini, dedicatum est, cum omnibus ecclesiis, terris et possessionibus ejus, ita liberum et quietum tibi ac successoribus tuis et per vos Massiliensi cenobio permanere sancimus, sicut ipsum a die consecracionis sue idem Ricardus et fratres Massilienses tenuisse noscuntur. Cui nimirum Quiriacensi monasterio dignitates omnes et libertates, quas a principio fundationis sue optinuit, nos per presentis privilegii paginam confirmamus, statuentes ut ipsius loci fratres crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum et ordinationes monachorum vel clericorum ab episcopo diocesano accipiant, si catholicus fuerit et si ea gratis et absque omni exactione voluerit exhibere; alioquin, pro eorumdem sacramentorum susceptione, catholicum quem maluerint antistitem adeant, qui, apostolice sedis fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat; nec illius monasterii monachi ad Mimatensis episcopi concilium ire cogantur. Sepulturam vero ipsius loci omnino liberam esse censemus, ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint devocioni et extreme voluntati, nisi forte ab episcopo pro patenti culpa excommunicati sint, nullus obsistat. Ad majorem quoque ipsius monasterii libertatem et predicti domini nostri Urbani pape reverenciam, constituimus ut nulli nisi Romano pontifici et legato ejus, cui specialiter ipse permiserit, facultas sit in eandem ecclesiam sancti Salvatoris excommunicationis vel etiam interdictionis proferre sentenciam. Nullus etiam episcopus homines in eodem monasterio vel tota adjacente villa degentes a servicio monachorum dimoveat et in expeditionem quamlibet vel communiam exire compellat. Quecumque autem bona et quascumque possessiones idem monasterium vel in presenti legittime possidet, vel in futurum in Mimatensi episcopatu sive in aliis locis juste atque canonice, largiente Domino, acquisierit, firma ei et illibata permaneant. Preterea decernimus ut nulli omnino, *etc.*

* Ego Calixtus, catholice ecclesie episcopus. [1] 47.

Data Laterani per manum Ugonis, sancte Romane ecclesie subdiaconi, III° idus aprilis, indictione I^a^, incarnatione[1] dominice anno M° C° XXIII°, pontificatus autem domni Calixti secundi pape V^to^.

[1] Sic.

852.

Alexander papa III. — Super ecclesia Boadenensi.

6 jul 1162. Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Deusdedit, priori sancti Amancii, salutem et apostolicam benedictionem. Quociens controversie, *etc.* Pro illa vero controversia que super Boadenensi ecclesia inter P., Rutinensem episcopum, et te et abbatem ac fratres Massiliensis monasterii vertebatur, cum in causa ipsa in presentia nostra *[1] abbate fueris yconomus institutus, tam tu quam idem episcopus ad nostram presentiam accessistis, et cum episcopus ipse adversus monachos Massilienses querelam deponeret quod ecclesiam illam, ejectis inde canonicis suis, violenter intrassent, tu asserebas te non violentiam aliquam intulisse, nec de mandato vel suggestione tua illatam fuisse, sed vacantem pocius possessionem et de jure ad monasterium pertinentem intrasse; profitebaris etiam per quadraginta quondam annos fratres Massilienses[2] prefatam ecclesiam pacifice possedisse, et inde, non solum exceptionem episcopum repellendi, sed etiam, si possideret, actionem adversus eum habere ipsam ecclesiam repetendi. Memoratus vero episcopus instrumentum, post alias hinc inde allegationes, in medium produxit, quod concordiam inter P. bone memorie, quondam Massiliensem abbatem, et canonicos Rutenenses, in presentia Ademari, predecessoris sui, factam ex ordine continebat, et in eodem inter cetera habebatur expressum, quod de alia ecclesia, videlicet sancti Astremonii, duas libras albi incensi predictis canonicis annis singulis ipsi monachi deberent exsolvere, quamdiu idem canonici prefatam Boadenensem ecclesiam vel aliam equivalentem possent acquirere. Unde nos, ejusdem instrumenti tenore diligentius intellecto, et quasi ex publica fama tenentes quod inde canonici ejusdem episcopi per violenciam ejecti fuerint, et ex tua confessione noscentes quod auctoritate tua eandem fuisses possessionem ingressus, videntibus quidem canonicis, sed, prout fama quasi publica ferebatur, ex timore non

[1] Fort. suppl. *ab.*

[2] Cod. *Massiliensem.*

audentibus prohibere, de communi fratrum nostrorum consilio, memoratam Boadenensem ecclesiam eidem episcopo et ecclesie sue ac predictis canonicis adjudicavimus, abbati et monachis Massiliensibus, tam super proprietate quam super possessione perpetuum silencium imponentes. Statuimus etiam ut concordia illa, que tam super hiis quam super aliis facta est, sicut in autentico instrumento exinde facto noscitur contineri, firmiter observetur, et ea que non fuerunt hactenus observata vel effectui mancipata de cetero in integrum observentur et hinc inde effectui mancipentur. Sane omnia privilegia seu instrumenta contra hanc sententiam a nobis vel aliis Romanis pontificibus impetrata, nullas vires in posterum decernimus obtinere. Ut autem hec nostra diffinitio futuris semper temporibus inviolabiliter observetur, eam auctoritate sedis apostolice confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, statuentes, *etc.*

* Ego Alexander, catholice ecclesie episcopus. f° 48.

Ego Gregorius, Sabinensis episcopus.

Ego Jacinctus, diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn.

Ego Ubaldus, Hostiensis episcopus.

Ego Hubaldus, presbiter cardinalis titulo sancte Crucis in Yerusalem.

Data apud Montem Pessulanum, per manum Hermanni, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii, II nonas julii, indictione X, incarnationis dominice anno M°C°LX°II°, pontificatus vero domni Alexandri pape III anno tercio.

853.

Honorius papa III. — Confirmatio abbaciarum, prioratuum, *etc.*

Bulla qua Honorius papa III possessiones libertatesque Massiliensis monasterii eadem forma confirmat, qua Innocentius papa II[1]. 18 jun. 1218.

* Ego Honorius, catholice ecclesie episcopus. f° 51.

Ego Nicholaus, Tusculanus episcopus.

Ego Guido, Prenestinus episcopus.

[1] Vid. sup. p. 844.

Ego Pelagius, Albanensis episcopus.

Ego Leo, titulo sancte Crucis in Yerusalem presbiter cardinalis.

Ego Petrus, sancte Pudenciane titulo Pastoris presbiter cardinalis.

Ego Robertus, titulo sancti Stephani in Celio monte presbiter cardinalis.

Ego Stephanus, basilice duodecim apostolorum presbiter cardinalis.

Ego Gregorius, titulo sancte Anastasie presbiter cardinalis.

Ego Thomas, titulo sancte Sabine presbiter cardinalis.

Ego Guido, sancti Nycholay in carcere Tulliano diaconus cardinalis.

Ego Octavianus, sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis.

Ego Gregorius, sancti Theodori diaconus cardinalis.

Ego Rainerius, sancte Marie in Cosmydyn diaconus cardinalis.

Ego Romanus, sancti Angeli diaconus cardinalis.

Ego Stephanus, sancti Adriani diaconus cardinalis.

Ego Aleprandinus, sancti Eustachii diaconus cardinalis.

Ego Egidius, sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis.

Data Rome apud sanctum Petrum, per manum Rainerii, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, x° III kalendas julii, indictione VI^a^, incarnationis dominice anno M° CC° X° VIII, pontificatus vero domni Honorii pape III anno secundo.

v°. 854.

Honorius papa III. — Carta de valle Tretis.

16 jun. 1218. Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Arelatensi, Aquensi archiepiscopis et eorum suffraganeis, salutem et apostolicam benedictionem. Quanto, *etc.* Sane dilecti filii abbas et conventus sancti Victoris Massiliensis, exhibita nobis peticione, monstrarunt quod vos vallem de Tretis, que ad ipsos in temporalibus et spiritualibus pertinet pleno jure, requisiti ab eis humiliter et devote, pro consignandis pueris, renuitis visitare. Ne igitur ex hoc emulationis nota vobis possit impingi, quasi nolitis ibi lucrum querere animarum ubi commodum non potestis consequi temporale, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, cum ab eodem abbate fueritis

requisiti, vallem ipsam ad consignandos pueros et alia sacramenta ecclesiastica exhibenda, que non nisi ab episcopis possunt conferri, vicissim singuli visitetis.

Data Rome apud sanctum Petrum x° vi° kalendas julii, pontificatus nostri anno secundo.

855.

Carta constitutionis Clementis pape [III].

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis A. abbati et fratribus Massiliensis monasterii, salutem et apostolicam benedictionem. Cum inter, *etc.* Sane cum tu, dilecte fili abbas, et quidam ex monachis ex parte capituli ad nostram presentiam venissetis, et ipsi monachi plurima circa [1] quandam compositionem que olim inita fuerat allegassent, tandem in hanc formam compositionis insimul convenerunt, ut ad conservationem ordinis monachi districtius compellantur, nec adversus correctiones unus alterum defensare presumat, et ne ipsi abbati vel prioribus, majori silicet vel claustrali, contumaces vel rebelles existant, et, si qua juramenta vel pactiones ab abbate et monachis facte sunt, penitus irritentur, et ne fiant, * ad monasterii detrimentum, in posterum caveatur. Preterea, pro statu monasterii tam in spiritualibus quam in temporalibus conservando, firmiter statuatur ut semel in anno generale capitulum celebretur in quo mores valeant, auctore Domino, reformari, et si aliquis prior cesserit vel decesserit et instituendus vel destituendus fuerit, tunc abbas, consilio majorum qui maturioris vel sanioris consilii fuerint, seniorum et officialium monasterii et precipue prioris majoris, quorum consilio sicut in his ita et in aliis negociis tractandis utetur, in locum cedentis vel decedentis seu destituti prioris poterit alium subrogare. Consiliarii quoque dare abbati consilium teneantur, et, si consenserint, effectui mancipetur; si vero dissenserint, abbas sanioribus acquiescat. Insuper, ad debita monasterii relevanda, singuli prioratus conferant et honores, secundum quod statutum est, quando fratres debuerint ad generale capi-

25 jun. 1188.

f° 32.

[1] Forl. pro *contra*.

tulum convenire. Census annuos priores statutis temporibus sine diminutione persolvant, nisi forte, de communi consilio, cognita eorum inpotentia fuerit dispensatum. In prioratibus priores immobilia non obligent nec aliquatenus alienent, nec debita ultra centum solidos contrahant absque abbatis vel prioris majoris et supradictorum assensu, nisi tam evidens necessitas fuerit et utilitas manifesta, que aliter factum evidenter valeat excusare. De debitis autem et eorum diminutione vel augmento annis singulis in capitulo, quod generaliter celebrabitur semel in anno, reddant singuli rationem. Abbas contrahere debita ultra mille solidos nequeat sine consilio predictorum, nisi tam evidens necessitas aut manifesta utilitas urgeat, propter quam non possit consilium expectari. Absente abbate, simili modo prior major consilio predictorum in his que fuerint agenda procedat. Hospitationes immoderate et exactiones in prioratibus ab abbate et priore majore non fiant. Si quis autem prior contra statutum hoc venerit, ab ipso prioratu, si, ab abbate vel priore majore secundo terciove commonitus, non emendaverit, deponatur. Quod si abbas vel prior major contra hoc venerit, et, secundo terciove ab his vel aliquibus ex his quorum consilio negocia monasterii pertractantur in capitulo commoniti, non emendaverint, cessent ab omnium ecclesiarum ingressu, et quicquid interim de rebus monasterii disposuerint sit irritum et inane, omnibus deductis in irritum que contra hec ab aliquo fuerint impetrata. Quoniam igitur eadem compositio * nobis et fratribus nostris placuit, et intelleximus eam ad vestrarum animarum salutem et profectum monasterii redundare, nos ipsam auctoritate apostolica duximus confirmandam et presentis scripti munimine roborandam, omnia juramenta que fuerunt prestita de prima compositione servanda (cum nimium videatur absurdum et regule beati Benedicti contrarium, ut in agendis monasterii tantum octo personarum consilium abbas sequi deberet, doctrina predicte regule asserente quod abbatem consilium majoris et sanioris partis capituli sequi oporteat, et per jam dictum modum alius evidenter fiebat prejudicium) in irritum reducentes. Insuper addimus compositioni jam dicte, ut abbas de consilio capituli vel majoris et sanioris partis ipsius monasterii negocia graviora pertractet.

Quod utique se facturum in nostra presencia juramento firmavit. Nulli ergo, *etc.*

Data Laterani, VII kalendas julii, pontificatus nostri anno primo.

856.

Carta constitutionis Bernardi cardinalis.

Bernardus, Dei gratia titulo sancti Petri ad Vincula presbiter cardi- 17 nov. 1195.
nalis, apostolice sedis legatus, venerabili fratri Hugoni, eadem gratia sancti Victoris Massiliensis abbati, et dilectis filiis ejusdem monasterii monachis, salutem et sinceram dilectionem in Domino. Cum in partes Provincie ex mandato domini pape Celestini III legatione fungeremur, et Massiliam venissemus, et videremus monasterium sancti Victoris Massiliensis in pluribus deformatum, volentes reformationi ejus et utilitatibus providere, habito consilio venerabilium fratrum nostrorum Forojuliensis episcopi, quondam monachi et abbatis ejusdem monasterii, Biterrensis et Cistericensis episcoporum et tue[1], frater abbas, et illorum quatuor monachorum quos ad reformationem monasterii, de voluntate et consilio totius capituli, nobis adjunxeximus, sub pena[2] officii et beneficii et ejectionis a monasterio in perpetuum, cuilibet vestrum vobis, dilecti filii monachi sancti Victoris, precipimus, ut ordo beati Benedicti servetur in monasterio isto sancti Victoris secundum antiquam consuetudinem istius monasterii. Ut carnes infra circuitum muros[3] monasterii nullus comedat, nisi infirmus esset vel valde debilis, et tunc de licencia abbatis vel prioris, si abbas presens non fuerit. * Omnes comedant simul in uno refectorio, nisi extra comederetur et ex 1° 53.
necessitate, et tunc de licencia abbatis. Omnes simul jaceant in uno dormitorio, excepto sacrista qui custodit ecclesiam et sociis ejus, et exceptis debilibus et infirmis et illis qui portas custodiunt. In camera nullus jaceat, excepto abbate et qui cum eo sunt in camera. Silencium secundum antiquam consuetudinem hujus monasterii firmiter obser-

[1] Pro *tuo*.
[2] Fort. suppl., *emissionis*.
[3] Corrig., *murorum*.

vetur in certis locis et temporibus. Extra claustrum nullus exire audeat absque licentia ipsius ad quem spectat dare licenciam, nisi sit cellerarius, elemosinarius, dispensator et sacrista qui est custos ecclesie, qui imminente necessitate exeant. In ecclesia nullus moram faciat vel intret vel exeat, nisi secundum antiquam consuetudinem istius monasterii. Conspirationem contra abbatem vel contra priorem claustralem, ut libere non possit correctiones exercere et ordinem tenere vel de his que ad domum spectant disponere secundum antiquam consuetudinem, vel propter hec ad Romanam ecclesiam appellare, ut sic aliquis sub obtentu appellationis maliciam suam foveat, omnino sub excommunicatione fieri prohibemus. In lectis vel in vestibus, lineis pannis nullatenus utantur, nisi pro femoralibus et pulvinaribus. Proprium nullus habeat nec etiam officialis aliquis, quia que habet pro communi utilitate habere debet et non pro sua. Si quis autem pecuniam in auro vel argento vel in aliis habet, infra VII dies totam resignet abbati in presencia capituli, et, si resignare nollet et in hoc deprehenderetur, de monasterio eciatur[1], donec ad mandatum abbatis et capituli rediret. Nullus prioratus duos vel duo officia in monasterio vel extra habeat, nisi abbas et sanior et[2] pars capituli pro evidenti utilitate ecclesie vel necessitate viderint expedire. Abbas fratribus omnibus in suis necessitatibus, secundum quod cuique opus est et viderit expedire, faciat providere. Priorem claustralem virum bonum religiosum timentem Deum et scientem ordinem, secundum hujus monasterii antiquam consuetudinem, fratres habeant, qui prior in omni humilitate obediat abbati suo; et si (quod absit!) contra eum conspirationem vel rebellionem faceret et non secundum regulam ei obediret, donec ad abbatis rediret mandatum, remota appellatione, eum ab officio et beneficio posset suspendere, quia appellatio illa non valet quam quis propter suam maliciam fovendam interponit. Si autem abbas presens non esset in monasterio, potestas abbatis penes priorem claustralem remaneat in hiis que ad ordinem et ad utilitatem monasterii pertinent. Camerarium vero monachum habeant. Item elemosinarium habeant mona-

[1] Pro *ejiciatur*.

[2] Fort. *sanior et major pars*.

chum, virum bonum * qui bene pauperibus noverit dispensare. Officium autem sacriste majoris atque cellerarii abbas exerceat, quos [1] non videmus illos qui tenent sacristanias seu cellas seu prioratus quod melius possint cogi quam per abbatem ad sensus [2] reddendos. Abbati autem in omnibus et ab omnibus, secundum regulam beati Benedicti, obediatur. Firmiter insuper sub excommunicatione prohibemus, ut nullus monachus sine licencia armararii libros de armario extrahat vel extra monasterium ferat; quod si fecerit et dicto armario [3] infra VII dies in presentia capituli non attulerit, et in hoc reprehendi poterit, de monasterio eiciatur, donec ad mandatum abbatis et capituli redeat. Nullus etiam monachus istius monasterii, sive sit extra vel intra, pro aliis peccunia mutuanda pro se vel pro alio juret vel fidejussor existat. Firmiter insuper sub excommunicatione prohibemus, ut nullus in dormitorio vel in refectorio vel in aliqua officinarum seu infra ambitum murorum monasterii furtum committat, et quicumque scierit et non manifestaverit, eandem penam incurrat. Nullus monachorum ad civitatem solus vadat, sed cum honesto socio, quem ei abbas vel prior dederit. Indicimus etiam sub pena superius dicta, quatenus omnes [4], cujuscunque facultatis fuerint, exceptis tamen breviariis, sive sint abbatum sive monachorum vel etiam donatorum, post eorum obitum, ad armarium dicti monasterii debeant restitui; libros autem extra monasterium sublatos, quocumque modo sublati fuerint, sub eadem pena jubemus infra quattuor menses in armario dicti monasterii restitui et afferri. Ut autem hec nostre constitutionis pagina perpetuam obtineat firmitatem, eam nostri sigilli munimine roboramus. Si quis igitur, *etc.* v°.

Actum est hoc in capitulo sancti Victoris Massiliensis, anno Domini M° c° xcv, xv kalendas decembris, tempore domini Celestini III pape, anno pontificatus ejus quinto.

Ego vero Isnardus, publicus notarius Massiliensis, nichil addens vel diminuens, hanc cartam ex originali instrumento traxi et propria manu scripsi et signo meo signavi.

[1] Sic.
[2] Corr., *census*.
[3] Fort. pro *armarario*.
[4] Fort. suppl., *libri*.

857.

Innocencius papa III. — Confirmatio ejusdem.

7 maii 1199. Epistola qua Innocencius papa III confirmat constitutiones editas a Bernardo cardinali [1].

[1] 54. Data Laterani, nonis maii, pontificatus nostri anno secundo.

858.

Honorii pape III. — Carta defunctorum.

15 febr. 1219. Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et fratribus sancti Victoris Massiliensis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum hominum, *etc.* Sicut autem vestra nobis relatio patefecit, mos antiquus hactenus habuit, ut mortuorum corpora qui sepulturam apud vestrum monasterium elegerunt, extra civitatem, canonicis matricis ecclesie ac clericis prosequentibus, deferrentur. Quoniam igitur canonici se subtrahunt ab hujusmodi funeribus exequendis, volentes cenobio vestro sub hoc pretextu solitas subtrahere sepulturas, ad exemplar felicis recordationis Clementis pape, predecessoris nostri, universitati vestre presentibus indulgemus, quatinus, si, a vobis commoniti, secundum antiquam consuetudinem ad obsequia maliciose convenire noluerint * requisiti, aliquibus de vestro collegio, sine alicujus appellationis vel contradictionis obstaculo, liceat de mortuorum domibus ad vestrum cenobium eorum corpora deportare, qui scilicet se apud vos devoverint sepelliri. Nulli ergo, *etc.*

[v°.]

Data Laterani, xv kalendas marcii, pontificatus nostri anno tercio.

859.

Gregorius papa VII. — Confirmatio.

18 apr. 1081. Gregorius episcopus, servus servorum Dei, karissimo fratri Ricardo,

[1] Vid. sup. n. 856

sancte Romane ecclesie cardinali presbitero et cenobii Massiliensis abbati, ejusque successoribus legittime promovendis, in perpetuum. Potestatem ligandi atque solvendi in celis et in terra beato Petro ejusque successoribus, auctore Domino, principaliter traditam illis ecclesia verbis agnoscit, quibus Petrum est idem Dominus allocutus[1] : « Quecunque ligaveris super terram erunt ligata et in celis, et quecunque solveris super terram erunt soluta et in celis. » Ipsi quoque et proprie firmitas et aliene fidei confirmatio ab eodem Domino auctore prestatur, cum ad eum dicitur : « Rogavi pro te ne deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. » Oportet ergo nos, qui, licet indigni, Petri residemus in loco, prava corrigere, recta firmare, et in omni ecclesia, prout ipse et scire et posse dederit, sic disponenda disponere, ut de vultu ejus judicium nostrum prodeat et oculi nostri videant equitatem. Ceterum, cum universis sancte ecclesie filiis[2] et apostolice sedis auctoritate ac benivolencia debitores existamus, venerabilibus tamen[3] locis atque personis que speciali atque familiari devotione Romane adherent ecclesie, queque excellentiori religionis gloria[4] eminent, propensiori nos convenit karitatis studio imminere. Pro amore igitur beate et gloriose semperque virginis Dei genitricis Marie ac beatorum apostolorum Petri et Pauli, in quorum honore vestrum est cenobium edificatum, beati quoque Victoris martiris, cujus corpus in eo requiescere creditur, tibi, frater dilectissime R., tuisque successoribus regulariter substituendis, hujusmodi * privilegia f° 55. per presentem decreti nostri paginam firmamus, constituentes ut queque hactenus cenobium vestrum legittime canoniceque possedit, queque in crastinum eodem tenore adquirere potuerit, integra tibi et illibata tuisque successoribus maneant, eorum usibus pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt omnimodis profutura. Concedimus etiam tibi tuisque successoribus in episcopatu Neumasensi ecclesiam sancti Petri de Mairoisso cum omnibus sibi pertinentibus, quam Petrus, Neumasensis episcopus, in presencia plurimorum episco-

[1] Cod. *alloquitur*.
[2] Cod. *filius*.
[3] Cod. *tantum*.
[4] Cod. *glorie*.

porum ac Romane ecclesie cardinalium, in manu nostra tibi et monasterio Massiliensi tradidit. Confirmamus etenim tibi ecclesias quas in prefato episcopatu habes, videlicet cellam que vocatur Airas et cellam de Vigano et cellam de Saumanna, cum omnibus sibi pertinentibus. Si quis autem archiepiscopus, episcopus, rex, princeps, dux, marchio, comes, viccomes, vel persona quelibet clericalis aut laicalis, nostrum hoc privilegium temerare vel res vestri cenobii temere invadere aut minuere vel suis usibus applicare presumpserit, secundo terciove commonitus, si non congrue satisfecerit, a corpore sancte ecclesie eum auctoritate potestatis apostolice segregamus. Conservantibus autem pax a Deo et misericordia presentibus ac futuris seculis conservetur. Amen. [*Locus sigilli.*]

Datum Rome, x° III kalendas maii, per manus Petri, sancte Romane ecclesie cardinalis ac bibliotecharii, anno VII pontificatus domni Gregorii pape VII, indictione II.

860.

Gregorius papa VII. — Montis Majoris.

1081 ? G. episcopus, servus servorum Dei, monachis sancti Petri de Monte Majore, salutem et apostolicam benedictionem, si obedierint. Notum sit vobis nos monasterium in quo estis cure et providentie filii nostri Ricardi, cardinalis sancte Romane ecclesie et abbatis Massiliensis, commisisse, cujus dispositioni volumus vos, sicut oportet, obedire et devotos existere. Precipimus autem vobis ut nullo ingenio perturbetis potestatem sibi creditam, scilicet quominus valeat prefatum monasterium, secundum Deum et quod rectum videbitur, ordinare. Si quis
v°. ergo, temerario ausu contra * hoc nostrum salubre mandatum se erigens, eum impedire conatus fuerit, sciat se omnesque suos in hac re fautores esse excommunicatos. Qui vero illi consenserit et ordinationi ipsius humiliter, sicut religiosum decet, obtemperaverit, beatum Petrum, cujus juris illa ecclesia est, hic et in futuro propitium habere merebitur [1].

[1] Vid. sup., n. 842, epistolam qua Gregorius papa VII monasterium Montis Majoris

861.

[Gregorius papa IX]. — Carta de mitra et anulo.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio abbati mo- 7 jun. 1238.
nasterii sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem. Ut pulchra, *etc.* Ea propter, dilecte in Domino fili abbas, tuis et dilectorum filiorum conventus tui devotis precibus inclinati, usum mitre et anuli tibi et successoribus tuis im perpetuum duximus concedendum. Nulli ergo, *etc.*

Data Laterani, VII idus junii, pontificatus nostri anno duodecimo.

862.

Carta consolationis Onorii pape [III].

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati 29 mart. 1219.
et conventui sancti Victoris Massiliensis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum, ad servitutem Domini accedentes, in qua vera probatur esse libertas, ita credamini ad temptationem vestras animas preparasse, ut passiones hujus temporis, que nequaquam condigne sunt ad futuram gloriam que in Christi revelabitur amatore[1], non solum equanimiter tolleretis[2], verum etiam, in eisdem cum Appostollo gloriantes, gaudeatis quod pro nomine Jhesu digni estis angustias sustinere, super hiis que contra vos mundus ex adverso mollitur, quia, ut speramus, omnia vobis cooperabuntur in bonum, non tam vobis compatimur quam pacientie vestre paterno congaudemus affectu, firmam spem fiduciamque tenentes, quod fidelis Deus non pacietur vos temptari ultra quam sustinere possitis, sed faciet cum temptatione proventum, ut, in paucis vexati, in multis bene disponamini, * utpote Deo f° 56.
digni. Ceterum, quia, quantumcumque filius stare videatur imperterritus in agone, non potest pater secure spectare ictus adversarii violentes[3],

Ricardo cardinali committit; quæ cum fuerit a. 1081 data, conjiciendum est eam eodem anno ad monachos Montis Majoris missam fuisse, quam nunc edimus, epistolam.

[1] Cod. *amatores*.
[2] Pro *toleretis*.
[3] Fort. pro *violentos*.

nos, qui et angustiarum vestrarum non possumus non esse participes, et gaudiorum cupimus esse consortes, caritatem vestram monemus et hortamur attente, per apostolica scripta mandantes, quatinus, provide attendentes quod, dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia que possidet, ita studeatis vestri cordis atrium custodire, ut non solum in exercitatione nulla pusillanimitate turbemini, verum etiam exinde perfectius eruditi efficiatis, ut mundi sevientis adversa vobis ad felicitatis cumulum proveniant pociorem, certi quod vos, tamquam speciales ecclesie Romane filios, gerentes in visceribus caritatis, disponimus vos et monasterium vestrum favorabiliter confovere. Obsecramus autem vos universos et singulos, ut, in orationibus vestris nostri memoriam facientes, offeratis pro nobis Domino vestrorum vitulos labiorum, ubi Patri Filius ineffabiliter victimatur.

Data Laterani, iii kalendas aprilis, pontificatus nostri anno tercio.

863.

Gregorius papa IX. — Quod priores non recipiant clericos vel donatos.

9 oct. 1228. Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii sancti Victoris Massiliensis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis, *etc.* Cum igitur, sicut ex parte vestra nobis exhibita peticio continebat, deliberatione provida duxeritis statuendum, ut, in prioratibus vobis immediate subjectis, nullus recipiatur per priores, in eisdem prioratibus pro tempore existentes, in clericum et in fratrem absque vestra licencia speciali; nos, precibus vestris benignum imparcientes assensum, statutum hujusmodi, sicut provide factum est, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, *etc.*

v. * Data Anagnie, vii idus octobris, pontificatus nostri anno duodecimo.

864.

Carta confirmationis de tenemento monasterii, Onorii pape [III].

18 jan. 1218. Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et

conventui monasterii sancti Victoris Massiliensis, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium, *etc.* Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis precibus inclinati, portum, ripas et terras eidem portui ex parte vestri monasterii adjacentes usque ad columpnam fixam in via que vocatur Calata, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, habitantes nichilominus et habitaturos in eis sub beati Petri et nostra protectione specialiter admittentes. Ad indicium autem hujus confirmationis et protectionis a nobis percepte, singule habitationes locorum ipsorum denarium unum, census nomine, prout vos liberaliter optulistis, annuatim ecclesie Romane persolvent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Rome apud sanctum Petrum, x° im kalendas julii, pontificatus nostri anno secundo.

865.

Carta decimarum et possessionum. 1° 57.

(Edit. in *Antiq. de Mars.*, I, 473.)

Anastasius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus 20 dec. 1153.
R. Arelatensi, P. Aquensi et G. Ebredunensi archiepiscopis et ceteris episcopis per Provinciam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Massiliense monasterium ad Romanam specialiter ecclesiam pertinere, vestra, ut credimus, dilectio non ignorat. Quamobrem fraternitatem vestram rogamus atque precipimus, ut possessiones omnes quas idem monasterium per quadraginta et eo amplius annos quiete tenuisse cognoscitur, decimas etiam quas per ejusdem temporis spacium in Ceseresta, Cathedra, Almis, Nantis vel aliis locis per Provinciam constitutis, pacifice tenuisse probatur, quietas ei etiam in posterum dimittatis, et jura ipsius ab aliquo non permittatis auferri vel

aliqua temeritate inminui. Si quis autem juris quicquam in eis se habere confidit, sedem apostolicam adeat, et nos ei plenariam, prestante Deo, justiciam faciemus.

Data Laterani, XII kalendas januarii.

866.

Carta ad archiepiscopos, ut malefactores debeant cohercere.

(Edit. in *Antiq. de l'égl. de Marseille*, I, 460.)

30 mart. 1144. Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus P[1]. Bituricensi, A[2]. Narbonensi, R[3]. Arelatensi, P[4]. Aquensi, G[5]. Ebredunensi archiepiscopis, et eorum suffraganeis, salutem et apostolicam benedictionem. Veniens ad apostolicam sedem dilectus filius noster P. abbas Massiliensis, gravem in presentia nostra querelam deposuit, quod parrochiani vestri ecclesie sue bona violenter auferant et injuste detineant. Monasteria quoque et obedientias ipsius multis molestiis vexant, et quietem fratrum suorum omnino perturbant. Vos vero qui, patroni justicie constituti, malefactoribus acriter puniendo obviare debetis, silencio preterire patimini. Quia igitur raptores et rerum ecclesiasticarum invasores canonica Scriptura sacrilegos judicat et a matris
v°. ecclesie arcet liminibus, per presencia vobis scripta mandamus, quatinus eosdem malefactores prefato filio nostro abbati ablata cum integritate restituere et de cetero ab ipsius infestatione cessare et de tantis excessibus digne satisfacere districte commoneatis. Quod si contemptores extiterint, de eis tanquam de sacrilegis et de terris ipsorum justiciam faciatis.

Data Laterani, III kalendas aprilis.

867.

Carta pro debitis monasterii.

30 april. 1182 vel 1183. Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et

[1] Petrus I.
[2] Arnaldus I.
[3] Raimundus II.
[4] Pontius III.
[5] Guillelmus III.

capitulo Massiliensi, salutem et apostolicam benedictionem. Quanto monasterium vestrum specialius nobis est, nullo mediante, subjectum, tanto dolemus gravius quod tam magno, sicut audimus, premitur honere debitorum, ut ab eo relevari non possit, nisi possessiones obligentur ad tempus. Inde est quod nos ejus relevationi volentes, prout debemus, intendere, auctoritate vobis presencium indulgemus, ut possessiones aliquas, honores vel redditus monasterii, cum consilio tamen et auctoritate venerabilis fratris nostri Aptensis episcopi et dilecti filii abbatis Silve Cane obligare possitis, eo quidem tenore ut fructus computentur in sortem, aut eciam ad certum et prefinitum tempus, sicut cum creditoribus melius convenire poteritis, teneantur, ita tamen ut, finito tempore, possessiones ipse libere et sine honere debitorum monasterio resignentur.

Data Velletri, II kalendas maii.

868.

Carta ad sublevandum honus debitorum.

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis nobilibus viris G. Rostagni et W. Anselmi, salutem et apostolicam benedictionem. Ea devocione monasterio Massiliensi, ob reverenciam Salvatoris, estis, sicut arbitramur, astricti, ut non dubitemus quin de ipsius gravaminibus et incommodis doleatis, et relevationi ejus velitis, sicut devoti filii, sollicitam operam adhibere. Inde est quod, cum idem monasterium, sicut nosse vos credimus, non possit a debitis quibus valde premitur liberari, nisi possessiones ejus obligentur ad tempus, monemus discrecionem vestram attencius et hortamur, quatenus possessiones, honores et redditus ipsius monasterii, solutis de peccunia vestra debitis ejus, *tenendos ad certum terminum, sicut cum abbate et fratribus convenire poteritis, de consilio tamen venerabilis fratris nostri Aptensis episcopi et dilecti filii abbatis Silve Cane, recipere minime dubitetis, eo quidem tenore ut fructus possessionum ipsarum infra prescriptum terminum vestris usibus cedant, et, termino ipso finito, eedem possessiones libere et sine onere debitorum nonasterio resi-

30 apr. 1182 vel 1183.

f° 58.

gnentur. Nos autem predicto abbati et fratribus Massiliensibus possessiones monasterii, cum consilio prefati episcopi et abbatis, taliter obligandi liberam concessimus facultatem.

Data Velletri, II kalendas maii.

869.

Quod ecclesie non debeant construi in parrochiis nostris.

30 apr. 1182 vel 1083. Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis A. abbati et capitulo Massiliensi, salutem et apostolicam benedictionem. Etsi de universis, *etc.* Inde est quod monasterio vestro, sicut nostro speciali, volentes, prout tenemur, adesse, presenti scripto vobis duximus indulgendum, ne cui ecclesiastice secularive[1] persone infra parrochias ecclesiarum vestrarum, salvis tamen privilegiis apostolicis, facultas pateat, sine assensu vestro et auctoritate diocesani[2] episcopi, ecclesiam de novo vel oratorium construendi. Nulli ergo, *etc.*

Data Velletri, II kalendas maii.

870.

Carta compositionis de Chardao et Mandanoys.

1180. Notum fieri volumus tam futuris quam presentibus, quod ego Henricus, Dei gratia Aquensis archiepiscopus, in presentia domini Petri, Aptensis episcopi, et domini Bermundi, Sistericensis antistitis, presentibus etiam multis honestis viris, misso nobiscum assessore Willelmo Borrelli a domino Gregorio, Vapincense episcopo, cum in manum ipsius et nostram causa, que inter Massilienses monachos et canonicos
v° de Cardaun agitabatur, a domino papa* tractanda et fine debito terminanda delegata fuisset, statuta die et loco, apud Sisteronem eandem causam suscepimus discuciendam. Siquidem super tribus ecclesiis, scilicet sancti Martini de Cornilione, Besalduni, Scale, necnon etiam de campo Barbe et de dominicatura dominorum Scale, inter eos eatenus

[1] Cod. *secularis*. [2] Cod. *diocesano*.

interminabilis contentio perduraverat. Nos igitur ibidem, Spiritus Sancti gratia favente, vocatis utrisque partibus ante nostram presentiam, hinc inde propositis et sufficienter auditis allegationibus, depositione etiam testium subsecuta, non quidem per sententiam, sed medio moderamine utentes, amicabili fine causam terminavimus. Itaque ecclesiam Scale cum omnibus pertinenciis suis et universo parrochiali redditu, tam de burgueto quam de castro, campum etiam Barbe et dominicaturam dominorum monachis Massiliensibus assignavimus. Eodem etiam tenore, ecclesiam Besalduni con jure parrochiali et ecclesiam sancti Martini de Cornilione, cum omni sua dominicatura et cum decimis que de eadem dominicatura forte possent provenire, canonicis attribuimus. De mortalagiis etiam ita statuimus, ut unaquęque istarum ecclesiarum, quicquid a testatore ei relictum fuerit, per integrum et absque diminutione[1] habeat. De sepulturis vero ita fiat, ut apud quamcunque istarum ecclesiarum parrochianus quilibet sepelliri deliberaverit, ibi sine contradictione sepelliatur; qui vero intestatus decesserit, non nisi in propria parrochia sepelliatur.

Actum apud Sisterionem feliciter, anno ab incarnatione Domini M° C° LXXV°, indictione XII.

Testes fuerunt isti : Guido prepositus Aquensis, Petrus Grossus Forcalcariensis prepositus, magister Stephanus Aptensis canonicus, Ugo Raimundi legista, Berengarius de Areis, Attanulfus de Turriis, W. canonicus ejusdem frater, W. de Piniano, Raimundus Aira, Johannes de Dromun, Isnardus Paller, Aldebertus de Volona, W. Aldoardi capellanus archiepiscopi, et ego Alexander, capellanus et scriba ejusdem, qui compositioni huic interfui. Ego Henricus, Aquensis archiepiscopus, hanc transactionem et subscripsi. Ego Gregorius, Vapicensis episcopus, hanc transactionem confirmavi et proprii sigilli impressione corroboravi.

[1] Cod. *diminutionem*.

f° 59.

871.

Confirmatio ejusdem.

1 apr. 1184. Epistola Lucii papæ III, ad Raimundum priorem et fratres de Mandanois directa, qua compositionem inter dictos fratres et præpositum de Cardao initam confirmat[1].

Data Verulis, II nonas aprilis.

872.

Confirmatio castrorum.

24 sept. 1238. Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, *etc.* Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, de Sex Furnis, de Nautis, de Catedra, de Cesceresta, et alia castra, villas, possessiones, redditus et alia bona vestra, sicute a omnia juste ac pacifice possidetis, necnon antiquas et rationabiles monasterii vestri consuetudines, hactenus pacifice observatas, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus

v°. et presentis scripti patrocinio * communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, *etc.*

Data Anagnie, VIII kalendas octobris, pontificatus nostri anno duodecimo.

873.

Confirmatio Sex Furnorum.

10 jun. 1157. Adrianus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis W.[2], Massiliensi abbati, ejusque fratribus, salutem et apostolicam benedictionem. Etsi universis, *etc.* Hujus utique rationis intuitu, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, castrum de Sex Furnis cum omnibus terminis et pertinenciis suis, in quo agriculturam ad susten-

[1] Vide litteras Henrici, Aquensis archiepiscopi, sup., n. 870.

[2] Willelmus I, 1147 — 1163.

tationem vestram constituistis, vobis auctoritate apostolica confirmamus, et eumdem locum ab omni gravamine, indebita exactione et quorumlibet iniquorum vexatione immunem ac liberum esse censemus. Transactionem quoque, quam cum filiis Raimundi de Gaufrido, Massiliensis vicecomitis, super tercia parte castelli de Sex Furnis, in curia dilecti filii nostri Barchinonensis comitis, rationabiliter fecistis, sicut in instramento exinde facto noscitur contineri, auctoritate sedis apostolice nichilominus roboramus. Quicumque igitur, *etc.*

Data Laterani, quarto idus junii.

874.

De eodem.

Epistola Alexandri papæ III, ad Petrum[1], Massiliensem abbatem, directa, qua monasterio confirmat castrum de Sex Furnis. Præterea laudat transactionem cum filiis Raimundi de Gaufrido, Massiliensis vicecomitis, « in curia bone memorie quondam Barchinonensis comitis » factam[2]. 15 mart. 1166 vel 1167 aut 1178.

Data Laterani, idus marcii. f° 60.

875.

Carta ad tutelam familie domus.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis P.[3] abbati et fratribus Massiliensibus, salutem et apostolicam benedictionem. In apostolica, *etc.* Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus inclinati, ne aliquis in his que ad vestros proprios usus pertinent, velut sunt proprii labores quos abbas, cellerarius, sacrista, helemosinarius vel camerarii fecerint, homines quoque, oves et boves et cujuscumque generis animalia ad labores illos deputata et annui census eorum officiis debiti, jumenta et homines ad hos labores et census colligendos * et deferendos deputati, violentiam vel rapinam 21 maii 1170. v°.

[1] Petrus III, 1166 — 1178.
[2] Vid. superiorem epistolam.
[3] Petrus III.

presumat inferre, sub interminatione anathematis prohibemus. Decernimus ergo, *etc.*

Data Verulis, XII kalendas junii.

876.

28 maii 1165. Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Aquensi archiepiscopo et suffraganeis ejus, salutem et apostolicam benedictionem. Cum ex injuncto, *etc.* Pervenit autem ad audientiam nostram, quod vos in ecclesiis ad Massiliense monasterium pertinentibus, qualibet occasione, interdicti sententiam promulgatis, et easdem ecclesias multis fatigare gravaminibus non cessatis. Unde, quoniam tanto eis propensius nos oportet intendere, quanto idem monasterium specialius sub beati Petri et nostra tutela consistit, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus, quandiu fratres Massilienses vobis sub idoneo judice justiciam facere voluerint, in ecclesiis suis interdicti sententiam pro excessibus monachorum vel conversorum ejusdem monasterii nullatenus proferatis, et ab eorum infestationibus ulterius desistatis, ita quod eorum querela adversum vos de cetero in nostra presentia non debeat aliquatenus replicari.

Data apud Clarum Montem, V kalendas junii.

877.

Quod prior major non debeat tenere aliam amministrationem.

12 jul. 1188. Clemens[1] episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Massiliensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem. Cum non sit facile ut unus, licet multum idoneus, vicem duarum sustinere valeat perso-
f° 61. narum, non credimus a monasterii tui vacare dispendio, quod * prior major ipsius, cui satis sollicitudo ejusdem officii ad occupationem sufficere videretur, alium insuper obtinet prioratum, cujus dispositioni

[1] Clemens III.

dispensatoris providi, nullis etiam aliis curis impliciti, videretur necessario diligentia deputanda. Nolentes igitur prioratus alterutrius commodum deperire, devocioni tue presentibus litteris indulgemus, ut eundem priorem ab altero prioratuum, cum utrumque commode amministrare non valeat, de fratrum vel sanioris partis consilio, prout elegerit, secundum beati Benedicti regulam, sine appellationis obstaculo tibi liceat amovere. Nulli ergo, *etc.*

Data Laterani, nn idus julii, pontificatus nostri anno primo.

878.

Quod priores non debeant obligare possessiones.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Massiliensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem. Summo debent studio, *etc.* Sane, dilecte in Domino fili, cum a te postulatur quod saluti congruit animarum, gaudemus plurimum et libenter operam damus, ubi expedit peccati fomentum extinguere et ab ecclesia Dei omnem materiam scandali plenius extirpare. Eapropter tuis justis postulationibus libenter annuimus, et presentibus litteris indulgemus, ut priores ecclesiarum tuarum, si sine assensu tuo et conniventia capituli tui, honores sibi commissos pignori obligare vel alienare presumpserint, liceat tibi revocare in claustrum, et, salva in omnibus ordinis disciplina, secundum beati Benedicti regulam, castigare. Nulli ergo, *etc.* 6 nov. 1188.

* Data Laterani[1], viii idus novembris, pontificatus nostri anno primo. v°.

879.

Contra contumaces et rebelles.

Clemens[2] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis A.[3] abbati, R. priori et conventui monasterii Massiliensis, salutem et apostolicam 23 febr. 1189.

[1] Cod. *Lateranen*, superaddita compendii nota.

[2] Clemens III.

[3] Astorgius.

benedictionem. In excessibus corrigendis, *etc.* Eapropter, vestris postulationibus annuentes, sententiam quam, de consuetudine vestri capituli, in quosdam qui pro sua contumacia vestris monitis et preceptis renuunt obedire, promulgastis, ut rationabiliter lata est, ratam habemus et auctoritate apostolica confirmamus. Preterea, si quando in aliquos de vestro collegio fuerit a vobis, secundum instituta regule, sentencia promulgata, illam decernimus ratam habendam, et precipimus usque ad satisfactionem congruam inviolabiliter observari. Nulli ergo, *etc.*

Data Laterani, VII kalendas marcii, pontificatus nostri anno secundo.

880.

Contra eos qui census retinent.

8 jan. 1209. Innocencius[1] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui Massiliensi, salutem et apostolicam benedictionem. Licet ab apostolo subjecti suis obedire prepositis moneantur, ut de ipsis possint, non gementes sed cum gaudio, reddere rationem, quidam tamen monachi, qui, vestras ecclesias obtinentes, pretextu earum vobis tenentur obedientiam et reverentiam exhibere, inicientes in compedem superbie pedem suum, calcaneum contra vos erigunt et parere aliquando vestris salubribus monitis et statutis contempnunt, censum, quem annis singulis vestro monasterio debent prestare, vobis solvere denegantes. Quod si eos regulariter corrigere vultis vel ab ipsis exigere supradicta, statim ad appellationis auxilium convolantes, con[2], juxta sententiam Sapientis, esse debeat in itinere contemptorum vorago, ipsius provocationis diffugio vestram penitus intentionem enervant, ac sic in suam perniciem, non salutem, liberiori tramite declinant in proprias voluptates. Unde a nobis humiliter postulastis ut super hoc vestris dignaremur indempnitatibus precavere. Cum igitur beneficium appellandi, non ad deffensionem errorum, sed ad oppressorum levamen et solacium sit inventum, vestris postulacionibus gra-

p. 62.

[1] Innocentius III.

[2] Pro *cum*.

tum imparcientes assensum, vobis duximus concedendum, quatinus, appellatione frustratoria non obstante, ab eis exigendi tam censum quam alia et eosdem regulariter corrigendi licenciam habeatis. Nulli ergo, *etc.*

Data Laterani[1], VI idus januarii, pontificatus nostri anno undecimo.

881.

Carta contra eos qui retinent census.

Urbanus[2] episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Massiliensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem. Ad aures apostolatus nostri pervenit quod monachi tui, prioratus aut alias amministrationes a te et tuo monasterio possidentes, cum inobedientes tibi et rebelles existunt, occasione dissensionis que inter te et illos interdum oritur, redditus ad sustentationem monachorum claustralium deputatos pro sua voluntate detinent et reddere contradicunt, unde idem fratres necessariis stipendiis sepe fraudantur. Nolentes igitur ut fratres, divinis obsequiis et ordini monastico mancipati, sustentatione debita temeritate cujuslibet defraudentur, auctoritate tibi presentium duximus indulgendum, quatinus monachos tuos, qui tibi taliter presumpserint inobedientes existere et redditus monachorum victui deputatos nequiter retinere, tibi liceat, nullius appellatione vel contradictione obstante, juxta regulam beati Benedicti corrigere, et eos pro quantitate delicti debita animadversione punire.

12 nov. 1186.

Data Verone, secundo idus novembris.

882.

v°.

Carta contra clericos beneficium petituros.

Innocentius[3] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui sancti Victoris Massiliensis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum, sicut peticio vestra nobis exhibita continebat, super

31 mart. 1245.

[1] Cod. *Lateranen.*
[2] Urbanus III.
[3] Innocentius IV.

provisionibus clericorum, quorum preces plerumque non possumus indurata facie pertransire, frequenter gravamina vos subire contingat, nos volentes super hiis et quieti vestre ac indempnitati vestri monasterii consulere in hac parte, auctoritate vobis presencium indulgemus, ut ad providendum aliquibus de cetero in beneficiis seu pensionibus compelli non possitis inviti, per litteras a sede apostolica vel ejus legatis optentas, que de indulgencia presenti plenam non fecerint mentionem. Nulli ergo, *etc.*

Data Lugduni, II kalendas aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

883.

Carta contra vicarios.

1 jun. 1245. Innocencius[1] episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio abbati sancti Egidii, Neumasensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Querelam dilectorum filiorum abbatis et conventus monasterii sancti Victoris Massiliensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, recepimus, continentem quod, cum ipsi, a tempore cujus non extat memoria, in ecclesiis ad eos pleno jure spectantibus, per monachos suos consueverint deservire, presbiteris secularibus, non tamen perpetuis, ad ministrandum sacramenta ecclesiastica parrochianis earum, associatis eisdem ac percipientibus victualia in communi mensa simul cum monachis supradictis, archiepiscopi et episcopi, in quorum diocesibus ecclesie ipse consistunt, ad presentandum sibi perpetuos vicarios in predictis ecclesiis et assignandum eis amplas de illarum proventibus porciones, contra generalem, antiquam et approbatam ac hactenus observatam regionis consuetudinem, ipsos compellunt invitos, in eos et prefatas ecclesias, nisi eis super hiis pareant,
f° 63. * interdicti et excommunicationis sententias promulgando. Quare dicti abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt, ut super hoc sibi providere paterna sollicitudine curaremus. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si res ita se habet, ipsis

[1] Innocentius IV.

archiepiscopis et episcopis auctoritate nostra expresse inhibeas, ne jam dictos abbatem et conventum super premissis compellant, contra consuetudinem memoratam; sentencias, si quas in ipsos vel eorum ecclesias hujusmodi occasione protulerint, denuncies penitus non tenere.

Data Lugduni, kalendis junii, pontificatus nostri anno secundo.

884.

Carta de confratribus confessionis.

Celestinus[1] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis confratribus sancte Marie de confessione Massiliensis monasterii, salutem et apostolicam benedictionem. Incumbit nobis, *etc.* Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis precibus annuentes, vos sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Cum autem generale interdictum terre fuerit, licitum sit confratres ad audiendum divina officia, nisi propriis culpis excommunicati vel interdicti fuerint, in ecclesiam eandem admitti. Decernimus ergo nulli, *etc.* 13 jul. 1195.

Data Laterani, ut idus julii, pontificatus nostri anno quinto.

885.

(Edid. D. Martene, *Ampliss. coll.*, I, 803.)

Eugenius[2] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis G. Coxianensi, Bisuldunensi, Balneolensi, Gerensi, Vabrensi, Castrensi et sancti Savini abbatibus, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectum filium nostrum G.[3], Massiliensem electum, cum litteris capituli et[4] fratribus ejusdem monasterii ad nostram presenciam venientem, benigne suscepimus, et, approbata ipsius electione, bene- 30 apr. 1149.

[1] Cœlestinus papa III.
[2] Eugenius papa III.
[3] Guillelmus I, electus, ut videtur, a. 1147.
[4] *Et*, quod deest in Cod., restituimus ex edit.

v°. dictionis gratiam ei contulimus. Ipsum itaque cum gratia sedis * apostolice ad propria remittentes, per presencia vobis scripta mandamus, quatinus ei, tanquam magistro vestro, debitam reverentiam et obedienciam deferatis, et ejus salubribus monitis humiliter pareatis.

Data Tusculani, II kalendas maii.

886.

Constitutio domni Boni Filii in generali capitulo facta.

1 nov. 1216. B., Dei gratia monasterii sancti Victoris Massiliensis abbas, venerabilibus ac dilectis in Christo fratribus nostris prioribus et aliis ecclesiarum nostrarum rectoribus, ad quos littere presentes pervenerint, salutem in Domino Jhesu Christo. Cum, in festivitate Omnium Sanctorum proxime preterita[1], universi fere fratres nostri ad monasterium pro generali capitulo celebrando undique confluxissent, juxta consuetudinem a majoribus nostris hactenus observatam et auctoritate sacrosancte Romane ecclesie approbatam, quia diversi pro amicis suis defunctis, sicut mos[2] est, missarum numerum a nobis cum instancia maxima postulabant, et, ex altera parte, fratrum nostrorum numerus qui hoc anno decesserant idipsum fieri suadebat, deliberatione habita in communi, de consensu fratrum nostrorum, constituimus ut universi ac singuli sacerdotes tocius abbacie, sive sint monachi seu etiam seculares, triginta missas pro predictis defunctis omnibus sine interpositione, nisi ex justa causa impedirentur, debeant celebrare, ita quidem quod in singulis missis pro fratribus defunctis *Inclina Domine*, pro aliis vero, quibus rogati missas sponte concessimus, *Deus cui proprium est* dicere teneantur, et in novissimo *Memento* de utrisque faciant mencionem; et sic estimamus quod numerus missarum, quasi VII milia, que fere postulabantur a nobis, Deo propicio, poterit adimpleri. Rursus vero, quia idem monasterium in capite et in membris spiritualiter simul et temporaliter reformatione plurimum indigebat, ascitis nobiscum XII discretis ac religiosis personis, de communi con-

[1] 1 nov. 1215.

[2] Cod. *mors*.

silio et voluntate omnium, cum quibus super reformatione pariter tractaremus, ita quod illi XII in eodem tractatu et consilio vice omnium fungerentur, habita simul deliberatione, cum videremus et observanciam regule, quam professi sumus, a fratribus non servari, ab illis maxime qui extra monasterium manent, et ipsum monasterium multis et magnis debitis et importabilibus pregravari; causis nichilominus multis, magnis et arduis pariter imminentibus, refectorio quoque, turribus ac aliis diversis edificiis ejusdem * monasterii ruinam f° 64.
comminantibus, que omnia et singula grave periculum animarum simul et corporum inducebant; inprimis constituimus, vel pocius quod [1] olim a sanctis patribus statutum fuerat innovamus, districcius injungendo atque precipiendo, ut regularia jejunia a fratribus qui extra monasterium manent inviolabiliter observentur, sicut in monasterio ipso fieri consuevit, videlicet ab ydibus septembris usque ad Pascha sine cessatione, nisi octabe vel festivitas XII lectionum occurrat, et rursus a Pentecoste usque ad ydus septembris quarta et sexta [2] feria, nisi fervor estatis hoc impediat aut labores agrorum. Et idem per omnia de regulari abstinencia carnium precipimus observari, sicut in constitutione venerabilis patris Tholosani episcopi et suorum cunjudicum continetur. Item, vestiti stamineis braccis et caligis et cincti, sicut consuetum est, dormietis, linteamina, vanoas et coopertoria non tenentes, nisi causa necessitatis et, ex ea, non coram secularibus nec frequenter. Silentium quoque in monasterio, sicut docet regula, et extra monasterium post completorium, quantum est possibile, districtius observetur. Item sancti Leoncii, Canonice et Cyriaci venerabilibus fratribus nostris prioribus districte precipimus, ut in monasteriis suis priores claustrales sine mora studeant ordinare, eademque monasteria in religione ac honestate plenius reformare. Item proprietatis vicium ab omnibus monachis, tam in monasterio quam extra commorantibus, radicitus amputetur, et ne contra fiat, sub anathemate districtius prohibemus. Item statuimus ut monachi nusquam maneant singulares, sed aut bini aut plures, ubi plures poterunt permanere;

[1] Cod. *qui*.

[2] Cod. *ersexta*.

quod ut fieri liberius valeat, conjunctionem fecimus quarumdam ecclesiarum. Item decimam proventuum vallis Sancti Genesii operis officio assignamus, et prior Arcelle dabit eidem M solidos regales infra proximos quinque annos. Item visitationis officium in hoc anno dilectissimis fratribus de Nantis et de Sparrone prioribus duximus injungendum, firmiter statuentes ut deinceps, singulis annis, in hoc eodem tempore, in communi capitulo, eodem modo duobus fratribus aut pluribus religiosis providis ac discretis visitationis officium injungatur, qui eo anno totam visitent et circueant abbaciam, corrigentes caritative
v°. quecunque * invenerint corrigenda, vel ad monasterium, si majora fuerint que per se non possint corrigere, referentes, sicut in Romano concilio continetur; quos precipimus ut benigne recipiatis, eorum correctionem suscipientes humiliter ac devote. Cellerarius, camerarius, dispensator et custodes vallis Sancti Genesii reddant abbati singulis dominicis rationem, presentibus priore, sacrista, primicerio et aliis quos abbas duxerit convocandos; in absentia vero abbatis, reddatur dicta ratio supradictis; que ratio fideliter regatur[1] in scriptis et a sacrista cum omni diligentia conservetur, ut sit eis in testimonium, cum in generali capitulo singulis annis reddiderint rationes. Item, sicut in Romano concilio nuper est constitutum, sub honoris periculo districius prohibemus, ne quis fratrum nostrorum pro aliquo, extraneo maxime, fidejubeat; item ne quis sine nostro et capituli consilio ultra C solidos[2] debitum contrahat; que constitutio specialiter ad monasterium istud a felicis recordationis Clemente papa, tam[3] diu est, emanavit, sicut in autentico quod penes nos habemus expressius continetur[4]; et hoc verum, nisi tanta necessitas aut utilitas urgeat que aliter factum evidenter valeat excusare. Quia vero, ut diximus, predictum monasterium est quam plurimis debitis et diversis negociis aggravatum, firmiter constituimus, ut singuli prioratus subsidium conferant ad monasterii debita relevanda, sicut in alia carta, in qua pendet sigillum nostrum et capituli, fideliter est descriptum; in virtute obedientie

[1] Fort. pro *redigatur*.
[2] Cod. *solis*.
[3] Fort. pro *jam*.
[4] Vid. sup. n. 855.

districtius precipientes, ut singuli vestrum summas[1] quas in predicta carta imponi vobis et domibus seu ecclesiis vestris invenietis, una cum censibus quos debetis aliis[2], usque ad proximam mediam quadragesimam, ad monasterium venerabili fratri nostro V. sacriste reddendas[3], omni occasione et contradictione postposita, transmitatis. Si qui autem vestrum (quod absit!) inventi fuerint contemptores in facienda solutione dicta, a pretaxato termino in antea, id est a proxima media quadragesima, sciant pro certo sibi tam usum vini[4] quam ingressum ecclesie interdici. Supradictorum omnium observancia a nobis[5] et personis xiii memoratis, cum communi consilio et tractatu, firmiter est indicta, et ab aliis omnibus postmodum generaliter ac universaliter approbata; ideoque caritatem vestram in Domino exortamur, districtius precipientes[1], ut ea universa et singula universi ac singuli studeatis pro viribus fideliter observare. Adicimus insuper, in virtute obedientie districtius prohibentes, ne, cum extra domos vestras iveritis[6], causa qualibet exigente, linteamina, vanoas aut coopertoria deferatis nec deferri ad opus vestrum per alios faciatis. Preterea, ut predicta statuta in pretaxato termino liberius solvere valeatis, eis qui indigent licenciam damus peccunias mutuandi usque ad quantitates illas que vobis et vestris domibus imponuntur. 1e 65.

Acta sunt hec in Massiliensi monasterio, anno Domini M° CC° XVI°, kalendis novembris.

Post hec vero, anno ejusdem M° CC° XVIII°, die quo supra, nos frater B., divina paciencia abbas ejusdem monasterii, habito communi consilio et tractatu cum fratribus nostris, supradicta omnia confirmamus; et, quia scimus ea fuisse minus diligenter hactenus observata, precipimus, sub quanta districtione possumus, ut a fratribus omnibus et maxime prioribus et administratoribus cum omni diligencia deinceps observentur, salva consideratione que secundum regulam est habenda erga pueros, senes, debiles et egrotos. Quod quicumque facere contempserit, sciat indubitanter se, preter regularem disciplinam, quam 1 nov. 1218.

[1] Cod. *snias*, compendii nota superaddita.
[2] Cod. *vita concessibus q. d. alias.*
[3] Cod. *reddenda.*
[4] Cod. *uni.*
[5] Cod. *vobis.*
[6] Cod. *meritis.*

in monasterio sustinebit, honoris et administrationis sue periculum incursurum; et sub eadem districtione firmiter precipimus observanda ea que inferius statuentur. Et quia non decet a capite membra discedere, volumus, in eo quod dictum est de reddenda ratione ab officialibus nostris, ut omnia membra caput sequantur, ut videlicet in singulis prioratibus, presente uno vel duobus de fratribus maturioris ac sanioris consilii, qui sunt ibi ad serviendum Domino deputati, singulis diebus dominicis, de omnibus proventibus et expensis transacte ebdomade ratio fiat diligens et fidelis. Collectis quoque messibus in singulis annis, quid collectum sit, quid expensum et qualiter, quantumque supersit, fidelis et diligens ratio habeatur. Que rationes in singulis domibus, tam a prioribus quam ab eisdem fratribus quos interesse jussimus, cum omni diligencia describantur, et scripta illa singulis annis ad generale capitulum deferantur, nichilominus interim visitatoribus nostris, cum ad eos pervenerint, exhibenda, ut sic uniuscujusque
v°. fides et diligencia*, tam per scripturam quam per testes ydoneos, manifeste appareat et probetur. Sic autem precipimus rationes predictas et alias que ad generale capitulum sunt reddende, ab omnibus fideliter et sine fraude reddi, ut quicumque in eis scienter falsum dixerit vel veritatem tacuerit, ex hac nostra sentencia excommunicacionis vinculo sit ligatus. Item missarum tam numerum quam modum superius constitutum, in hoc[1] quoque anno eodem modo statuimus ab omnibus nostris sacerdotibus adimplendum. Donati quoque, moniales et monachi litterati, qui non sunt presbiteri, pro defunctis predictis singulis psalterium unum; illiterati autem orationem dominicam CL vicibus decantabunt: que duo, videlicet de psalterio et oratione dominica, infra XV dies ex quo constitucio nostra ad eos pervenerit, precipimus adimpleri. Ad hec, quia, sicut in victu videri et[2] esse in habitu uniformes, et regula nostra docet quod de grossitudine aut colore vestium monachi non causentur, sed contenti sint eo qui in ea provincia in qua manent poterit vilius comparari, sub quantacumque districtione possumus, prohibemus, ne quis, ad opus sui vel eorum fratrum qui cum eo mansuri

[1] Cod. *hac*.

[2] Fort. Leg., *ita decet*.

sunt, de alterius modi panno de cetero flocum aut cucullam facere audeat, quam de eo quo uti consuevimus in communi, videlicet nadivo ejusdem provincie vel piloso aut panno Sancti Poncii vel Narbone vel alio eque vili, stamineis Bellicadri et de Balneolis. Item in tunicis et in capis panno nadivo qui fit in ipsa provincia in qua quisque moratur vel etiam in vicina, cujus canna ad plus ultra VII vel octo solidos non ematur. Usum autem pannorum qui de Gallia vel aliis remotis regionibus auferuntur, universis fratribus nostris penitus inhibemus, salvo eo quod liceat eis uti, quandiu duraverint, his quos hodie habent. Item, quia preter consuetudinem, im perniciem sui et donorum[1] ac administrationum comissarum sibi destructionem, singuli scutarios suos habere volunt, qui nec sibi possunt nec necessarie familie providere, districtius prohibemus, ne quis in Provincia manens, solo priore Arcelle excepto, scutarium tenere audeat; sed quilibet uno equo et trotario sit contentus, donec saltem prioratus et administrationes appareant a debitis liberate, quas ad exinanitionem extremam, propter superfluas expensas administratorum, palam est devenisse; et idem intelligimus * de aliis qui tenent extra Provinciam pauperes prioratus. Ad hec, universo capitulo expressius approbante, irrefragabili constitutione firmamus perpetuo observandum, ut, si quando contigerit aliquem de fratribus monasterii hujus prioratum seu aliam quamcumque administrationem, contra mandatum abbatis qui pro tempore fuerit vel capituli, ubi abbas est absens, per inobedienciam contumaciter retinere, idemque frater postmodum aliquando jussus fuerit ire ad regendum eandem vel aliam administrationem, non prius de monasterio vel de loco ubi[2] ei committitur, permittatur exire, quam hujusmodi prestiterit juramentum : « Ego frater *hic* juro ad sancta Dei evangelia, in manibus vestris, domne *hic* abbas vel *hic* prior, qui[3] ab hac hora in antea fidelis et obediens ero vobis et successoribus[4] et huic monasterio beati Victoris, et administrationem quam michi committitis bona fide tractabo; et, si quando placuerit f° 66.

[1] Fort. corrig., *domorum*.
[2] Fort. corrig., *qui*.
[3] Fort. pro *quod*.
[4] Suppl., *vestris*.

vobis vel cuilibet successorum vestrorum, cum consilio seniorum monasterii hujus vel sanioris partis ipsorum, inde me removere, non contradicam, sed ipsam, cum omnibus pertinentibus ad eandem, protinus sine contradictione qualibet resignabo. » Idem et sub eadem forma juramento firmabunt omnes illi priores qui in Sardiniam, Pisam, Januam, Serra, Mirapicum et in Catalonia de cetero transmittentur.

887.

De fidelitate domorum longe positarum.

Jul. 1240 Cum sit scelus ydolatrie nolle obedire, et infidelitatis vicium utriusque Testamenti pagina condempnetur, ideo *hic* prior promitto subjectionem, obedientiam, reverentiam et honorem, secundum beati Benedicti regulam et constitutionem a sanctis patribus approbatam, fideliter tractare et ministrare bona *hujus* ecclesie et defendere pro meis viribus, nec eam subiciam vel submittam servituti alicujus persone ecclesiastice vel layce, nec bona ipsius ecclesie, occasione aliqua, per me vel per aliam personam, me machinante vel permittente, sub servitute alicujus subiciam, jurans hec omnia supradicta et singula me fideliter observare. Insuper juro et promitto quod clericos vel donatos non recipiam vel monachos non faciam, a festo sancti Michaelis proximo venturo usque ad quattuor annos, nisi mandatum domini abbatis qui nunc est vel erit * recepero speciale. v°

Hoc idem juraverunt Petrus Serenus, prior sancti Michaelis de Fallio, et Bertrandus de Monte Desiderio, prior sancti Sebastiani, et Petrus Yterii, prior de Pisis, anno Domini M° CC° XL°, mense julio.

Nos autem P., miseratione divina abbas monasterii sancti Victoris Massiliensis, et fratrum conventus, ad majorem hujus rei confirmationem, presentem cartam sigillis nostris fecimus roborari.

888.

Sancti Sebastiani.

27 sept. 1240. Cum sit scelus ydolatrie nolle obedire, et infidelitatis vicium utrius

que Testamenti pagina condempnetur, ideo ego Henricus, prior domus sancti Sebastiani, promitto obedientiam, *etc.*[1]

Anno Domini M° CC° XL°, mense septembrio, V° kalendas octobris. Ad majorem autem firmitatem, ego dictus prior presentem paginam sigilli mei munimine roboravi.

889.

Sancti Saturni.

Cum sit scelus, *etc.* Ideo ego Fulco, prior monasterii sancti Saturni, promitto obedientiam, reverentiam, fidelitatem, subjectionem et honorem vobis domino P., Dei gratia abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis, vestrisque successoribus, *etc.*[*] Visitatorem vel visitatores, quando ex parte monasterii Massiliensis mittentur, et ipsorum correctionem humiliter et devote recipiam, secundum beati Benedicti regulam vel potestatem eis ab abbate et conventu traditam, et, ubi necesse fuerit, a visitatoribus vel a visitatore requisitus, ad correctiones faciendas ipsum vel ipsos fideliter adjuvabo. Ad majorem autem roboris firmitatem, ego F. dictus prior presentem paginam sigilli mei munimine roboravi. 18 maii 1241. f° 67.

Actum anno Domini M° CC° XL° primo, quinto decimo kalendas junii.

Et festo sancti Michaelis censam quinquaginta librarum monasterio fideliter persolvam, scilicet januensium minutorum.

890.

V°.

Vabrensis monasterii.

Ego Bernardus[2], Massiliensis abbas, consilio domni Arelatensis archiepiscopi Attonis, et venerabilis episcopi Nemausensis Johannis, ac totius monasterii conventus, Domino Deo et sancto Mario sanctoque Dionisio Vabrensis monasterii, et tibi, Rigalde abbas, fratribusque tuis Vabrensibus, presentibus et futuris, dono et laudo atque trado 1127.

[1] Ut sup., n. 887.

[2] Nomen hujus abbatis fugit auctores *Gall. christ.*

ecclesiam sancte Marie de Octobiano cum omnibus sibi [1] pertinenciis quas possidet et possidere debet, et similiter ecclesiam de Semarde, ac similiter integre ecclesiam de Petra in episcopatu Rutinense in valle Sorgua. Et hoc transactionis donum firmum et nexibus stipulationis vallatum, cum traditione factum, tibi et successoribus tuis im perpetuum permaneat. Signum W. de Briniola. Signum Poncii de Albana. Signum Rodulfi prioris. Signum Ugolini. Signum Raimundi, prepositi Nant. Signum Petri Castri Lucis. Signum Raimundi de Mostuiol. Signum Attonis, archiepiscopi Arelatensis. Signum Ademari, Rutenensis episcopi. Signum Johannis, Nemausensis episcopi.

Facta carta ista anno ab incarnatione Domini M° C° XX° VII°.

891.

Item de eodem.

(Edid. D. Martene, *Ampl. coll.*, I, 1130.)

12 jan. 1217. In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Verbi incarnati M° CC° X° VII°, pridie idus januarii, cum nos frater B., miseratione divina Massiliensis abbas, visitationis gratia et correctionis, ad Vabrense monasterium personaliter venissemus, videntes occulata fide monasterium ipsum tam in temporalibus quam in spiritualibus plurimum deformatum, audita nichilominus infamia gravi, facta etiam nobis [2] a quibusdam personis fide dignis, insinuatione clamosa super inhonesta vita et conversatione irregulari quorumdam fratrum ejusdem monasterii, advocato insuper venerabili patre Ruthenensi episcopo, ipsius litteras recepimus in hunc modum :

« Reverendo patri ac domino B., Dei gratia Massiliensi abbati, P., Dei miseratione Ruthenensis episcopus, salutem, gratiam et honorem. Notum facimus discretioni vestre quod nos in procinctu sumus eundi versus Tolosam. Quare ad vos in die dominica non valemus venire; unde dolemus, quia voluntatem vestram et mandatum desideramus implere. Rogamus itaque dilectionem vestram, de qua multum

[1] Fort. pro *suis*.

[2] Cod *vobis*.

confidimus, ut super [hoc]* nos habeatis excusatos. Insuper attencius f° 68.
vos deprecamur, quatinus, si placet, corrigatis in monasterio Vabrensi corrigenda; multa enim sunt ibi que correctione indigent et reformatione. Nos enim ea que ibi statueritis firmiter observari faciemus. Valete. »

Recepta igitur excusatione predicta, de consilio venerabilis patris abbatis Castrensis et magistri Roberti et aliorum fratrum qui nobiscum aderant, inquisitionem in ipso monasterio duximus faciendam. Acceptis itaque sacramentis, sicut moris et juris est, ab abbate, priore et fratribus universis, ut super his que eis reformanda in toto monasterio videbantur, in capite videlicet et in membris, veritatem nobis plenius aperirent, depositiones eorumdem diligenter audivimus, et in scriptis redactas sub sigillis nostris includere volebamus, habituri super ipsis ante publicationem consilia sapientum, nisi fratres ipsi omnes concorditer a nobis cum omni instancia postulassent, ut, pauperlati et desolationi ejusdem monasterii pie compacientes, ante recessum nostrum sententiam sive mandatum formare modis omnibus curaremus. Quia vero cognovimus inter abbatem et fratres gravem et quasi impacabilem discordiam ortam esse, eumdem abbatem admonere curavimus diligenter, ut, propter bonum pacis et ut reformationi dicti monasterii efficatius intendere valeremus, spontaneam faceret cessionem; qui, admonicionem nostram suscipiens humiliter et devote, non curans de temporali honore, sed cum Paulo pro fratribus suis[1] anathema fieri cupiens, sponte cessit. Et, quoniam constitit nobis alios quosdam fratres esse in ipso monasterio, quorum presentia (ut graviora, que de eis audivimus, taceamus) ipsi monasterio non erit[2] utilis sed dampnosa, eos inde ad tempus duximus removendos, et in aliis locis, ubi ad salutem animarum suarum Deo servire et consuetudines nostras possint addiscere, collocandos; sub excommunicationis pena et debito prestiti juramenti firmiter prohibentes, ne umquam ad idem monasterium redeant, donec per nos vel successores nostros fuerint revocandi. Hos autem propriis nominibus duximus subscribendos,

[1] Cod. *fratribus cum suis.*

[2] Edit. *esset.*

videlicet, A. de Castlucio, cui locum in Castrensi monasterio assignavimus vel in societate nostra si nobis maluerit adherere, donec, Deo propitio, possemus eum Massilie ponere in conventu; B. de Creissello, quem in Cyriacensi[1] monasterio; G. de Curvalla, quem in domo Vernie; Sicarde Alamande[2], quem apud Alsonem; G. de Verdiario[3], quem apud Ambuletum; G. de Rivo, * quem in domo sancti Amancii Ruthenensis voluimus ac precepimus permanere; admonentes eos et in Domino, quantum possumus, obsecrantes, ut et tales se studeant exhibere, quod facile mereantur reconciliationis gratiam invenire. Ad hec, precepimus quod omnia ea que venerabilis frater noster P., quondam abbas, habebat adhuc penes se, ad abbaciam pertinencia, statim restituere[4], retenta sibi domo de Vernia et mulo majori et uno lecto. Restituenda vero erant, sicut audivimus ex confessione ejus, tres arche plene blado et duo muli et una mula infirma et fere omnes panni monasterii et LX solidi et anulus quidam quem habebat in pignore. Priorem vero jussimus restituere dolium vini et C solidos[5] quos habebat. Item precepimus tam ipsi quam sacriste remittere monasterio quod sibi deberi a monasterio asserebant. Item Aimerico precepimus restituere duodecim eminas frumenti et duas civate, quas dixit in monasterio se habere; item et de Ferreto jussimus ad monasterium afferri quicquid ibi supererit, deductis necessariis expensis ipsius domus, et asinum et roncinum et XX oves, nisi constiterit eas ad sancti Johannis ecclesiam pertinere, et nisi idem A. lateri nostro voluerit adherere, quo casu roncinus necessarius sibi esset. Predicta vero omnia poni[6] jussimus in communi et usque ad adventum futuri abbatis per priorem diligencius custodiri, ita tamen quod inde fratribus competenter neccessaria ministraret. Et generaliter precepimus sacristiam, domum de Ferreto, de sancto Severo, de Octobiano, de Ponto et de Biarnz et alia omnia, tam infra monasterium quam extra, ad ipsum pertinencia, in custodia et diligenti cura dicti prioris interim permanere. Ad hec, quia, sicut audivimus, XX solidi ex consuetudine

v°.

[1] Edit. *Chiriacensi.*
[2] Edit. *Sicardum Alamandum.*
[3] Edit. *Viridario.*
[4] Cod. *restituerat.*
[5] Cod. *solis.*
[6] Cod. *panni.*

annuatim singulis monachis pro vestibus prestabantur, quod indubitanter dabat eis occasionem pecculium retinendi, ipsam consuetudinem penitus destruentes, statuimus ut dicti denarii per camerarium insimul colligantur, ad emendum pannos de quibus idem fratres competenter, juxta possibilitatem monasterii, vestiantur; statuentes nichilominus, ut consuetudines monasterii nostri, que de novo sunt in scriptis redacte[1], conscribi faciant sine mora, eas, tam in divinis officiis quam in alia ordinis observancia, fideliter et inviolabiliter servaturi. Preterea districte precepimus, ut in ecclesia, dormitorio, * refec- 1ª 69.
torio, juge silencium observent, et in claustro temporibus constitutis. Item ut juxta regulam a carnibus abstineant, et in singulis dominicis diebus processionem faciant, et ut saltem reliquias mense fratrum pauperibus erogent, et ut mandatum pauperum cottidie, mandatum vero fratrum faciant in sabbatis, juxta consuetudinem regularem. Ebdomadariorum mense, ecclesie et coquine nomina in capitulo de tabula in sabbato recitentur, qui sequenti dominica, sicut moris est, benedictionem accipiant, pro suis negligenciis veniam postulantibus egressuris; ne sine licentia de monasterio exeant, ne soli incedant, tam prioribus quam claustralibus omnibus, sub quanta districtione potuimus, prohibentes. Hec idcirco specificavimus[2], quia in his precipue perpendimus in[3] ordinem violari; alia vero multa, que emendatione digna vidimus, prioris interim, cui curam commisimus, et postmodum futuri abbatis sollicitudini reliquimus emendanda.

892.

Item de eodem.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Notum sit omnibus hominibus, 22 dec. 1235.
presentibus videlicet et futuris, quod, cum dominus P. Wi.[4], Dei gratia abbas monasterii sancti Victoris Massiliensis, quereret et instanter peteret ordinationem et obedienciam a domino P. de Proliano, abbate

[1] Vid. sup., n. 886.
[2] Cod. *spacificavimus*. Edit. *significavimus*.
[3] Vox *in* aut delenda aut immutanda.
[4] Petrus IV Guillermi.

Vabrensi, et conventu Vabrensi, in quibus, ut dicebat, eidem tenebantur, sicut continebatur in quadam carta per alfabetum divisa, cujus principium est : *Hec est carta de diffinitione*, et finis est : *anno ab incarnatione Domini M°C°XX°I III*[1], dictus dominus P. de Proliano, abbas Vabrensis, et ejusdem loci conventus, habito super dicta peticione diligenti consilio et competenti deliberatione adhibita, sollempniter recognoverunt et confessi fuerunt dicto domino P. Wi., abbati Massiliensi, quod ipse habet in monasterio Vabrensi ordinationem et obedienciam, tam in capite quam in membris, et quod idem abbas et monachi de conventu Vabrensi tenentur dicto domino abbati Massiliensi obedire. Hac autem confessione et concessione prehabita, dictus dominus P. de Proliano, abbas Vabrensis, et Bego Jordani, prior ecclesie de Lavergna, et B. de Ponte, prior ecclesie de Ponte, et P. Wi., prior de Bornaco, et B. de Roais, prior de Ferreto, et P. de Montesqui, prior sancti Erecii, et B. de Petra Alba, prior de Vedocio, et ceteri omnes monachi monasterii[2] Vabrensis, omnes unaniniter et
v° ex communi concensu et beneplacito, fecerunt * et promiserunt obedienciam, pro se et successoribus suis, dicto domino abbati Massiliensi, recipienti pro se et successoribus suis. Et dictus P., abbas Massiliensis, de voluntate et consilio fratrum, videlicet Al. prioris Amiliavi, P. Bernundi, R. Petri prioris de Saletis, Poncii prioris sancti Genesii, confessus fuit et recognovit sollempniter quod dictus abbas Vabrensis et monachi Vabrensis monasterii sunt de fraternitate monasterii sancti Victoris Massiliensis, tam in capite quam in membris, et equaliter sunt in bonis temporalibus et spiritualibus participes sicut et alii monachi Massiliensis monasterii supradicti. Actum apud Vabrum in claustro, in presentia predictorum et multorum aliorum, et mei P. Andree notarii, qui, mandato dictorum dominorum, Petri scilicet Wi., abbatis Massiliensis, et fratrum suorum, et domini P. de Proliano, abbatis Vabrensis, et tocius conventus ejusdem monasterii, duo instrumenta,

[1] Non *M° CC°XX°I III*, sicut secunda manu correctum est. — Hanc chartam edidimus sup., n. 785.

[2] Cod. *monasterium*

per alfabetum divisa. inde feci et, ad majorem firmitatem, cum sigillis utriusque abbatis sigillavi.

Anno Domini secundum carnem M° CC° XXXV°[1], scilicet XI kalendas januarii.

893.

Carta Gerre.

In nomine Domini. Anno M° CC° XXX° VI°, idus aprilis. Notum sit 13 apr. 1236.
universis presentem paginam inspecturis, quod ego Bernardus, Dei gratia electus confirmatus Geirensis monasterii, confiteor et in veritate sollempniter recognosco, pro me et pro successoribus meis et pro conventu Geirensis monasterii, vobis domno P., abbati sancti Victoris Massiliensis, sollempniter stipulanti, nos subjectos et obedientes perpetuo esse debere vobis et successoribus vestris, et quod ita obtentum est a predecessoribus nostris et vestris a quinquaginta annis et citra, imo[2] tanto tempore cujus memoria jam non[3] extat. Item confiteor et veraciter recognosco, quod, cum ego sim monachus Geirensis monasterii electus in abbatem a conventu ejusdem loci, non coactus neque deceptus, sed spontaneus, veni ad presenciam vestram apud monasterium vestrum, videlicet sancti Victoris Massiliensis, cum litteris testimonialibus conventus Geirensis, in quibus significaverunt vobis et conventui vestro quod unanimiter elegerant me in patrem et pastorem animarum suarum, humiliter supplicantes quatinus electionem de me factam dignaremini confirmare. Vos autem, examinatione facta, tam de persone meritis quam de modo electionis, eandem electionem per gratiam vestram gratis et liberaliter confirmastis. Quo facto, ego promisi vobis, pro vobis et pro successoribus vestris, obedienciam, et in manibus vestris juravi quod non alienarem possessiones * Geirensis f° 70
monasterii, et alia que continentur in forma infra scripta : « Ego Bernardus, Geirensis abbas, ab hac hora in antea fidelis ero et obediens sancto Victori et monasterio Massiliensi et vobis dompno P. abbati

[1] Non 1234, ut asserunt auctores *Gall. christ.*, I, 691.

[2] Cod. *uno*. Cf. n. 895

[3] Vox *non* in Cod. deest. Cf. n. 894 et 895.

vestrisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio neque in facto, ut vitam perdant aut membrum, vel capiantur mala captione. Consilium, quod michi, per se aut per litteras aut per nuncium, crediturі sunt, ad eorum dampnum, me sciente, nulli pandam. Monasterium Massiliense et regalia sancti Victoris adjutor ero ad retinendum et defendendum salvo meo ordine, contra omnes homines. Vocatus ad monasterium, veniam, nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Legatum monasterii Massiliensis, quem certum legatum esse cognovero, in eundo et redeundo honorifice tractabo, et in suis necessitatibus adjuvabo. Monasterium Massiliense singulis biemiis[1], aut per me aut per meum nuncium, visitabo, nisi eorum absolvar licencia. Munitiones et castella atque possessiones Geirensis monasterii non alienabo neque inpignorabo, neque in feudum, inconsulto abbate Massiliensi, de novo dabo. Sic me Deus adjuvet et hec sancta dei evangelia. » Ut autem in posterum hec non possint in dubium revocari, hujus confessionis et juramenti a me prestiti cartam feci sigilli mei muminine roborari, et sigillatam tradidi vobis domino P. abbati, aliamque ejusdem tenoris, per alphabetum divisam, mecum ad Geirense monasterium deportavi.

Acta sunt hec in monasterio Massiliensi, anno et die quo supra, presentibus et consencientibus Johanne monacho ejusdem monasterii, et G. de Corst monacho ejusdem loci, et Willelmo priore claustrali, et V. de Glazinas sacriste, et M. camerario, et toto conventu[2] sancti Victoris.

894.

Carta Gerensis.

6 apr. 1243. In nomine Domini. Anno M° CC° XXX° III°, VIII° idus aprilis. Notum sit universis presentem paginam inspecturis, quod ego Bernardus, Dei gratia electus confirmatus Gerrensis monasterii, confiteor et in veritate sollempniter recognosco, pro me et pro successoribus meis et pro conventu Gerrensis monasterii, vobis dompno Bono

[1] Cod. *biennis.* [2] Cod. *conventus.*

Filio, abbati sancti Victoris Massiliensis, sollempniter stipulanti, nos subjectos et obedientes perpetuo esse debere vobis, *etc.*[1]

Acta sunt hec in monasterio Massiliensi, anno et die quo supra, v°. presentibus et consencientibus Arnaudo de Salis, P. Densed et Bernardo Monacho, monachis Gerrensibus, Willelmo quoque de Curiis, Mirando priore claustrali, R. de Bagartis cellerario, et Guidone de Garda armario, et toto conventu sancti Victoris.

Anno M° CC° XXX° VI°, mense aprilis, luna III^tia^ X^a^. Notum sit omnibus 23 apr. 1236. hanc cartam inspecturis quod B., in monasterio nostro sancti Victoris, in abbatem Gerrensem de novo creatus, fecit scribi istam cartam in futuro memoriali * et fecit sigilli novi munimine roborari conven- f° 71. tus sui.

895.

Carta sancti Savini.

In nomine Domini. Anno M° CC° XXX° VII°, VII° kalendas januarii. 26 dec. 1237. Notum sit universis presentem paginam inspecturis, quod ego F., Dei gratia electus confirmatus sancti Saviensis monasterii, confiteor et in veritate sollempniter recognosco, pro me et pro successoribus meis et pro conventu sancti Saviensis monasterii, vobis dompno P., abbati sancti Victoris Massiliensis, sollempniter stipulanti, nos subjectos et obedientes perpetuo esse debere vobis, *etc.*[2]

Acta sunt hec in monasterio Massiliensi, anno et die quo supra, v° presentibus et consencientibus Bonum Hominem et Ariolum, monachos sancti Savini, et W., priorem claustralem monasterii Massiliensis.

896.

Sancti Savini.

Noverint universi presentem paginam inspecturi, quod nos Fortana- 17 mart. 1215. rius, abbas monasterii sancti Savini, promisimus obedientiam domino Willelmo, Dei gratia abbati sancti Victoris Massiliensis, *etc.*

[1] Ut sup., n. 893. [2] Ut sup., n. 893

Actum in capitulo monasterii sancti Victoris Massiliensis, in presentia et testimonio tocius conventus, anno Domini M° CC° XL° quinto, VI° X° kalendas aprilis.

897.

Quod prior claustralis non debeat tenere, cameram, equitaturam.....[1]

1243. Noverint universi presentem paginam inspecturi, quod nos frater P., Dei permissione abbas monasterii sancti Victoris Massiliensis, et devotus fratrum conventus ejusdem monasterii, statuimus, quod de cetero prior claustralis non teneat equum vel cameram. . . . . Hoc autem quod diximus de camera, intelligimus de tali camera, ut ipse vel aliquis non sit ausus comedere vel jacere; et, ubi fuimus locuti de equo, intelligimus de omni equitatura, quod eam ei tenere non liceat nec habere. Quod si fecerit et, commonitus ter, non emendaverit, a dicto prioratu debeat removeri, et, ad majorem firmitatem, presentem cartam fecimus sigillorum nostrorum munimine roborari.

Actum in capitulo, anno Domini M° CC° XLIII°.

898.

De armario[2].

(Ed. D. Martene, *Ampl. coll.*, I, 1020.)

Dec. 1198. f° 72. Cum in universis locis necessaria pacis unitas habeatur, propensius in his locis, in quibus * plures in unum associat Christi amor, providendum est, ne quisquam digne possit conquestionis scrupulus suboriri, et, si forte aliquando pullulare videatur, summa cum diligencia debet extirpari. Sane, conquerentibus monasterii nostri fratribus universis, quod quidam predecessores nostri armario ipsius ecclesie, quod provida et diligenti antiquorum patrum et abbatum cura institutum est, et diversarum arcium libris ornatum, libros legum, qui ad ipsum armarium sicut alii libri spectant, cum forte aliquorum devocione monasterio

[1] Hic et infra vox una abrasa est. Fort. restituendum *vel famulum*.

[2] « In archivis, n. 320 dioc. Massil. » In Cod. margine, manu recentiore.

legabantur vel quacumque causa proveniebant, pro sua voluntate auferebant et capiebant; ego Mainerius, Dei gratia ejusdem monasterii Massiliensis abbas, majorum nostrorum usus consilio, conquestiones ipsas perpetua pace et concordia terminare et pacificare decrevi. Justis igitur tocius conventus benigno faventes assensu postulationibus, libros legum seu cujuslibet alterius facultatis aut artis universos, qui aliquo modo vel qualibet ratione monasterio legati vel largiti fuerint, ad manus cujuscunque abbatis vel officialis seu claustralis aut prioris deveniant, sine aliqua contradictione, armario monasterii assignandos et fideliter reddendos esse, perpetua et firma stabilitate volumus et mandamus et cum presentis scripti auctoritate concedimus. Excipimus tamen ex ipsa concessione breviaria, que proprie ad abbates pertinent, et missales, qui ecclesie serviciis deputati sunt. Et, ne im posterum alicujus successorum vel fratrum nostrorum possit arbitrio seu voluntate infringi ipsa concessio, nostri et conventus sigillorum eam inpressione firmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Actum in capitulo generali infra monasterium, anno dominice incarnationis M° C° XC° VIII°, indictione prima, mense decembris.

899.

Carta testium de tenemento monasterii.

In nomine Domini. Anno incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo vicesimo octavo, indictione prima, quinto kalendas aprilis. 28 mart. 1228.

Testes producti in modum publicationis a venerabili B., abbate sancti Victoris Massiliensis, sub examine P., Dei gratia episcopi Massiliensis, de dominatione et jurisdictione et libertate ville de Revesto et eorum que sunt in territorio, quod clanditur istis terminis : videlicet a monasterio sancti Victoris Massiliensis usque ad columpnam de Podio Formicario; et inde itur ad Pontellar, et inde colligitur borguettus qui solebat esse ortus Petri Licca, et tote saline; et postea itur ad ecclesiam de Bello Loco, et inde sicut vadit via qua itur versus Gardiam et ad pinum Raimundi Dalmacii, et sicut itur ad Girundam et ad

domum Jacobi de la Sala; et tote consue remanent in dominio monasterii sancti Victoris.

I. Ugua Enguelranna, testis jurata, dixit se vidisse et audivisse, quinquaginta tres anni sunt elapsi et plus, quod[1] monasterium sancti Victoris Massiliensis habuit et continuavit usque nunc jurisdictionem temporalem in villa de Revesto pacifice et quiete, in tantum quod, viventibus tunc Barralo et Guillelmo, vicecomittibus et dominis Massiliensibus, vidit et audivit quod pater suus ipsius testis cepit quendam latronem subripientem pannos in domo patris ipsius testis in predicta villa del Revest, et predictum monasterium fecit ipsum furem fustigari publice per villam del Revest. Preterea vidit et audivit, semper a predicto tempore citra, quod quicunque committeret crimen aliquod in villa del Revest, si esset homo de Massiliensi vel de Sancto Marcello vel aliunde, semper monasterium cognoscebat et judicabat de illo crimine. Et similem fustigationem vidit de alio latrone, qui subripuerat pullos in villa del Revest. Preterea testis vidit et audivit, quod, postquam fuit factus borguettus circa ortum et per ortum Petri Licca, quod dictum monasterium accepit ibi dominationem, et census ibi habebat, et portas domorum nolencium solvere census aliquando ipsum monasterium de ipsis domibus extrahebat.

II. Guillelmus Sarraman, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse, in vita Guillelmi Grossi et Barrali et matris eorum Sicilie, et etiam a tanto tempore quod quinquaginta quinque anni possunt esse, quod monasterium sancti Victoris Massiliensis habuit et tenuit pacifice et quiete omnem jurisdictionem plenam et liberam, sicut habet episcopus Massiliensis in sua parte civitatis Massiliensis, in tota villa de Revesto et in toto territorio quod clauditur terminis infra scriptis, videlicet a monasterio sancti Victoris usque ad columpnam de Podio Formicario, et inde itur ad Pontellar, et inde colligitur borguettus qui solebat esse ortus Petri Licca, et tote saline, et postea itur ad ecclesiam de Bello Loco, et inde sicut vadit via qua itur versus Gardiam et ad Pinum Raimundi Dalmacii, et sicut itur ad Girundam, et ad domum Jacobi

[1] Pro *quod*, hic et inf. non semel a nobis restituto, Cod. habet *qui*.

de la Sala, et tote consue remanerent in dominio monasterii; quod idem dicit de * latrone pullorum sicut precedens testis. Similiter dicit f. 7.
quod quicunque, sive esset de Massiliensi vel aliunde, qui committeret aliquod crimen in hoc territorio, subjacebat jurisdictionem monasterii, et nunquam vidit quod aliquis dominus Massiliensis poneret manum suam super illum qui committeret crimen in territorio supradicto. Item vidit quod aliquando domini Massilienses capiebant aliquem qui commiserat crimen in territorio supradicto, et monachi petebant a dominis supradictis hominem illum, et ipsi domini reddebant monasterio, et monasterium postea cognoscebat et judicabat de illo criminoso.

III. Flandina de Castella, testis jurata, dixit quod, a sexaginta annis citra, semper vidit et audivit quod monasterium sancti Victoris Massiliensis habuit et exercuit omnem jurisdictionem et omnes justicias in tota villa de Revesto, et, preter multas alias justicias quas vidit ipsum monasterium exercere ibi, vidit quinque homines ibi facere a monasterio publice fustigari.

IV. Poncius Isnardi, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse, a quadraginta annis citra, idem de jurisdictione monasterii de Revesto et de territorio signato idem quod G. Sarraman, et nunquam vidit nec audivit quod aliquis[1] exerceret jurisdictionem nisi monasterium.

V. Guillelmus de Revesto, testis juratus, dixit se vidisse et audisse idem quod G. Sarraman, hoc excepto quod non admisit terminum de pinu. Dicit etiam quod vidit quinque homines ad minus facere a monasterio predicto publice fustigari per villam de Revesto et etiam usque Pontellar. Dicit etiam quod ipse fuit baiulus predicti monasterii bene per decem et octo annos, et per totum predictum tempus ipsemet exercuit omnem jurisdictionem pro monasterio supradicto. Alios puniebat pecunialiter, alios[2] corporaliter, alios detrudebat in carcerem, pro monasterio supradicto, secundum quod rei vel criminis qualitas exigebat. Adjecit etiam quod, pro subreptis fabis a Petro Licca, que fabe erant de parte seu jure monasterii et de ipso orto in quo modo

[1] Cod. *aliquid*.
[2] Cod. *alias*.

est Borguetus, et ipse Petrus Licca tenebat ortum pro monasterio, habuit ipse testis, tunc baiulus monasterii, nomine pene, III libras.

Hos testes recepit dominus episcopus supradictus in presentia Rainoardi sacerdotis, Petri Andree clerici, Raimundi de Sancto Cannato diaconi, et mei Poncii Azemari.

1 apr. 1228. Anno quo supra, kalendis aprilis.

VI. Bonpar de Revesto, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse, v°. XL anni * transacti et plus, quod de Podio Formicario, sicut itur apud Sanctam Mariam de Bello Loco, sicut itur apud Girundam, est de jurisdictione monasterii sancti Victoris Massiliensis. Vidit etiam quendam qui subripuerat pullos in villa de Revesto, quod monasterium fecit eum fustigari a porta monasterii usque ad villam de Revesto et per totam villam de Revesto. Audivit etiam dici, sed non vidit, quod, in vita Barrali et Guillelmi Grossi et Roccelini, etiam quod ipsi predicti domini Massilienses ceperunt duos latrones qui subripuerant bladum de ecclesia sancti Petri, et quidam eorum latronum erat de Revesto, et fuit[1] liberatus pro monasterio et sine justicia; alius latro, qui non erat de Revesto, amisit auriculas ambas pro furto supradicto. Amplius nescit, ut dicit.

VII. Borcesa, testis jurata, dixit se vidisse et audivisse, a vita Barrali et G. Grossi usque nunc, quod de Podio Formicario, sicut itur apud Sanctam Mariam de Bello Loco et deinde vadit ad Girundam, quicquid est infra terminos predictos, est de jurisdictione monasterii sancti Victoris Massiliensis. Vidit etiam tres latrones qui subripuerant unum coxinum apud monasterium sancti Victoris, quod monasterium fecit eos fustigari per villam de Revesto. Vidit etiam in vita Barrali et G. Grossi et Roncelini, dominorum Massiliensium, quod, quando predicti domini capiebant aliquem criminosum de Revesto, quod monasterium abstrahebat illum de potestate dominorum sine justicia. Amplius nescit, ut dicit.

VIII. Rixens, testis jurata, dixit se vidisse et audivisse, quod quidam latro, qui subripuerat pullos in villa de Revesto et abscondit se in

[1] Cod. *fui*.

ecclesia de Bello Loco, et quidam juvenis abstraxit latronem predictum ab ecclesia et abduxit eum ad monasterium sancti Victoris, et monasterium fecit predictum latronem fustigari per villam de Revesto; de tempore non recordatur. Plura nescit, ut dicit.

IX. Giraudus de Sancto Nicholao, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod a Podio Formicario et orto Petri Licca quondam, in quo modo est borguetus, et itur per viam que vadit ad Bellum Locum, cruce in medio, et vadit per l'otor Petri Licca, et dehinc vadit ad Girundam, quicquid est infra hos terminos predictos, est de jurisdictione monasterii sancti Victoris Massiliensis. Audivit etiam dici a patre suo et pluribus aliis, sed non vidit, quod, quando quis delinquebat a terminis supradictis infra, quod monachi cognoscebant et judicabant quid esset faciendum de illo criminoso. Plura nescit, ut dicit. De tempore, dicit * quod XLV anni sunt transacti et plus quod ipse vidit et audivit ea que supra dixit. f° 74.

X. Raimunda Diana, testis jurata, dixit se vidisse et audivisse quod de Podio Formicario et orto Petri Licca quondam, in quo modo est borguetus, et itur versus Sanctam Mariam de Bello Loco, et dehinc vadit ad Girrundam, quicquid est citra infra hos terminos predictos, est de jurisdictione monasterii sancti Victoris. Audivit etiam, sed non vidit, quia verecundabatur videre, quod tres latrones qui subripuerant unum pulvinar sive coxinum[1] ad monasterium sancti Victoris, quod monasterium fecit eos fustigari a porta monasterii usque ad domum Girandi Vitalis de Revesto. Vidit etiam quod quidam juvenis qui vocatur Martinus, vivens adhuc, qui fecerat injurias infra villam de Revesto publicis meretricibus, quod monasterium sancti Victoris Massiliensis cepit dictum juvenem et misit eum in ferreis vinculis. Plura nescit, ut dicit. De tempore, dicit quod bene sunt XXX^ta V anni transacti quod ipsa[2] vidit ea que supra dixit.

XI. Maria Bessona, testis jurata, dixit se vidisse et audivisse quod a Podio Formicario et orto Petri Licca quondam, in quo modo est borguetus, et itur versus Sanctam Mariam de Bello Loco, et dehinc

[1] Cod. *coxini*.

[2] Cod. *ipse*.

vadit usque ad Girundam, quicquid est citra infra terminos predictos, est de jurisdictione monasterii sancti Victoris Massiliensis. Vidit etiam et audivit quod, in vita Barrali et Guillelmi Grossi, quod quedam mulier ceperat uvam acerbam sive aigras in vineis monasterii sancti Victoris, et monachi fecerunt predictam mulierem fustigari a porta monasterii usque ad villam de Revesto et per totam villam. Vidit etiam de alio latrone, qui subripuerat pisces, ut dicebant, in coquina monasterii, quod monasterium fecit eum fustigari a porta monasterii usque ad villam de Revesto et per totam villam. Plura nescit, ut dicit.

XII. Stella, testis jurata, dixit se vidisse et audivisse quod a Podio Formicario et orto Petri Licca quondam, in quo modo est borguetus, et itur versus Sanctam Mariam de Bello Loco, et dehinc vadit usque ad Girundam et usque ad mare circumquaque, et saline, quicquid est citra infra hos terminos predictos, est de jurisdictione monasterii sancti Victoris Massiliensis. Audivit etiam dici (et posset vidisse, sed verecundabatur[1] et abscondit se infra domum) quod tres latrones, duo quorum subripuerant pisces[2] in coquina monasterii, et tercius subripuerat coxinum unum in monasterio, quod monasterium fecit predictos tres latrones fustigari a porta monasterii usque ad villam de Revesto et per totam villam. De alio latrone audivit dici, sed non vidit, qui latro subripuerat pullos in villa de Revesto, quod monachi fecerunt predictum latronem similiter fustigari a porta monasterii usque ad villam de Revesto
v°. et per totam * villam. Audivit etiam dici, et rei veritas est, ut dicit, quod quidam juvenis de villa de Revesto vulneravit alium juvenem, scilicet consobrinum[3] ipsius testis, et monasterium cepit illum juvenem qui vulneravit alium, et misit eum in ferreis vinculis. Plura nescit, ut dicit.

5 dec. 1229. In nomine Domini. Anno incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo vicesimo nono, indictione prima, nonis decembris. Notum sit omnibus hominibus hanc publicam cartam audientibus, quod ego Poncius Azemari, publicus notarius Massiliensis, scripsi suprascriptos

[1] Cod. *verecundalantur*.
[2] Cod. *pices*.
[3] Cod. *consobrini*.

testes, mandato domini P., Dei gratia Massiliensis episcopi, in cartulario meo, et de dicto cartulario transcripsi atestationes suprascriptas mandato curie episcopalis, nichil addens vel diminuens, in hac publica carta; quod mandatum de transcribendis atestationibus ego recepi anno et die quo supra, in presencia et testimonio magistri Duranti[1], prioris sancti Ferreoli, et Guillelmi de Revesto et Guillelmi Gerammi[2] et Poncii nepotis Poncii de Gardana. Et tamen sciendum quod illud quod non potuit capere presens carta, scripsi in alia sequenti, et ita in istis duabus ego P. Azemari, predictus notarius,[3] publicam formam redegi mandato curie predicte. Preterea est sciendum, quod, ubicunque continetur in hac carta illud verbum, videlicet *sine justicia*, ego scripsi illud vulgariter sicut dicebant testes. Ego[4] autem intelligebam illud verbum, quod sine aliquo gravamine extrahebat dictum monasterium dictos homines de curia Massilliensi. Ego autem predictus notarius omnibus predictis, scilicet in recipiendis et examinandis et[5] testibus predictis, interfui, et fideliter, prout potui, scripsi in hac et in alia carta sequenti, et seriatim[6] nomina dictorum testium in hac carta apposui. Hec videlicet sunt nomina : Hugua, Enguelranna, Guillelmi Sarramanni, Flandina, Poncius Isnardi, Guillelmi de Revesto, Bonpar de Revesto, Borzesa, Rixens, Giraudus de Sancto Nicholao, Raimunda Diana, Maria Bessona, Stella, Guillelma Baptizata, Maria Castellana, Stephana, Saurina, Maria Gostiana, Mabilia, Steuconia, Alasais de Venello, Martinus Rufianus. Ad majorem firmitatem et fidem, huic carte signum meum apposui et sigillo curie predicte sigillavi.

[1] *Durantis*, f. 77, ad calcem proximi instrumenti.

[2] *Gerammo*, f. 77.

[3] Instrumentum alterum add., *in*.

[4] Quæ inde sequuntur, usque ad *Martinus Rufianus*, desiderantur in charta n. 900.

[5] Vox *et* delenda videtur.

[6] Cod. *seriati*.

f. 75.

900.

Item de eodem[1].

1 apr. 1228. In nomine Domini, anno incarnationis ejusdem millesimo cc° vicesimo octavo, indictione prima, quinto kalendas aprilis.

Testes producti, *etc.*[2]

I. Guillelma Baptiçata, testis jurata, dixit se vidisse et audivisse quod a Podio Formicario et orto Petri Licca quondam, in quo modo est borguetus, et itur versus Sanctam Mariam de Bello Loco, et dehinc vadit usque ad Girundam et usque ad mare circumquaque, quicquid est citra infra hos terminos predictos, est de jurisdictione monasterii sancti Victoris Massiliensis. Vidit etiam et audivit quod duo latrones, *etc.*

II. Maria Castellana, testis jurata, dixit se vidisse et audivisse quod Rocelinus, dominus Massiliensis, dum erat in monasterio sancti Victoris Massiliensis, fecit abstrai de orto Sancti Petri unam columpnam lapideam, et fecit predictam columpnam lapideam apud Podium Formicarium apportari, et fecit ibi columpnam plantari pro termino sive pro divisione jurisdictionis Massiliensis ville et pro termino jurisdictionis monasterii sancti Victoris Massiliensis, que columpna erat terminus jurisdictionis monasterii predicti, et ortus quondam Petri Licca, qui ortus est modo edificatus, et dehinc itur ad ecclesiam sancte Marie de Bello Loco, et dehinc vadit usque ad Girundam et usque ad mare circumquaque, *et saline, et quicquid est citra infra terminos prefatos, est de jurisdictione monasterii predicti. Vidit etiam quod monasterium fecit fustigari duos latrones, *etc.*

4 april. 1228. Anno quo supra, pridie nonas aprilis.

III. Stephania, testis jurata, dixit se vidisse et audivisse quod Rocelinus, dominus Massiliensis, fecit abstrai petronum unum sive columpnam

[1] Hæc est pars altera inquisitionis superioris; cui parti idem qui priori titulus inscribitur, perperam tortasse, quia paragraphi I et II ejusdem esse videntur diei, cujus sunt septem proxime superiores (VI — XII).

[2] Ut supra, p. 287.

de orto Sancti Petri, et fecit predictum petronum[1] apportari ad locum qui dicitur Podium Formicarium, et fecit petronum sive columpnam ibi plantari pro termino, qui terminus esset divisio jurisdictionis civitatis Massiliensis et monasterii predicti, et de Podio Formicario et orto quondam Petri Licca, qui ortus modo est borguetus, et itur ad ecclesiam sancte Marie de Bello Loco, et dehinc vadit usque ad Girundam et usque ad mare circumquaque, et saline, quicquid est citra infra terminos predictos[2], est de jurisdictione monasterii predicti. Vidit etiam quod duo latrones, *etc.* Vidit etiam quod, si aliquis[3] homo de villa de Revesto haberet lingue corrixationem cum alio homine, quod monasterium puniebat eum peccunialiter. Plura nescit testis, ut dicit.

Anno quo supra, VIII idus aprilis. 6 apr. 1228.

IV. Saurina, testis jurata, dixit se vidisse et audivisse quod a Podio Formicario, *etc.* Quicquid est citra infra terminos predictos, est de jurisdictione monasterii sancti Victoris. Vidit etiam quod quidam homo, qui vocabatur G. Diana, de Revesto, fecit homicidium defendendo se ipsum, et domini istius civitatis reddiderunt monasterio predicto hominem illum qui fecerat homicidium. Audivit etiam dici, sed non vidit, quod monasterium fecit fustigari, *etc.*

V. Maria Gosciana, testis jurata, dixit se vidisse et audivisse, XL anni *sunt transacti et plus,* quod a columpna sive petrono Podii Formicarii et orto Petri Licca quondam, qui ortus modo est borguetus edificatus, et itur versus ecclesiam beate Marie de Bello Loco, et inde sicut vadit via usque ad Girundam per l'otor Petri Licca, *etc.* Audivit etiam dici, sed non vidit, sed rei veritas est, quod monasterium fecit fustigari quendam latronem, *etc.* Vidit etiam et audivit de tribus hominibus, quorum unus vocabatur Petrus Peisonarius, et alter P. Johannis, et tercius Rostagnus, quod dominus Rocelinus, vicecomes et dominus Massiliensis, cepit illos tres homines, et dictus Rocelinus ut[4] erat tunc monachus, et monasterium quesivit homines 1° 76.

[1] Cod. *patronum.*
[2] Cod. *predictus.*
[3] Cod. *aliquit.*
[4] Fort pro *non.*

predictos dicto Roncelino, et statim reddidit homines monasterio sine justicia. Plura nescit, ut dicit.

VI. Mabilia, testis jurata, dixit se vidisse et audivisse, postquam de se ipsa habuit noticiam (aliter non recordatur de tempore), quod a Podio Formicario et orto Petri Licca quondam, qui ortus modo est borguetus edificatus, et itur versus Sanctam Mariam de Bello Loco, cruce in medio, et sicut vadit via per l'otor Petri Licca usque ad Girundam, et consue, et usque ad mare, *etc.* Audivit etiam, sed non vidit, quod quidam garcifer subripuerat pullos in villa de Revesto, et monasterium fecit eum fustigari per totam villam de Revesto. Vidit etiam quod quidam puer, Poncius nomine, de villa de Revesto, vulneravit alium puerum civitatis Massiliensis, et domini hujus civitatis predicte ceperunt puerum qui vulneraverat alium, et monasterium quesivit puerum dominis civitatis, et statim reddiderunt monasterio puerum et sine justicia. Plura nescit, ut dicit.

VII. Stenconia, testis jurata, dixit se vidisse et audivisse, XL anni sunt transacti et plus, quod a columpna Podii Formicarii, *etc.* Vidit etiam quod quidam puer subripuerat gallinas in villa de Revesto, *etc.* v°. * Vidit etiam quod maritus ipsius testis fuit captus et missus in carcerem pro hominibus civitatis Massiliensis, et monasterium abstraxit eum a potestate dominorum Massiliensium, et hoc sine justicia. Et de duobus aliis hominibus de Revesto, missis in carcerem pro hominibus Massiliensibus, vidit similiter quod monasterium traxit eos de carcere sine justicia. Plura nescit, ut dicit.

VIII. Alasais de Venello, testis jurata, dixit se audivisse dici, sed aliter nescit, quod a Podio Formicario, *etc.* Vidit etiam quod monasterium fecit fustigari quendam latronem, qui subripuerat pullos, a porta monasterii usque ad villam de Revesto et per totam villam, et ipsa testis vidit predictum latronem fustigatum vestiri vestimenta sua in area Sarramanni de Revesto. Plura nescit, ut dicit.

14 apr. 1228 Anno quo supra, X° VIII° kalendas maii.

IX. Martinus Julianus, testis juratus, dixit se audivisse dici, sed aliter nescit, quod jurisdictio monasterii sancti Victoris Massiliensis incipit a Podio Formicario, et monasterium plantavit ibi columpnam

sive petronum, que columpna esset terminus jurisdictionis monasterii et civitatis Massiliensis. Audivit etiam quod ortus Petri Licca, in quo modo est borguetus, est et fuit de jurisdictione monasterii. Credit testis, ut dicit, quod via pro qua[1] itur versus Belloc sit terminus jurisdictionis predicti monasterii et civitatis Massiliensis, et dehinc sicut vadit via usque ad Girundam, et consue sunt in medio, et vadit usque ad mare circumquaque, et saline, quicquid est citra infra terminos predictos, est de jurisdictione monasterii predicti. Vidit etiam quod ipsemet testis habuit rixam sive litigium ita grave quod ipse testis vulneravit alium cum cultello, et propter hoc monasterium cepit illum et detrusit in carcerem, et stetit infra monasterium en grellois per quinque dies, et monasterium habuit ab ipso teste LX solidos pro justicia. Vidit etiam ipse testis quendam puerum nudum in villa de Revesto, et dicebatur ab omnibus circumstantibus quod ille puer fustigatus erat, quia commiserat furtum de frucha sive de racemis, ut sibi videtur. Audivit etiam dici quod monasterium predictum fecit fustigari duos juvenes qui furati fuerant pisces infra monasterium * predictum, ut dicebant omnes homines qui ibi erant. Interrogatus testis diligenter dicit se nichil amplius scire. f° 77.

In nomine Domini, anno incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo vicesimo nono, indictione prima, nonis decembris. Notum sit omnibus, *etc.*[2]

901.

Carta anniversarii Willelmi Gros, vicecomitis Massilie.

(Fragm. edidd. Rufli, *Hist. de Marseille*, I, 490, *et* Guesnay, *Vita S. Cassiani*, 601.)

Incarnationis dominice anno M° C° LXXX° VIII°. Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod Guillelmus Grossus, Massilie vicecomes, diem suum obiens, duo milia solidorum regalium reliquit monasterio Massiliensi, de quibus ipsi monasterio honor emeretur aut redimeretur, et de redditibus ipsius honoris certo die conventui fieret 1188.

[1] Fort. pro *per quam*.

[2] Ut sup., p. 292.

annua procuratio, ita honorifice sicut in anniversario abbatis fieri consuevit, et idem conventus memoriam ipsius et parentum ejus singulis annis ultimo die maii facere teneretur, ita sollempniter sicut in anniversario quoque abbatis fieri consuevit. Itaque scieudum est quod conventus ipsius monasterii honorem Sancti Petri, de predicta peccunia redemptum, necnon [illegible] ortum monasterii qui ibi est, dominis Massiliensibus, tam presentibus quam futuris, obligaverunt, ut de redditibus inde provenientibus predictum anniversarium honorifice celebraretur. Amplius expressim in ipsa obligatione convenit, ne predictus honor, in predictam causam obligatus, alicui possit vel debeat deinceps obligari vel aliquo modo alienari; sed nec creditores qui forte ante hanc obligationem cum monasterio contraxerunt, in predictum honorem aliquam molestiam inferre valeant, forte pignorando vel aliquid tale faciendo, secundum quod prave et injuste homines facere consueverunt. Promiserunt quoque domini se predictum honorem tenere et tueri, ne aliquis qui cum monasterio jam contraxit vel postea contrahat, in predictum honorem aliquod jus pignoris vel alterius modi audeat vel possit acquirere. Hec omnia sicut superius scripta sunt, promisit B. prior major, cum consensu totius capituli. Ad majorem quoque auctoritatem, hec carta sigillata est sigillo Barralli, vicecomitis Massiliensis, et sigillo capituli monasterii Massiliensis. Factum est hoc in presentia domni G. Eterrensis episcopi, G. Rostagni, W. Gaufridus, V. hedon. P. de Rosset, V. de Inimet, B. de Ibaiana, W Dodo, Peisso, Rozolinus, G. de Monrodat, P. de Cerveria, Berengarius de Gardana.

902.

[illegible]

Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonie, comes Barchinonensis et marchio Provincie, fidelibus suis totius Provintie nobilibus, ad quorum noticiam et presentiam littere iste pervenerint, salutem et dilectionem. Universitatem vestram scire firmiter volumus, quod nos, capientes Dei

ecclesiis et monasteriis ac religiosis locis eorum jura non solum illesa conservare et defendere, verum etiam eorum commoditatibus et augmentis attencius providere, et securitati ac defensioni ipsorum, omnipotentis Dei intuitu, diligentius consulere. Massilhensi monasterio et abbati ejusdem loci et fratribus, ad indicium dilectionis et affectionis quam erga ipsum monasterium habemus, regali munificentia hanc prerogativam concedimus atque donamus, ut, ubicunque in prediis sui juris sibi noverint expedire, licitum sit eis et liberum, nostra regia auctoritate, castella construere et villas de novo hedificare et homines suos in predictis castellis et villis sine cujusquam impedimento transferre, in ea quidem immunitatis nostre libertate, in qua a predecessoribus nostris loca ipsa consueverunt * esse, salva tamen in omnibus f° 78
nostra et successorum nostrorum honorificentia et fidelitate ac potestate, quandocunque nobis accipere placuerit, salvo etiam usatico nostro, si quod tamen in predictis locis curia nostra vel antecessores nostri habere consueverunt.

Acta sunt hec incarnationis dominice anno M° C° LXX° VII°, mense madio, per dominum regem, in presentia nobilium curie, Guidonis Guerreiati videlicet procuratoris Provintie, et Arnaldi de Villa Mulorum, Guillelmi de Alcaraz, Guillelmi de Claro Monte, Arnaldi de Paladol, Bernardi de Auriac, et nobilium aliorum quam plurium. Data apud Massiliam, per manum Bernardi de Calidis, scribe domini regis, XII° kalendas junii, in presentia Fulconis, episcopi Massiliensis, et Guillelmi prepositi sancte Marie.

903.

Quod non teneamur fidejubere vel expensas tradere placitando in curia comitis Provincie vel hominum suorum.

Illa est expensa desiderabilis, illa est demum elemosina fructuosa, 27 jan. 1178.
que in pias ecclesiarum, monasteriorum seu pauperum Christi causas pia devotione impenditur : ex tali siquidem opere, animi compassione

* In archivo originale reperimus p. 574 et transumpto p. 407. In margine Cod.

proximo providemus et apud Deum eterni regni premium promeremur. Hinc est quod ego Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonie, comes Barchinonensis, marchio Provintie, ob salutem anime mee et parentum meorum, intuitu Dei et pietatis affectu, dono et im perpetuum concedo Domino Deo et monasterio Massiliensi et abbati et fratribus ejusdem monasterii, ne amplius abbas vel monachus vel aliquis successorum ejusdem loci, sive in eodem loco sive in prioratibus vel externis locis maneant, dent in aliqua causa justiciam; nulla etiam pro expensis largiantur michi vel comiti vel baiulis, qui per me erunt in Provincia vel aliis[1] locis, sive causa ventiletur in presentia nostra sive comitis Provintie sive baiulorum meorum; hac tamen habita consideratione[2], ut, si abbas vel monachi contra aliquem hominem pro quacunque re querelam deposuerint, tunc nullam dent justiciam, nec in expensis illorum in quorum potestate causa ventilabitur aliquid largiantur; pignora etiam vel fidejussores tunc non tradant. Si vero aliqui contra predictos religiosos et venerabiles viros querelam deposuerint, tunc ab ipsis pignora vel fidejussores, sicut ratio exigit, requirantur, quatinus conquerenti satisfaciant; verumtamen in justicia vel expensis dandis nullatenus condempnentur. Sicut predictum * est, ita inviolabiliter do et trado Domino Deo et beato Victori et abbati et monachis Massiliensibus. Si quis hoc fregerit, iram et indignationem nostram incurret et invitus ablata restituet, pignora seu fidejussores absolvet. Preterea notum facio omnibus presentibus atque futuris, quod sub protectione et defensione mea suscipio ipsum monasterium Massiliense et omnes monachos ejusdem loci necnon omnia monasteria, ecclesias, possessiones eorum, ubicunque fuerint in terra mea, quatinus monachi seu clerici ibi degentes possint in pace et quiete Deo servire et apud misericordem judicem pro nobis omnibus misericordiam impetrare. Sicut supradictum est, ita ego R. Berengarii, Dei gratia comes Provincie, laudo, dono et confirmo Domino Deo et monasterio Massiliensi et tibi Petro abbati et omnibus successoribus tuis et monachis ejusdem loci.

Facta est carta ista anno M°C°LXX°VIII°, luna V, feria VI, mense januarii[3].

[1] Cod. *alii*.

[2] Cod. *considerationem*.

[3] Dies 27 jan. 1178 concurrit in feriam 6, lunam 5; luna autem 5 mensis januarii 1179,

Signum Ildefonsi regis Aragonie, comitis Barchinonensis et marchionis Provincie. Signum Raimundi Berengarii, comitis Provincie. In presentia nobilium curie : Berengarii archiepiscopi Terraconenssis, B. Antipolitani episcopi, A. de Villa Mulorum, B. de Auriac, B. de Cardona, V. Derranç, Blacacii, W. de Moysac, V. de Sclapo et aliorum quam plurium nobilium.

904.

Carta ad judices delegatos super facto Massilie.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Regensi et Antipolitano episcopis et dilecto filio abbati Floregie, Forojuliensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Sicut in regestro felicis memorie Innocencii pape, predecessoris nostri, perspeximus contineri, olim Ebredunensi archiepiscopo et episcopo Uticensi, apostolice sedis legato, et tibi, frater Regensis, sua scripta in hec verba direxit : 19 jun. 1218.

« Cum[1] Rocelinus, qui, habitu monachali rejecto, Massiliensis civitatis dominium sibi tenere usurparat, propter apostasiam, perjurium et incestum necnon rapinas * et quedam alia, dudum a nobis et postmodum a te, frater Regensis, et bone memorie magistro Milone, notario nostro, tunc apostolice sedis legatis, excommunicatus extiterit, tam civitate Massiliensi quam universa terra ipsius ecclesiastico supposita interdicto, sano tandem ductus consilio, A. nobili muliere dimissa, rejectum habitum reassumpserit humiliter et devote, ac a te, frater Uticensis, excommunicationis et interdicti sententias pecierit relaxari, tu, sufficienti ab ipso cautione recepta, in civitate Massiliensi relaxasti sententiam interdicti, eidem R. firmiter injungendo, ut, per seipsum vel per fidelem nuncium, si forte infirmitate vel alia justa causa personaliter ad nos accedere non valeret, nostro se curaret conspectui presentare, apostolice benignitatis misericordiam petiturus. Qui humi- 4 aug. 1211. f° 79.

in diem 17 jan., feriam 4. Unde colligimus Ildefonsum a kalendis jan., vel fort. a Natali, anni initium computasse.

[1] Edit. inter *Epist. Inn. III*, II, 549; ap. Ruffi, *Hist. de Marseille*, I, 492; ap. Guesnay, *Vita S. Cass.*, 691, et in *Antiq. de l'égl. de Marseille*, II, 45.

liter mandatis tuis obtemperans, laborem subiit ad sedem apostolicam veniendi; sed, tam propter viarum pericula quam propter invalitudinem corporis prepeditus, procedere non potuit ultra Pisas. Propter quod, exinde dilectos filios P. de Monte Lauro, Aquensem archidiaconum, et G., cellerarium monasterii sancti Victoris, et W., canonicum Massiliensem, procuratores suos, ad nostram presentiam destinavit; per quos fuit nobis humiliter supplicatum, ut et absolutionis beneficium dicto R. faceremus impendi, et patrimonii sui curam habere permitteremus eundem, tam tuis, frater Uticensis, et metropolitani ac abbatis sui quam venerabilis fratris nostri episcopi, capituli ac militum et universi populi Massiliensis, necnon et aliorum quam plurium prelatorum nobis super hoc litteris presentatis, qui nos ad hoc triplici ratione precipue inducere satagebant : cum enim nullus preter ipsum de domo sua masculus sit superstes, si terre sue hominibus, qui eundem sincerissime diligunt, non preesset, ecclesiis et aliis piis locis gravia possent dispendia provenire; cum etiam multas violencias commiserit et rapinas et magna subierit hactenus onera debitorum, si prohiberetur eidem provisio terre sue, vix quisquam inveniretur, qui satisfaceret de predictis, et multi multipliciter, non absque gravi scandalo, suis justiciis fraudarentur. Quoniam igitur sacrosancta Romana
v°. ecclesia nulli humiliter redeunti gremium suum claudit, * nos, illius exemplo qui non vult mortem peccatoris sed pocius ut convertatur et vivat, cum majus gaudium sit angelis Dei super uno peccatore penitenciam agente quam supra nonaginta novem justos qui se credunt penitencia non egere; de jam dicti R. penitencia exultantes, qui diu fuerat in vanitatibus seculi evagatus, venerabili fratri nostro archiepiscopo Pisano dedimus in mandatis, ut ipsi, juxta formam ecclesie, beneficium absolutionis impendat, et injungat eidem ut mandatis vestris humiliter pareat, que super predictis ipsi duxeritis facienda. Porro super patrimonii sui cura ita duximus, ex benignitate apostolica providendum, ut idem R. cum participibus suis prius dividat totam terram infra civitatem et extra, et de porcione que ipsum de jure contingeret, cum abbatis sui coniventia et assensu, eidem cenobio aliqua congrua porcio designetur; de residuo vero, cum vestro et ejusdem abbatis

consilio, pro predictorum omnium satisfactione, disponat, prout melius videbitur expedire; porcionis vero monasterio designande provisio, propter necessitatem urgentem et evidentem utilitatem, eidem R. a suo committatur abbate, ita quod ipse, ob graciam sibi factam, nove conversationis studio se reddere studeat omnibus graciosum, tam in habitu quam in aliis nichil prorsus attemptans contra monasticam honestatem. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, juxta formam prescriptam, in ipso negotio, sublato appellationis obstaculo, procedatis, contradictores censura ecclesiastica compescendo.

Data Laterani, II nonas augusti, pontificatus nostri anno VIII. »

Ne igitur super hiis dubitari posset in posterum, nostras dilectis filiis abbati et conventui sancti Victoris Massiliensis litteras duximus in testimonium concedendas, precipientes ea firmiter observari. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si qua de premissis non fuerint executioni mandata, vos exequi, sublato appellationis obstaculo, procuretis, facientes eosdem abbatem et monachos eorum, que constiterit de predictis suo fuisse monasterio assignata, pacifica possessione gaudere; contradictores autem, si qui fuerint, vel rebelles, per censuram ecclesiasticam compescatis. * Quod si 1° 80.
non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur.

Data Rome apud Sanctum Petrum, VII kalendas julii, pontificatus nostri anno secundo.

905.

Carta Sancti Marcelli.

In nomine Domini, anno incarnationis ejusdem millesimo CC°XII°, 5 nov. 1212.
indictione XV, nonis novembris.

Per hoc presens scriptum clareat et manifestum sit omnibus hominibus illud intuentibus, quod ego Rocelinus, vicecomes et dominus Massilie et monasterii sancti Victoris monachus[1], intuitu Dei et ob remedium et remissionem peccatorum meorum et predecessorum

[1] *Et mon. S. V. monachus*, omissum in charta n. 907, quæ eisdem verbis quibus hæc incipit.

meorum, do, donatione inter vivos habita, Domino Deo et monasterio sancti Victoris Massilie et tibi Guillelmo, abbati prefati monasterii, recipienti pro predicto monasterio et omnibus tuis successoribus[1], irrevocabiliter et trado et, causa prefate donationis inter vivos habite, concedo im perpetuum castro [2] Sancti Marcelli cum omnibus suis tenementis, et generaliter totum dominium et jus et rationem quod vel quam habeo vel habere debeo vel visus sum habere et tenere vel possidere vel quasi, vel ad me pertinet vel pertinere debet aliquo modo, in predicto castro Sancti Marcelli et in ejus toto tenemento, in quibuscunque rebus vel juribus consistant, sive in dominationibus sive in hominibus sive in domibus sive in furnis vel molendinis, sive in justiciis sive in censibus vel redditibus vel exactionibus vel quistis, sive in terris cultis vel incultis, vel in nemoribus vel pascheriis vel paludibus vel pratis, sive in aquis, sive in mari sive in terra, sive in corporalibus sive in incorporabilibus, sive in quibuslibet aliis rebus vel juribus consistant; et denique omnia jura, tam corporalia quam incorporalia, tam ordinaria quam extraordinaria, quecunque in castro et in ejus tenemento habeo vel habere debeo aliquo modo, absque ulla retentione, pro predicte donationis causa, tibi Guillelmo, prefato abbati, nomine prefati monasterii, et tuis omnibus in perpetuum successoribus cedo et concedo et penitus desamparo, absque aliqua retentione. Sciri tamen volo quod predictum castrum Sancti Marcelli, cum omnibus suis tenementis et juribus, in divisione terre pertinentis extra Massiliam ad dominium tholonei, facta inter me Roncellinum et Ugonem
v. de Baucio et Barralam, [3] ejus uxorem, filiam quondam Barralis, fratris mei, et Geraldum Ademari et Mabiliam, ejus uxorem, filiam quondam Guillelmi Grossi, fratris mei, per sortem michi obvenit; et ideo in possessionem predicti castri Sancti Marcelli et tocius tenementi te Guillelmum, abbatem monasterii sancti Victoris, ex causa prefate donationis, ire jubeo et concedo auctoritate tua, asserens tibi in verbo veritatis, quod non feci neque dixi neque dicam neque faciam quominus predicta donatio a me facta irrevocabiliter sepe dicto monas-

[1] *Et om. tu succ.*, deest in n. 907. [2] Corr., *castrum*.

terio et tibi Guillelmo, sepe dicto abbati, et omnibus tuis im perpetuum successoribus, rata et irrevocabilis consistat perpetuo et consistere debeat; et, si de predictis vel in predictis ante presentem istam donationem aliquid dederam vel alio modo alienaveram, illam donationem vel alienationem revoco et eam pro cassa et inutili reputo et volo perpetuo reputari. Item promitto per stipulationem tibi Guillelmo, prefato abbati, nomine prefati monasterii stipulanti, quod predictam donationem, predicto monasterio et tibi Guillelmo abbati et omnibus tuis pro tempore sucessoribus a me irrevocabiliter factam, ut melius dici aut intelligi potest, ad utilitatem prefati monasterii et tui tuorumque successorum ratam, incomotam et irrevocabilem perpetuo tenean et observem et teneri et observari perpetuo faciam pro toto posse meo; et quod contra non veniam nec venire temptem, per me vel per interpositam personam, de jure vel de facto, in jure vel extra jus, aliqua juris scripti vel non scripti michi competentis vel in posterum competituri occasione, renuncians ex certa scientia, sciens de facto et de jure prudens, tam per me quam per alios quos super hiis consului, specialiter omnibus legibus permittentibus donationem ex causa ingratitudinis posse revocari, et omnibus legibus insuper que donationem absque insinuatione factam cassant, in hoc quod excedit summam quingentorum aureorum; et generaliter renuntio omni juri scripto et non scripto, civili et canonico, competenti et competituro, promulgato et promulgando, si quo contra predicta vel aliquid de predictis venire possem vel prefatam donationem, pro toto vel pro parte, rescindere vel revocare. Et predicta in actis redigi et cartam inde fieri jubeo. Actum infra monasterium *, in camera scalarii, in presencia f° 81.
et testimonio Guilaberti abbatis sancti Poncii Niciensis, et Petri Raue prioris claustralis, et Mandagoti prioris de Vicano, et Aldeberti Baili prioris de Arcis, et Ugonis de Areis prioris sancti Sebastiani, et Poncii de Genebrier, Aldeberti de Petra prioris Chiriaci, Guillielmi de Briançó, Aldeberti de Petra prioris sancti Leoncii, Petri de Levi, Guillelmi de Cerveria prioris Arcelle, et Boni Filii.

Post hec, eodem anno quo supra, III° idus novembris, infra idem 11 nov. 1212.

monasterium, in porticu mandati, in presentia et testimonio Guilaberti abbatis sancti Poncii Nicensis et Guillelmi de Cerveria prioris Arecllc, dominus Roncelinus, sub premissis omnibus renunciationibus, juravit super sancta Dei evangelia corporaliter manu tacta, Guillielmo, predicto abbati, recipienti pro predicto monasterio sancti Victoris et pro omnibus suis im perpetuum successoribus, quod supra scriptam donationem et omnia superius scripta, singula et universa, ut melius dici aut intelligi possunt ad utilitatem et comodum prefati monasterii sancti Victoris et ipsius Guillielmi, predicti abbatis, et omnium ejus in posterum successorum, rata et irrevocabilia perpetuo teneat et observet, et teneri et observari faciat, pro toto posse suo, perpetuo, et quod contra non veniat nec venire temptet, per se vel per interpositam personam, de jure vel de facto, in jure vel extra jus, et quod cuilibet persone contravenire nitenti totis viribus suis resistat.

Et ego Berengarius de Rocadu, publicus notarius Massilie, his omnibus interfui et, mandato domini Roncelini, hanc cartam scripsi.

906.

Confirmatio Massilie et Sancti Marcelli.

23 jan. 1218. Notum et manifestum sit omnibus, quod nos Raimundus Berengarius, Dei gratia comes et marchio Provincie et comes Forcalquerii, recognoscimus vobis, domne Bone Fili, abbas monasterii Massilie, recipienti nomine dicti monasterii, quod nos concessimus et confirmavimus vobis, et ratum habuimus et habemus et habebimus omni tempore donationem dominii Massilie[1] et castri Sancti Marcelli[2], quam fecit dominus Roncelinus, viceeomes quondam Massiliensis et monachus monasterii memorati, eoncedentes vobis, ut vos et monachi vestri,
v°. presentes et futuri, habeatis et teneatis et possideatis, sicut unquam melius dictus Roncelinus vel pater vel anteeessores ejus possederunt vel tenuerunt, salvo jure nostro et dominio : ita tamen quod omni con-

[1] Vid. inf. n. 907. [2] Vid. sup. n. 905.

querenti de vobis, occasione predictarum rerum, teneamini in nostra curia facere rationem; et promittimus vobis, stipulanti nomine dicti monasterii, quod predictam confirmationem et concessionem innovabimus sine omni dispendio vestro et expensa sive expensis, quando ego dictus Raimundus, comes Provincie, complevero XIII annum, et confitemur, sollempniter exceptioni non numerate pecunie ex certa scientia renunciando, nos habuisse et recepisse a vobis, Fone Fili abbas, nomine predicti monasterii, tria milia solidorum regalium, quorum quos misimus seu expendimus ad utilitatem et comodum nostrum, quos etiam recepit dominus B., Dei gratia Antipolitanus episcopus, in itinere quod tunc erat facturus pro negociis nostris ad regem Fredericum, in imperatorem Romanorum electum.

Acta sunt hec in capitulo ejusdem monasterii, anno Domini M° CC° XVIII°, mense januario, decimo kalendas februarii, in presentia et testimonio domini B., Dei gratia Antipolitani episcopi, et conventus ejusdem monasterii.

Et ego Guillielmus Poncius, domini comitis Provincie scriptor, mandato ejusdem, hanc cartam scripsi et sigillo suo sigillavi, et hoc meum signum apposui

Et ego magister Gualterius de Forcalcherio, notarius domini comitis Provincie in comitatu Forcalcherii et scriptor domine comitisse, mandato ipsius, suo sigillo presentem cartam sigillavi et subscripsi.

907.

Carta domini Ronsolini de donatione Massilie.

(Fragm. edid. Ruffi, *Hist. de Marseille*, I, 493.)

In nomine Domini, anno incarnationis ejusdem millesimo CC° XII°, 22 jul. 1212.
indictione X^a III^a, XI° kalendas augusti.

Per hoc presens, *etc.*[1] Ego Roncelinus, vicecomes et dominus Massilie,... donatione inter vivos habita, do Domino Deo et monasterio sancti Victoris Massilie et tibi Guillielmo, abbati prefati monasterii,

[1] Ut sup., n. 905, paucis duntaxat mutatis.

recipienti pro predicto monasterio, irrevocabiliter trado et causa prefate donationis inter vivos habite concedo totum dominium et jus et
f° 82. rationem quod vel quam habeo....* in Massilia et in portu Massilie et in eorum toto tenemento, in quibuscunque rebus vel juribus consistant, sive in dominationibus, sive in stari tholonei, sive in justiciis curie, sive in redditibus vel exactionibus portus, sive in redditibus vel exactionibus vel quistis Massilie vel ejus tenementi, sive in domibus seu turribus seu furnis vel molendinis, sive in terris cultis vel incultis, vel aquis vel paludibus, vel in nemoribus vel pascheriis, sive in mari sive in terra, sive in quibuslibet aliis rebus vel juribus consistant, *etc.* exceptis leusdis et censibus quos in domibus Massilie habeo, qui census sunt circa XXV solidorum, et excepto jure quod habeo in honore castri Babonis, qui est sub dominio ecclesie sancte Marie sedis Massilie, que scilicet leusdas et census predictos et honorem castri Babonis, quem sub dominio sedis Massilie, michi retineo pro persolvendis debitis que debeo. Sciri tamen volo quod pro indiviso tota tercia pars tholonei Massilie et pro indiviso tota sexta pars tocius dominationis Massilie et portus et eorum tenementi et omnium que ad dominos et vicecomites Massilie pertinent vel pertinere debent, in Massilia et in ejus toto territorio et in portu Massilie et in ejus toto tenemento, ratione dominii et possessionis, vel quasi, ante donationem prefatam ad me pertinebant et pertinere debebant; et ideo pro indiviso in vacuam possessionem et quasi tocius prefate tercie partis tholonei et prefate sexte partis tocius dominationis Massilie et ejus territorii et portus Massilie et ejus tenementi et omnium que ad dominos et vicecomites Massilie pertinent vel pertinere debent in Massilia et in portu Massilie et eorum tenementis, ex causa prefate donationis, te Guillielmum, abbatem monasterii sancti Victoris, nomine prefati monasterii, induco, asserens tibi in
v° verbo veritatis quod non feci neque dixi, *etc.* * Et predicta in actis redigi et cartam inde fieri et eam vel sigilli mei vel bulle mee munimine jubeo roborari.

Actum in camera fornelli monasterii sancti Victoris, ubi predicta

* Fort. pro *qui est*.

omnia facta fuerunt, preterquam traditio et inductio in possessionem, que scilicet traditio et inductio in possessionem facta fuerunt ad peironum Sancti Ferreoli; et interfuerunt omnibus predictis testes vocati * et rogati : Guillielmus de Petra, Guillielmus de Cerveria prior Arcelle, f° 83. Petrus de Aligno, Ugo de Clavinis, Guilabertus abbas sancti Poncii, Raimundus de Aurela elemosinarius, Petrus Rao prior de Auriolo.

Post hec, eodem anno quo supra, nonis novembris, infra monaste- 5 nov. 1212 rium sancti Victoris, in camera scalarii, Roncelinus, vicecomes et dominus Massilie et ejusdem monasterii monachus, in presentia et testimonio Petri Rauci prioris claustralis, et Mandagoti prioris de Vicano, et Guilaberti abbatis sancti Poncii Niciensis, et Aldeberti Baili prioris de Areis, et Ugonis de Areis prioris sancti Sebastiani, et Poncii de Genebrier, Aldeberti de Petra prioris sancti Leoncii, Petri de Aligno, Guillielmi de Cerveria prioris Arcelle, et Boni Filii, prefatam donationem iterum fecit monasterio sancti Victoris, et omnia predicta.... laudavit, corroboravit et expressim confirmavit.

Et ego Berengarius de Rocadu, publicus notarius Massilie, his omnibus interfui, et, mandato domini Roncelini, hanc cartam scripsi.

908.

Carta aquitiationis Hugonis de Baucio.

Anno Domini millesimo cc° vicesimo nono, xviii° kalendas februa- 14 jan. 1229. rii. Nos Hugo de Baucio, dominus et vicecomes Massilie, confitemur et in veritate recognoscimus nos donasse et obtulisse quicquid nos habebamus vel habere debebamus infra Massiliam vel ejus teuemento extrinsecus, exceptis castris, Deo et monasterio sancti Victoris Massiliensis in helemosinam, pro redemptione anime nostre et nostrorum predecessorum; et eandem donationem et oblationem de novo facientes sequenti die, videlicet octavo x° kalendas februarii, ante ter- 15 jan. 1229. ciam, in presentia subscriptorum testium, innovando et confirmando, recognoscimus vobis Bono Filio, ejusdem monasterii abbati, stipulanti et recipienti nomine * predicti monasterii, donasse iterum et confir- v°. masse, promittentes vobis et dicto monasterio quod dictam donatio-

nem et oblationem uxor nostra Barrala ratam habebit et eam firmam in posterum observabit; et promittimus nos modis omnibus effecturos quod dicta Barrala quicquid juris habet infra Massiliam vel ejus tenemento dicto monasterio conferet et donabit. Promittimus insuper Deo et vobis dicto Bono Filio abbati et monasterio sancti Victoris Massiliensis, quod contra supradictam donationem ullo in tempore, per nos vel per aliquam personam vel personas interpositam aut interpositas, non veniemus aliquo jure, occasione vel ratione, nec super hoc vos aut monasterium inquietabimus per nos, nec per aliquem vel aliquos nostros faciemus dictum monasterium inquietare, nec ab aliquo seu aliquibus sustinebimus vos nec monasterium propter hoc vexari nec in aliquo aggravari, quantum pro posse nostro poterimus devitare, et quod predictam donationem ratam et firmam perpetuo observemus, et predicta omnia compleamus et attendamus, et contra, aliquo jure, ratione vel occasione, ut diximus, nobis vel nostris competentibus aut competituris, in posterum nullo in tempore veniamus, data fide in manu domini Hugonis, Arelatensis archiepiscopi, vobis promittimus et monasterio sepe dicto. Ad hec, nos Gisbertus de Baucio et Barralus, filii dicti domini Hugonis de Baucio, donationem factam ab eodem patre nostro ratam et firmam habemus et in perpetuum observabimus, et quicquid juris ibi habemus vel habere debemus, illud omnino in abbatem et monasterium predictum transferimus et donamus.

Actum apud Massiliam, in domo Petri Andree, canonici Massiliensis, testibus ad hoc vocatis et rogatis : prefato domino Hugone Arelatensi archiepiscopo, Benedicto Massiliensi episcopo, Johanne Tolonensi episcopo, Poncio Astoando jurisperito, Petro de Flassano clerico, Hugone Berengarii clerico, Arnaudo clerico.

Et ego Raimundus Torcha, notarius predicti domini Arelatensis archiepiscopi, supradictis omnibus presens testis interfui, et hanc cartam, de voluntate et mandato utriusque partis, scripsi.

Ne autem super hiis possit aliquo tempore dubitari, et ut presens carta perpetuam obtineat firmitatem, nos predicti Hugo Arelatensis archiepiscopus et B. Massiliensis episcopus, qui predictis omnibus

presentes fuimus, eandem cartam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam.

909.

Item de eodem, domine Barralle.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, anno incarnationis ejusdem millesimo cc° vicesimo nono, viii° idus februarii, domino Fr., Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto. 6 febr. 1229. f° 84

Ego domina Barrala, mandato et concensu domini Hugonis de Baucio, mariti mei, et filiorum meorum Girberti et Barrali, et aliorum plurium amicorum nostrorum, non errans, non coacta nec seducta, sed divino intuitu, puro corde et bona voluntate, pro remedio anime mee, patris et antecessorum meorum, solvo im perpetuum, dono, cedo et cum hac carta trado et desamparo libere et absolute Domino Deo et monasterio sancti Victoris Massiliensis et tibi Petro de Manso, monacho recipienti cessionem, donationem seu traditionem dictam nomine et mandato venerabilium virorum domini B. abbatis et conventus ejusdem monasterii, quicquid juris habeo vel qualitercunque habere debeo ex parte domini Roncelini, condam avunculi mei, infra civitatem Massilie vel ejus territorio, exceptis omnibus castris cum tenementis eorum que sunt extra civitatem Massilie. Et in his omnibus renuncio ex certa scientia omni juri scripto vel non scripto, divino et humano, canonico et civili, quo vel quibus contra venire possem, et specialiter juribus que decernunt res dotales seu parafernales alienari non posse. Factum est hoc in castro terre Catralliaris, in aula in qua est furnellum. Testes sunt hujus rei : Guillielmus Isnardus sacrista domus Sinaque, frater Bertrandus, monachi Sinaque, Bertrandus de Bagaris monachus Massiliensis, Petrus de Romanino, et ego Bertrandus, domini Hugonis de Baucio publicus notarius, qui, ab utraque parte mandatus, hanc cartam scripsi et sigillavi et signum meum apposui.

910.

Carta judicum super facto domini Ronsolini[1].

30 nov. 1218. In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Presenti scripto fiat audientibus manifestum, quod nos Hu., Dei gratia Regensis, et B. Antipolitanus, episcopi, et W., eadem gratia abbas Floregie, a domino Honorio, Dei gratia summo pontifice, recepimus in mandatis ut super
v°. porcione patrimonii Roncelini, *etc.*[2] * Portio vero quam dominus Roncelinus monasterio assignavit... hec est: tercia pars tholonei Massiliensis, *etc.*[3] Item assignavit monasterio jam dicto castrum Sancti Marcelli, *etc.*[4] Nos itaque predicti exequutores, omnes quandoque et quandoque duo ex nobis, tercio, cum interesse non posset, litteratorie se excusante, illos quos res tangere videbatur pluries citavimus, scilicet rectores Massilie Ancelmum majorem, Ancelmum Ferum, Petrum de Sancto Jacobo et milites de Sancto Marcello, ut in carta sigillis nostris, mei scilicet Antipolitani episcopi et mei abbatis Floregie, roborata[5] plenius continetur; ammonentes eos, ut ea, que de patrimonio Roncelini predicto monasterio fuerant assignata, permitterent abbatem et monachos pacifice possidere. Predictis autem nichil vel parum quod[6] alicujus esset momenti coram nobis proponentibus, in negocio, prout nobis justum visum fuerit[7], processimus diligenter. Mandatum igitur domini pape nobis injunctum concorditer exequentes, te dominum Bonum Filium, abbatem monasterii memorati, nomine ejusdem monasterii, auctoritate domini Honorii pape et mandati nobis injuncti, villa Massilie et castro Sancti Marcelli nostro et tuo visui exposita et subjectis, in possessione vel quasi supradictorum omnium, videlicet tocius dominationis castri * Sancti Marcelli et ejus tenementi et tercie
f° 85. partis tholonei[8] predicti et sexte partis pro indiviso tocius dominii seu dominationis ville inferioris vicecomitalis Massilie et portus et tocius

[1] Hoc instrumentum iterum exaratum est f. 90 nostri Cod.
[2] Vid. sup., n. 904.
[3] Vid. sup , n. 907.
[4] Vid. sup., n. 905.
[5] Cod. *roboratam.*
[6] F. 90 *qui.*
[7] F. 90 *fuit.*
[8] F. 90 *tolonei*

tenementi, exceptis, ut dictum est, lesdis et censualibus denariorum domorum in quibus ad presens subsistimus, te ponimus, et eorumdem omnium te facimus possessorem, sicut et Roncellinus[1] possidebat vel detinebat vel ad eum de predictis aliquid pertinebat, vel alius seu alii, ejus occasione, tempore assignationis facte; salva tam auctoritate nostra super ceteris omnibus ad predictum mandatum pertinentibus exequendis, quam jure monasterii super jure quod ad eum pertinebat in predictis rebus ante tempus assignationis vel designationis predicte; salva etiam protestatione quam a te recepimus in hunc modum : « Ego Bonus Filius abbas et fratres monasterii Massilie protestamur, quod dominus Roncelinus, quondam monachus ejusdem monasterii, donavit et concessit vel pocius assignavit vel designavit, devestiendo seipsum et investiendo monasterium de omnibus que habebat vel possidebat seu detinebat ipse vel alius pro eo vel ab eo, in civitate Massilie vel in tenemento ejusdem, ratione dominii vel quasi, ita quod nichil excepit vel retinuit sibi; et hanc protestationem facimus, ut salvum sit jus monasterio predicto in censibus et lesdis et in tenemento castri Babonis, in quibus non desistimus, sed differendo ad presens subsistimus. » Prohibemus autem et interdicimus, auctoritate qua fungimur, sub excommunicationis pena, ne quis vos super possessione predicta vel quasi vexare seu inquietare presumat. Actum ante[2] molendinum helemosine, qui locus est oppositus civitati predicte, in presentia et testimonio testium rogatorum infra scriptorum, scilicet tocius conventus monasterii Massiliensis, videlicet : Hugonis[3] de Gladinis sacriste, Petri Rauci sacriste majoris, B. capiscoli, magistri Roberti, Fulconis Rostagni, S. Seblerie, W. Augerii, P. de Stella, P. Atanulfi[4], R. Botelle[5], Duranti de Sancto Egidio, R. de Posqueriis, Rocca Folii, B. de Capella, B.[6] de Cerveria, V. de Gardana, Imberti, Reverie, magistri Rolandi, Hugonis Jaufredi[7], W. de Cucuro, Gasquen[8], Poncii de Monte Rotato; et aliorum plurium monachorum :

[1] F. 90 *Roncelinus.*
[2] F. 90 *autem.*
[3] F. 90 *Ugonis.*
[4] F. 90 *Attanulfi.*
[5] F. 90 *Botellie.*
[6] F. 90 *Bertrandi.*
[7] F. 90 *Ug. Raufredi.*
[8] F. 90 *Guasqueti.*

prepositi Regensis, fratris Petri Magistri monachi Floregie, B. de Rovereto, Jordani de Vidalba, Isnardi * de Remolis, W.[1] Raimundi, W. de Teulana, Gancelmi[2] de Belveder, Bertramdi Johannis, Guillielmi Rephelis[3], W. Frances, P. Albaron[4], Martini Scutarii peregrini, Hugonis[5] de Combreto, Brunelli, Johannis de Livro, W. Petri, Johanneti, Mairoissi, Sarramanni, Silvestri, P. Marchi[6], Victoris, W. Guillaberti[7], P. Bertrandi, S. Forcalquerii[8], P. Janaira, R. Gallardi[9], Olivarii[10] de Tolono, P. Bellaroti.

Post hec statim, eadem die, nos dicti exequntores misimus in possessionem portus et civitatis predicte memoratum abbatem, ipso abbate nobiscum per portum navigante et ex parte civitatis ejusdem ad terram juxta turrem domus hospitalis de mandato nostro descendente, in presentia et testimonio Arberti de Cabreria, W. de Cucurone, Duranti de Sancto Egidio, R. Botelle[11], Roverie[12], P. Attanulfi, Fulconis Rostagni, P. Guillielmi, toto etiam conventu stante ad Sanctum Ferreolum et cuncta prospiciente; istis etiam prospicientibus : B. de Rovereto, magistro Hugone, P. presbitero, Alberto diacono sancti Ferreoli, Arnaudo[13] Imberto, W. de Teulana, P. Albaro, W. Albennano[14], Montanea, V. Duranti, Rambaldo scutario domini Antipolitani episcopi, Guillielmo Guillaberto[15], qui stabant ad Sanctum Ferreolum cum conventu.

Item, eodem die, incontinenti, nos predicti exequtores, ad portam civitatis predicte venientes cum dicto abbate, ipsum misimus in possessionem corporalem vel quasi dicte civitatis, quatenus partem predictam dicte dominationis contingit vel contingere debet; et duo ex nobis, scilicet ego B., Dei gratia Antipolitanus episcopus, et ego W., Dei gratia abbas Floregie, induximus dictum abbatem in corpo-

[1] F. 91 *Guillielmi.*
[2] F. 91 *Gancelmi.*
[3] F. 91 *Raphel.*
[4] F. 91 *Albaro.*
[5] F. 91 *Ugonis.*
[6] F. 91 *Marci.*
[7] F. 91 *Guilaberti.*
[8] F. 91 *Forcalcherii.*
[9] F. 91 *Gaillardi.*
[10] F. 91 *Oliverii.*
[11] F. 91 *Botellia.*
[12] F. 91 *Revorie.*
[13] F. 91 *Arnaldo.*
[14] F. 91 *Albenatio.*
[15] F. 91 *Guilaberto.*

ralem possessionem vel quasi tercie partis tholonei Massilie et sexte partis predicte pro indiviso, tercio, scilicet me Hugone, Dei gratia Regensi episcopo, ad portam civitatis remanente, et ne ingrederer excusante. Et statim dictus abbas Massilie erexit vel erigi fecit vexillum sancti Victoris, de mandato nostro, cum cruce, in eminentissima parte turris tholonei[1] dicti. Et hec acta sunt in presentia et testimonio testium rogatorum infra scriptorum, scilicet: P. Rauci sacriste monasterii sancti Victoris, Fulconis Rostagni, P. Attanulfi, Duranti de Sancto Egidio, R. Botelle[2], Hugonis de Gardana, Blançardi, monachorum Massiliensium; W. Raimundi, Gancelmi[3] de Belveder, W. Frances, W. Turrelli, Regordi et plurium aliorum, et mei Bertramdi de Severaco[4], qui hanc cartam * scripsi et omnibus interfui pretaxatis. (. 86.

Eadem die, mane, in presencia et testimonio fratris Petri Magistri et Jordani de Vidalba, monachorum Floregie, et magistri Roberti, Fulconis Rostagni, Duranti de Sancto Egidio et R. Botelle, monachorum Massiliensium, R. Bellaroti presbiteri, prepositi Regensis, Isnardi de Remolis, W. Raimundi, P. Sartoris, Poncii Pictavii, Bertramdi Lordi, Baizaqui et Poncii de Villa Majori, P. Galaugerio, nos Hugo et B., Dei gratia Regensis et Antipolitanus episcopi, et W., per eandem abbas Floregie, exequutores dati a domino Honorio, summo pontifice, super patrimonio quondam domini Roncelini, Massilie monachi, presentibus Ancelmeto, Poncio de Sancto Marcello, Bertramdo Beroardo[5] et Aicardo Silvestro, ita pronunciando diximus, me Hugone, Regensi episcopo, de voluntate exequtorum[6] presentium et mandantium, verba faciente:

« Nos cognoscimus dominium et alia que pertinebant ad Roncelinum vel ad monasterium Massiliense per eum in castro Sancti Marcelli vel in ejus tenemento, fuisse quondam assignata monasterio Massiliensi, sicut nobis patet per publicum instrumentum. Unde ea[7], auctoritate domini pape qua fungimur, recognoscimus et concedimus predicto

[1] F. 91 *tolonei*.
[2] F. 91 *Botellie*.
[3] F. 91 *Gaulelmi*.
[4] F. 91 *Severiaco*.
[5] F. 91 *Berroardo*.
[6] F. 91 *coexequutorum*.
[7] F. 91 add. *omnia*.

monasterio et vobis, Bone Fili, abbas dicti monasterii, et predicta omnia, ex parte dicti summi pontificis et nostra, vobis et dicto monasterio confirmamus, precipientes, sub pena excommunicationis, ne aliquis vos vel dictum monasterium in predictis vexare presumat. » Et post panca, ego idem episcopus dixi Ancelmeto, contradicenti et moto ad indignationem ex verbis nostris et appellanti ad episcopum Massiliensem: « Quia vos precepto nostro contradicitis, vos et omnem contradictorem excommunicamus, quandiu perstiteritis in contradictione. »

Actum in Massiliensi monasterio, in sala nova, in presentia et testimonio predictorum.

Item, eadem die, post nonam, nos predicti exequtores, cum abbate predicto ad castrum Sancti Marcelli euntes, fores dicti castri clausas invenimus, ita quod[1] non patuit nobis ingressus. Unde ante ecclesiam beate Marie, ibidem juxta dictum castrum sitam, existentes, milites et probos homines dicti castri ad nos convocavimus. Militibus autem ibidem non inventis, coram nobis comparuit Francesca, uxor Poncii de Sancto Marcello, cum quibusdam hominibus et mulieribus ejusdem castri, coram quibus mandatum domini pape, nobis, ut predictum est, injunctum, exponentes, dictum abbatem, nomine dicti monasterii, misimus in possessionem vel quasi dominationis predicti castri et omnium que Roncelinus in dicto castro et in ejus tenemento possidebat vel detinebat vel * quasi, vel ad eum aliquo jure pertinebant vel pertinere videbantur, precipientes illis qui aderant, et aliis denunciari jubentes, ut dictum abbatem, nomine dicti monasterii, admitterent ad ea omnia ad que quondam dictum Roncelinum jure dominii vel quasi dominii admiserunt vel eundem admittere tenebantur; inhibentes etiam sub pena excommunicationis, ne aliquis in dicta possessione vel quasi dictum abbatem vel quemvis alium ibidem pro monasterio existentem presumeret infestare; item precipientes ut predicta omnia milites et homines dicti castri usque ad proximam diem dominicam tunc sequentem implerent; alioquin, ex tunc ipsum castrum, auctoritate qua fungimur, ecclesiastico supposuimus interdicto.

v°.

[1] T. 91 *qui*.

Subsequenter etiam presbiteris Massilie constitutis, eadem auctoritate qua supra, firmiter precepimus, ut, si qui presumerent in possessione predicta vel quasi dictum monasterium molestare, ex quo eis denunciatum esset ex parte abbatis sancti Victoris, ipsos tamquam excommunicatos arcius evitarent, et, quantum in eis esset, facerent ab omnibus evitari; mandantes nichilominus venerabili patri episcopo Massiliensi, ut dictum monasterium defenderet in possessione omnium predictorum, et tam excommunicationis quam interdicti sententias prenotatas inviolabiliter faceret observari. 1 dec. 1218.

Actum anno Domini M° CC° VIII° decimo, pridie kalendas decembris, totum quod precedit, usque ad locum illum *Subsequenter etiam*. Exinde vero quod sequitur, usque ad finem, actum fuit die sequenti. Ne vero super his possit in posterum dubitari, hanc cartam inde factam sigillis nostris fecimus roborari.

[1]Et ego Petrus de Sancto Maximino, publicus notarius Massilie, in autentico instrumento, nec corrupto nec cancellato nec ex aliqua parte sui viciato, sigillis venerabilium patrum Regensis et Antipolitani episcoporum et abbatis Floregie roborato, de verbo ad verbum vidi et legi, sicut continetur in hoc transcripto, quod ego scripsi et signum meum apposui.

Ego B., Antipolitanus episcopus, de verbo ad verbum inspexi in autentico instrumento, sicut continentur in hoc transcripto, et hoc signum meum apposui et sigillum meum apponi feci.

Ego R., abbas Floregie, de verbo ad verbum inspexi, *etc*

Et ego Stephanus, domini B., Aquensis archiepiscopi[2] notarius, de mandato ejusdem, inspexi in autentico instrumento sicut continetur in hoc transcripto, et sigillum suum apposui. f° 87.

911.

Confirmatio comitis Provincie donationis Ronsolini.

Quod gerendum inspirat homini divina gratia, sic debet fieri firmum 23 jan. 1219

[1] Quæ subsequuntur attestationes desiderantur in altero exemplari.

[2] Cod. *archiepiscopus*.

et stabile, ut non possit processu temporis inproborum calumpnia revocari. Ideirco, ex hujus scripture publice testimonio, nos Raimundus Berengarius, Dei gratia comes et marchio Provincie et comes Forcalquerii, omnibus eam intuentibus volumus fieri manifestum, quod dompnus B., Dei gratia monasterii Massiliensis abbas, accedens ad nostram presentiam, innotuit.... quod dominus Roncelinus, quondam vicecomes Massilie ac monachus monasterii supradicti, donavit.... totam dominationem et omnia bona.... quecumque.... habebat.... occasione Hugonis Gaufridi, quondam patris sui, vel aliis quibuscumque modis, occasione dominii vel senorie, aut proprietatis vel possessionis vel detentionis vel alia qualibet ratione, in tholoneo Massilie necnon et in civitate Massilie et ejus territorio vel tenemento vel occasione eorumdem, exceptis quibusdam que ab ipso Roncelino fuerunt excepta....; item et in castro Sancti Marcelli et ipsius territorio vel tenemento vel occasione eorumdem; sicut in duobus instrumentis publicis, *etc.*[1]; que instrumenta dominus abbas prelibatus coram nobis produxit et ostendit, una cum quadam alia carta continente quod dominus Hugo, Dei gratia Regensis et B. Antipolitanus episcopi, et G. abbas Flo-
v°. regie, *etc.*[2] * Quapropter dictus abbas, nomine monasterii supradicti, postulabat a nobis, in cujus dominio sunt civitas supradicta et castrum nominatum, ut nos eidem, nomine dicti monasterii, predictorum omnium donationes sive assignationes confirmaremus.... Unde nos Raimundus Berengarius, predictus comes et marchio Provincie, scientes omnia supradicta firmiter esse vera, attendentes etiam eadem et videntes necnon et affectionem et piam devotionem quam venerabilis comes Ydelfonsus, pater meus quondam, et alii antecessores nostri habuerunt erga monasterium sepe dictum, cum concensu et voluntate expressa domine G., comittisse Provincie, venerabilis matris mee, una etiam cum approbatione et concensu expresso consiliariorum meo-
f° 88. rum,.... supradictam donationem.... * laudamus, ac investimus et concedimus in perpetuum sine omni temporis prefinitione, ac confirmamus tibi Bono Filio, dicto abbati, recipienti a nobis hec eadem

[1] Vid. sup., nn. 905 et 907.

[2] Vid. sup., n. 910.

nomine monasterii supradicti, et homagium et fidelitatem nobis propter hoc facienti.... Recognosco sollempniter tibi B., abbati predicto, nomine dicti monasterii recipienti, me a te habuisse et recepisse, nomine concessionis et laudationis et investiture supradicte, tria milia solidorum coronatorum regalis, quos michi ex causa predicta solvisti.... Omnia supradicta promitto tibi dicto B. abbati.... me et meos rata et firma habituros et contra.... non venturos, per me vel per alios, sive occasione deperdite pecunie vel in utilitatem meam non converse, aut occasione minoris etatis vel aliis quibuscunque modis vel rationibus; renuncians specialiter in his omni minoris etatis beneficio et generaliter omni alii juri legali et canonico et consuetudinario, tacito vel expresso, promulgato vel promulgando, per quod contra predicta venire possem.... Acta sunt predicta omnia in capitulo monasterii predicti, in presentia et testimonio infra scriptorum testium, scilicet: domini B., Dei gratia episcopi Antipolitani, Johannis prioris claustralis, Hugonis de Glazinis sacriste, Guillielmi de Cerveria, B. de Stella precentoris, magistri Rolandi, Poncii de Monte Ferrando, Nicensii, Hugonis de Gardana, Petri Attanulfi, Petri Rauci, Martini de Revesto, Guillielmi Augerii, Guillielmi de Cucurone,* Durandi de Sancto Egidio, v°. Guillielmi Gasconis, Imberti de Aurasica, Raimundi de Toveria, magistri Aimerici, Petri de Bariacco, Raimundi Alfanti, Roncelini del Caire, Hugonis Gaufridi, Bernardi de Cappella, Asnari de Orseria, Petri Augerii, Elye de Atto.

Et ego Guillielmus Poncius, domini comitis Provincie scriptor, mandato ejusdem, hanc cartam scripsi cum suprascriptione in sexta linea a fine, et sigillo suo sigillavi, et hoc meum signum apposui. Anno Domini M CC XVIII, mense januario, decimo kalendas februarii[1].

Post hec, anno quo supra, VI° kalendas februarii, nos G., Dei 27 jan. 1219. gratia comitissa Provincie et Forcalquerii, et mater et tutrix R. Berengarii, comitis Provincie, visis et auditis atque intellectis predictis omnibus et diligenter inspectis, habito super premissis procerum et consiliariorum[2] nostrorum consilio,.... predicta omnia.... confirma-

[1] Anni initio ab Annunciatione computato. [2] Cod. *conciliariorum*.

mus.... Actum hoc in curia Aquensi domini comitis, in sala ubi fit ignis, in presencia domini B. Antipolitani episcopi, et W. de Malo Tortello, et monachi Aquensi[1], et V. de Gardana monachi, et Durantis prioris de Gardana, et Poncii de Mataroni, et W. de Cotiguaco, et sororis comitis Provincie et aliorum plurium, et Valentini judicis et notarii curie domini comitis Provincie, qui, mandato et voluntate G., comitisse Provincie, ab illo verbo *Post hec anno quo supra*, scripsit, et signum suum apposuit.

28 jan. 1219. Post hec, anno quo supra, v kalendas februarii, ego magister Gualterius de Forchalcherio, publicus domini comitis R. Berengarii notarius in comitatu Forcalcherii, et scriptor domine G. comitisse, matris et tutricis dicti comitis, mandato ejusdem domine comitisse, presentem cartam ejusdem sigilli robore communivi et subscripsi.

912.

Confirmatio domini comitis super processu judicum.

28 jan. 1219. Notum sit omnibus hominibus hanc cartam videntibus, quod nos Raimundus Berengarius, Dei gratia comes et marchio Provincie et comes Forcalquerii, confitemur et recognoscimus sollempniter tibi Bono Filio, abbati Massiliensis monasterii, nomine ejusdem monasterii recipienti, quod nos confirmavimus.... concessiones quas quondam

f° 89. * dominus Roncelinus, vicecomes Massiliensis et monachus predicti monasterii, fecit.... monasterio supradicto....[2], item et adjudicationem et missionem in possessionem quas, occasione predictarum donationum vel assignationum, fecerunt dominus Hugo, *etc.*[3], sicut plenius continentur hec in quadam carta de predictis concessionibus a nobis facta, *etc.*[4]; quas donationes et assignationes et concessiones iterum cum hac carta laudamus et confirmamus....; renunciantes expressim in omnibus predictis omni minoris seu pupillaris etatis beneficio et generaliter omni alii juri, *etc.* Et, ad majorem cautelam, omnia predicta attendere et complere fide data et promissa

[1] Sic.
[2] Vid. sup., nn. 905 et 907.
[3] Vid. sup, n. 910.
[4] Edit. sup, n. 911.

tibi in manu tua et osculo pacis et fidei interveniente plevimus et constanter cum omni firmitate promittimus tibi B., abbati predicto, recipienti nomine monasterii sepe dicti; promittentes insuper tibi nos hec eadem iterum laudaturos et confirmaturos predicto monasterio, sine omni dispendio et expensis, quandocunque * volet, ex quo ad pu- v°.
beres annos pervenerimus. Ad hec, nos B., Dei gratia Antipolitanus episcopus supradictus, et G. de Malo Tortello fidejubemus tibi B., predicto abbati, recipienti nomine dicti monasterii, pro omnibus supradictis a domino R. Berengario comite et suis universis attendendis et complendis, promittentes tibi per stipulationem, uterque in solidum[1], nos effecturos quod dictus comes et sui in perpetuum omnia supradicta attendent et complebunt et contra non venient, et super his omnibus renunciamus ex certa scientia omnibus legibus et canonibus subvenientibus fidejussoribus minorum sive pupillorum et omni beneficio quod occasione minoris seu pupillaris etatis predicti comitis nobis vel alterutri nostrum competere posset, et nove constitutioni de duobus reis, et legi que dicit principalem debitorem esse prius conveniendum quam intercessorem, et generaliter omni juri legali et canonico et consuetudinario, competenti et competituro, promulgato et promulgando, per quod contra predicta vel aliquid de predictis venire possemus, vel ea in parte vel in totum infrangere vel revocare.

Actum subtus viam qua itur Aquis, inter turrem Guillielmi Rainandi et locum qui appellatur Quartuns, anno Domini M° CC° X° VIII°, quinto kalendas februarii, in presentia et testimonio P. Rauci sacriste, Audeberti de Sala camerarii, B. de Stella et Hugonis de Gardana, monachorum Massilienuium, magistri Gauterii, scriptoris domine comittisse, P. Gaucelmi, domini comitis scriptoris, et mei Guillielmi Poncii, domini comitis Provincie scriptoris, qui, mandato ejusdem, hanc cartam scripsi et sigillo suo sigillavi et signum meum apposui.

Et ego magister Gualterius de Folcacherio, domini comitis Provincie et Forcalcherii notarius in comitatu Forcalcherii et scriptor

[1] Cod. *solidii*.

domine comitisse Provincie, matris et tutricis dicti domini comitis, mandato dicte domine comitisse, presentem cartam sigillo ejus sigillavi et subscripsi.

913.

f° 92. Littere super ordinatione judicum de facto domini Ronsolini.

22 mart. 1219 Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui sancti Victoris Massiliensis, salutem et apostolicam benedictionem. Gaudemus mandata, *etc.* Significastis siquidem nobis quod, cum venerabilibus fratribus nostris Regensi et Antipolitano episcopis et dilecto filio abbati Floregie nostris dedissemus litteris in mandatis, ut ea que de patrimonio Roncelini, quondam monasterii vestri monachi, de mandato felicis recordationis I. pape, predecessoris nostri, vobis fuerant assignata, vos facerent pacifice possidere, ipsi, sicut suis nobis litteris intimarunt, mandatum nostrum fideliter
v°. exequentes, Massiliam personaliter * accesserunt, et in veritate cognito quod assignatio illa rationabilis fuerat, ipsam auctoritate nostra, ut eorum verbis utamur, approbarunt et confirmarunt, et te, fili abbas, in possessionem rerum assignatarum curarunt ponere corporalem, sub excommunicationis pena districtius inhibentes ne aliquis super possessione ipsa vos presumeret molestare. Unde nobis humiliter supplicastis, ut, que per predictos episcopos et abbatem super hoc acta sunt, auctoritate dignaremur apostolica roborare. Nos igitur, vestris justis precibus inclinati, hujus modi processum[1] eorum, sicut rationabilis est et providus, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, *etc.*

Data Laterani, XI kalendas aprilis, pontificatus nostri anno tercio.

914.

Contra proprietarios.

3 nov. 1227. Quoniam proprietatis vicium in religiosis apostolica predampnavit

[1] Cod. *processim.*

auctoritas, et illud persequitur tam canonica constitutio quam legalis, necnon et regula beatissimi patris nostri Benedicti precipit idem de monasterio radicitus amputari, nos B., miseratione divina abbas hujus monasterii sancti Victoris Massiliensis, quibus hujus modi cura incumbit, vicium sepe dictum in fratribus nostris digno hactenus fuimus odio persequuti, omnes fratres nostros proprietarios excommunicantes sollempniter et frequenter, quam excommunicationis sententiam nunc etiam innovamus.

Sane quidam sunt qui, nec hoc peccato nec ejus condempnatione contempti, crimen istud in se magnificant et augmentant et adeo se reddunt odibiles in oculis Creatoris, ut nec digni sint ut eis saltem in ultimo termino vite sue Dominus velit dare gratiam penitendi, deponentes videlicet penes speciales amicos extra monasterium male retentam pecuniam et res alias pecculiares, quas de commissis sibi administrationibus dampnabilissime sunt furati, de quibus rebus depositis creberrime[1] hoc contingit ut nec depositoribus umquam * prosint in vita nec post f° 93.
mortem eorum ad monasterium revertantur.

Alii etiam, detestationem majori dolositate supergressi comunem, pecunias sibi debitas vel res alias faciunt ut sibi extranei stipulentur et de pecculiari pecunia conficiatur sub alieno nomine instrumentum, ut non solum monasterium eandem pecuniam de cetero recuperare non possit, verum etiam ille qui hanc fraudem comittit, fraudem multociens in hujusmodi paciatur.

Sunt autem et alii qui, usque ad extremum vite punctum proprietatis vicio laborantes, cum vident, appropinquante morte, se non posse aliquid ulterius possidere, facultatem, non voluntatem, desinunt possidendi, ut non ipsi peccata dimittant, sed dimittantur pocius a peccatis.

Alii etiam machinatione incomparabili, cum vite sue suspicantur exitum inminere, non tamen omnino de vita desperant; de rebus quas habent faciunt donacionem ficticiam in amicos, ut quasi ab omni proprietate immunes libere possint absolvi et ecclesiastica recipere

[1] Cod. *creberrimo*.

sacramenta, et, si eos ab infirmitate contigerit liberari, ab amicis recuperent quod dederunt.

Alii autem sunt qui omnium quos prediximus malicie immanitatem et dampnationem excedunt, qui, cum, in extremis positi, de morte non dubitant et omnino de vita desperant, quicquid habent conferunt in amicos, dignum judicantes ut amici pocius cum latrocinii crimine habeant alienum, quam monasterium suum recuperet tunc saltem cum ipsis proprietariis jam inutile factum fuit.

Alii etiam volentes de alieno sibi gratiam comparare et helemosinam facere de furtivo, proprium suum quod in abbatis manibus resignare debuerant, prioratui suo vel alii forte domui vel persone donare non metuunt, in qua fraude pares quoad culpam et quoad penam donatores et donatarios reputamus.

Propter que omnia et alia infinita, que ipsi ad perditionem suam circa hujusmodi machinantur, nos, auctoritate Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli et beati Victoris et beati Benedicti et omnium sanctorum, et ea potestate qua fungimur, sub invocatione celi et terre et omnium elementorum, detestamur, execramus, maledicimus, excommunicamus et anathematizamus omnes fratres nostros qui de
v°. cetero * extra monasterium nostrum vel extra prioratus in quibus habitant deposuerint pecuniam vel rem aliam, vel qui aliquam comiserint de omnibus fraudibus superius numeratis, et eadem maledictione, excommunicatione et anathematizatione omnes illos volumus obligari qui deposita sua, que fecerunt hactenus, audita constitutione ista, contempserint revocare. Quos omnes excommunicatos et anathematizatos tradimus Sathane in interitum carnis, ut spiritus eorum salus sit in die Domini; et, si in fine saltem tales resipiscere forte contempserint, cum Dathan et Abyron, quos terra vivos absorbuit, pereant et sic extinguatur lucerna eorum sicut extinguntur iste candele, amen.

Item, cum in monasteriis Artecelle et sancti Zacharie in tantum numerus excreverit dominarum, quod eis ipsorum locorum non sufficiunt facultates ad necessaria ministranda, de approbatione nostri capituli generalis et specialiter de consensu utriusque loci prioris, statuimus

et firmissime observari mandamus, nullo ingenio penitus valituro, ut in locis predictis nulla introducatur de cetero monialis nec aliqua recipiatur in monacham predictorum locorum quousque domine Artecelle pauciores fuerint quinquaginta, et domine Sancti Zacharie fuerint pauciores quam tredecim. Qui numerus, quinquaginta videlicet in Artecella, et in Sancto Zacharia tredecim, impleri valeat, cum fuerit minoratus, excedi autem nulla prorsus valeat ratione, et, cum ad dictam quantitatem redactus fuerit numerus dominarum, apud Artecellam sex et apud Sanctum Zachariam tres famule possint esse in obsequiis earundem, et excedi non possit iste numerus famularum, quamvis de famulabus certa lex servari non possit quousque dominarum numerus redactus fuerit ad eam quam prediximus quantitatem. Priori autem qui hoc salubre statutum ausus fuerit temerare in aliqua sui parte, hanc penam infligimus, ut per tres annos continuos quarta semper et sexta feria in pane et aqua jejunet, et sub pena excommunicationis se noverit obligatum ad hoc jejunium observandum. Que utique jejunii pena non sufficiet, in illo quem pro majori contemptu et transgressionis enormitate superior acceriori correctioni decreverit subjacere.

Item statuimus etiam ut census bladi qui debent solvi monasterio de prioratibus, ad eminam Massiliensem que nunc currit solvantur de cetero, ita quod non possit * eadem emina deinceps augmentari; et f° 91.
nuncii et saumerii, qui ibunt pro eisdem censibus colligendis, dum ipsis colligendis insistent, a prioratibus procurentur et necessaria accipiant.

Actum in monasterio Massiliensi, in capitulo generali, anno Domini M CC XXVII°, nonas novenbris.

915.

Privilegium de perpetuis vicariis non ponendis.

12 jul. 1252. Epistola Innocentii papæ IV, qua prohibet ne Massilienses monachi compellantur ad ponendum perpetuos vicarios in prioratibus et ecclesiis ipsorum in quibus antiquitus non fuerunt, vel ad augmentandum portiones illorum qui sunt in ipsorum ecclesiis seu prioratibus instituti[1].

Data Perusii, IIII° idus julii, pontificatus nostri anno decimo.

916.

Privilegium de clericis non substituendis in ecclesiis, *etc.*

12 jul. 1252. Epistola Innocentii papæ IV, qua cavetur ne cui clerico provideri valeat in prioratibus vel ecclesiis in quibus monachi morari consueverunt.

v°. * Data Perusii, IIII° idus julii, pontificatus nostri anno decimo.

917.

Sentencia arbitralis lata pro monasterio contra commune Massilie.

30 jan. 1230. In nomine Domini, anno incarnationis M° CC° vicesimo nono, indictione tercia, tercio kalendas febroarii, regnante serenissimo domino Frederico secundo Romanorum semper Augusto.

Super controversiis et rancuris ac petitionibus mutuis quecumque et quascumque monasterium sancti Victoris Massiliensis seu dominus Bonus Filius abbas, nomine ipsius monasterii faciebat contra commune Massiliense seu contra consules dicti communis ville viceconitalis Massiliensis, nomine ipsius communis, vel ipsum commune seu consules ejus faciebant de dicto monasterio et abbate, compromiserunt dictus dominus abbas, nomine dicti monasterii, ex una parte, et Guillelmus de Roca Folio, consul et syndicus, ut dicebant, dicti communis seu universitatis ville vicecomitalis Massiliensis, nomine ipsius

[1] Vid. sup., n. 883.

communis, ex altera, in dominum Benedictum, episcopum et dominum Massiliensem, arbitrum seu arbitratorem a partibus sponte electum, sub pena quingentarum marcharum argenti fini a parte parti stipulata et promissa, promittentes partes predicte sibi ad invicem sub dicta pena parere et obedire mandamento et mandamentis seu amicabili compositioni aut arbitrio seu arbitrationi domini episcopi supradicti, et se attendere et complere quicquid ipse dominus episcopus super predictis dicet vel dici faciet, aut pronunciabit vel pronunciari faciet, seu arbitratus erit vel statuerit, aut de plano aut secundum jus vel de sua propria voluntate; promittentes partes eidem domino episcopo, quod jus unius partis possit alteri parti conferre et e converso, prout sibi melius visum fuerit expedire; volentes etiam ipse partes, quod, si in dictis seu pronunciationibus vel arbitrationibus dicti domini episcopi proferendis seu dicendis super predictis aliquid dubium oriretur, super eo exponendo seu interpretando ad ipsum dominum episcopum recurratur, et quod plura mandamenta et pluribus vicibus et diversis temporibus possit ferre; que pena predicta quingentarum marcarum si commissa fuerit et exacta, nichilominus mandamentum vel mandamenta seu arbitratio vel amicabilis compositio et quicquid ipse dominus episcopus dicet et faciet aut ordinabit seu pronunciabit vel dici aut pronunciari faciet super rancuris seu questionibus supradictis, ratum et immobile perseveret nunc et semper, ita quod utrumque possit exigi cum affectu [1] et ad utrumque * possit agi. In quibus omnibus renunciaverunt partes induciis xx dierum et III mensium, et in integrum restitutioni, et omni alii juri scripto et non scripto, sibi competenti vel competituro, per quod contra predictam [2] venire possent vel aliquid inde infringere vel revocare, et omni alii occasioni et exceptioni rei vel persone cohereuti. Ad hec, dominus Hugo de Bautio et Hugo Rostagni et Gaufridus Rostagni, pro dicto abbate et ejus precibus et pro dicto monasterio, et idem dominus Hugo de Bautio et Bernardus Nies et Andreas Anglicus, consules, pro dicto Guillelmo de Roca Folio consule et ejus mandato et pro dicto communi, constituerunt et f° 95.

[1] Fort. pro *effectu*.

[2] Sic.

obligaverunt se principaliter domino episcopo predicto, sub obligatione omnium bonorum suorum, in omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis et in dicta pena, si fuerit forte commissa, renunciantes legi de pri[n]cipali prius conveniendo et induciis xx dierum et un mensium et omni alii juri et rationi. Actum Massilie, in porticu ante aulam episcopalem, in presencia et testimonio Guillelmi Augerii vicarii, Guillelmi de Ultra mare consulis, Bernardi Gairanni, magistri Poncii de Gardana, causidicorum, Poncii Astoaudi, Barrali, Guillelmi Ymberti notarii, Johannis Joseph sacerdotis, Aicardi Enguilranni, Petri de Templo, Poncii Dalmatii, Hugonis Rainaudi et plurium aliorum, et mei magistri Bertrandi Fossigene, publici notarii Massiliensis, qui mandato partium hec scripsi.

Ponebat itaque dominus abbas et petebat, nomine sui monasterii, reduci columpnam quamdam in loco solito, quam dicebat olim, mandato Rocelini, vicecomitis et domini Massiliensis, sitam sive fixam juxta Podium Formignarium, pro termino jurisdictionis pertinentis[1] ex una parte ad dictum monasterium, et ex altera parte pertinentis ad prefatam villam Massiliensem. Ad quod respondebat Guillelmus de Roca Folio, consul et syndicus, ut dicebat, se non credere quod dicta columpna esset ibi apposita pro aliqua determinatione jurisdictionis terre vel maris, neque credebat quod mandato dicti Rocelini esset in illo loco fixa; quod si forte reperiretur, dicebat quod non potuit fieri de jure sine consilio aliorum dominorum Massiliensium. Item conquerebatur dictus abbas, dicens quod commune Massiliense occupaverat quandam partem salinarum et terre que est inter terminum predictum et salinas predictas, ponendo ibi palos et desiccando locum predictum; que loca predicta ostensa fuerunt occulata fide domino episcopo supradicto. Item conquerebatur, dicens quod dictum commune homines de burgo qui vulgaliter dicitur Callata, ad jurisdictionem dicti monasterii pertinente, violenter ad suam jurisdictionem traxerunt, et sic monasterium spoliaverunt; unde petebat dictum monasterium restitui ad possessionem vel quasi dicte jurisdictionis. Item petebat

[1] Cod. *pertinentes*.

sibi restitui xx^{ti} v^{c} libras regalium, quas dicebat dictum commune a Duranto presbitero, syndico et judice dicti monasterii, et ab Hugone de Verdellono, fratre seu donato ipsius monasterii, per violenciam extorsisse. Item petebat sibi restitui castrum de Croch, quod dictum commune ipsum monasterium spoliavit. Item dicebat, quia commune destruxerat locum qui dicitur Archus, dictus abbas se * dampnificatum v°.
in quingentis libris regalium coronatorum, quod da[m]pnum monasterium restitui postulabat. Item petebat sibi restitui illud quod commune dictum occupaverat in tenemento de Carvillan ad monasterium pertinente, quod dicto domino episcopo fide oculata fuit ostensum. Item petebat sibi restitui piscarias in portu Massiliensi, quas monasterium ibi consuevit habere, scilicet cum rethia trahuntur ad littus monasterii et cum capiuntur dalphini vel alie belue marine. Item petebat dictum commune prohiberi quod bannum vel alias exactiones non faciat in villa vel tenemento de Revesto, cum ad dictum monasterium hec omnia pertineant pleno jure. Item petebat sibi restitui quindecim libras regalium coronatorum, quas extorsit commune a monasterio, quia volebat diruere domum quandam monasterii que fuit Hugonis Ymberti. Item petebat quedam statuta facta per commune contra libertatem ecclesie revocari tanquam iniqua, scilicet quod monasterium non posset non numerate peccunie exceptionem opponere vel quod peccunia non sit versa in utilitatem monasterii, et quod homines tenentes possessiones a monasterio non litigent sub monasterio vel in ejus curia, sicut consueverunt, etiam si moveatur questio de possessionibus quas habent a monasterio; et quia interdixerunt molendina monasterii, preconizando pluries per civitatem ne aliquis sit ausus defferre bladum ad molendina predicta; unde dampnificatum dicebat monasterium in centum libris regalium coronatorum, quas petebat sibi restitui. Item petebat sibi restitui xx^{ti} solidos regalium coronatorum, quos bacchalarii communis, de consciencia potestatis Massiliensis, extorserunt a Johanne de Fullaquerio monacho, tunc priore Sancti Zacharie. Item conquerebatur dictus abbas, occasione patrimonii quondam domini Rocelini, videlicet de sexta parte dominationis et jurisdictionis ville vicecomitalis Massiliensis et sexta parte portus et sexta et octava

lesdarum[1] et occasione castri Sancti Marcelli, dicens quod predicta cum pertinenciis suis pertinent et pertinere debent ad monasterium, non obstante loquatione quondam facta, cum in solutione pensionis biennio cessaverint, et rem ipsam deteriorem[2] fecerint demoliendo palacium tolonei; unde petebat eos repelli et res ipsas monasterio reddi, ut tamen solvant tocius temporis pensionem, videlicet quinquaginta libras regalium pro pensione duorum annorum, et id in quo rem lesecrunt resarciant, videlicet rehedificando tolonenm vel estimationem prestando, scilicet tria milia librarum regalium coronatorum. Petebat etiam monasterio reddi solum cum liis que in eo facta sunt, pro portione scilicet tercia que monasterium contingit. Item petebat homines prohiberi qui aquam bedalibus suorum molendinorum subtrahunt in lesionem monasterii. Item conquerebatur de fracta pace et dampno dato in domibus, bonis et hominibus monasterii, scilicet in hominibus castrorum de Pennis et de Podio Nigro et Auriolo. Dampnum autem datum estimabat de predictis domibus c^{tum} marcarum argenti, quas
f° 96. petebat sibi adjudicari, et dampnum hominum estimabat quingentas * marcas. Item petebat castrum de Rocafort et terciam partem Albanie sibi vel domino Antipolitano episcopo et collegis suis, judicibus a sede apostolica delegatis, restitui, que obvenerunt domino Rocelino per divisionem factam cum suis parciariis et per ipsum monasterio. Item petebat fieri divisionem ville vicecomitalis Massiliensis, videlicet ejus partis que superius est distincta que obvenit monasterio occasione dicti Rocelini. Item petebat quatuordecim milia solidorum regalium, quos a quatuordecim annis citra perceperunt de redditibus et proventibus supradictis, preter exactiones in homines Massilienses factas occasione et auctoritate predicte sennorie, que scilicet contingit monasterium ex persona domini Rocelini, scilicet pro sexta parte. Item petebat sibi restitui octavam decimam partem portus Massiliensis occasione hereditatis Rocelini et gausidas ejusdem partis quas a quinque annis citra dictum commune percepit, quas gausidas estimabat dictus abbas c^{tum} libras regalium coronatorum. Item petebat quod dictum commune

[1] Cod. *lesclarum*.

[2] Cod. *detiorem*.

non impediret ipsum monasterium quin posset apponere et tenere bannerios in suo tenemento. Hec autem petebat dictus abbas et salvo sibi jure addendi et diminuendi, mutandi et corrigendi.

Unde nos Benedictus episcopus, arbiter seu arbitrator aut amicabilis compositor supradictus, habita collocutione cum utraque parte super premissis, mandamenta nostra in scriptis proferimus in hunc modum : videlicet de facto columpne predicte dicimus et mandamus quod restituatur in loco unde dicitur evulsa fuisse, scilicet inter parietem et rivulum qui defluit a Curataria juxta Podium Formiguerium; hoc autem dicimus, salvo jure utrique parti, si in posterum probare possent quod aliter deberent jurisdictiones sive in terra sive in mari terminari inter monasterium et commune Massilie. Item locum qui est inter predictum terminum et salinas, quem abbas[1] dicebat fuisse occupatum per commune, eidem abbati et monasterio pleno jure adjudicamus, mandantes ut ei a communi predicto restituatur predictus locus, hoc salvo quod pro utilitate portus possit dictus locus cavari et, si necesse fuerit, in portum reduci. Item de burgo Callate dicimus et mandamus ut monasterium libera et pacifica gaudeat ejus possessione in omnibus, hoc excepto quod justizias sanguinis ibi habeat commune Massiliense et cavalcatas, quando commune Massiliense exibit ad cavalcatas, et quod homines illius burgi juvent ad clausuram civitatis Massiliensis pro modo facultatum suarum, secundum quod facient alii homines dicte civitatis. Hec autem que de burgo dicimus, volumus observari a Pascha proximo usque ad sex annos proximos et completos, volentes ut ex tunc libere possit utraque pars jus suum repetere, neque per medii spatium temporis nec per ea que diximus alterutri partium prejudicium generetur vel juris amplius acquiratur, quominus ex tunc possit sicut modo de jure suo libere, si voluerit, experiri super jurisdictione dicti burgi; et expressim dicimus quod in eodem statu in quo modo est, quantum ad jus utriusque partis, a tempore dicto in antea remaneat dictus burgus. * Item volumus et mandamus ut xx^ti^ v°.
v libras, quas commune predictum extorsit a Duranto presbitero et

[1] Cod. *ababas*.

Hugone de Verdellon predictis, ipsum commune restituat abbati et monasterio predicto. Item de castro de Croch volumus et mandamus quod libere cum suis edificiis abbati et monasterio predicto restituatur a dicto communi pleno jure, et quod idem abbas et monasterium dictum ita faciat dictum castrum fideliter custodiri quod inde non possit fieri civitati Massiliensi ulla guerra. Item volumus et mandamus quod methe quas posuerat Spinus, potestas quondam Massiliensis, seu poni fecerat in tenemento de Carvillano omnes removeantur et ad statum pristinum methe dicti territorii reducantur. Item de piscariis portus Massiliensis volumus et mandamus ut sint libere cuilibet volenti ibi piscari, hoc excepto quod, si quis piscator rethia sua traxerit piscando in ipso portu ad rippam sive littus ex parte monasterii, teneatur cum abbate seu monasterio de piscaturis hujusmodi concordare. Et hoc idem dicimus de lignis seu lignamine et navigiis, si in terra ex parte monasterii extrahantur. Dalphinos vero et alias marinas beluas adjudicamus monasterio, quandocumque et ubicumque in dicto portu contigerit eos vel eas capi. Item de Revesto et de toto suo tenemento prohibemus ne consules vel rectores communis Massiliensis aliquas exactiones in eo faciant in personis vel in rebus, nec bannum ibi imponant, set libere et quiete permittant abbatem et monasterium dictum locum cum suis habitatoribus pleno jure pacifice possidere. Item statuta omnia que facta fuerunt a dicto communi seu potestatibus vel rectoribus Massiliensibus contra libertates ecclesie vel dicti monasterii nos omnino revocamus et cassamus, ea penitus irritantes. Item inhibitionem seu interdictionem que facta fuisse dicitur a consulibus de non molendo ad molendina monasterii sepedicti reprobamus penitus et cassamus, per mandamentum districtius inhibentes ne de cetero hujuscemodi inhibitio seu interdictio ab aliquo attemptetur, cum talis prohibitio videretur esse contra bonos mores et contra ecclesie libertatem. Item mandamus quod vicarius et consules districte prohibeant hominibus sive civibus suis ne aquam subtrahant bedalibus molendinorum monasterii predicti in valle Ybelne vel alibi, neque hoc ab aliquo suorum fieri paciantur, et, si que fovee vel alie novitates facte sunt circa bedalia molendinorum in prejudicium monasterii, repleantur

et in statum pristinum reformentur. Item dicimus et mandamus quod abbas et monasterium possit ponere custodes seu bannerios, ut vulgo dicitur, in tenementis ipsius monasterii, sine contradictione communis Massiliensis. Item volumus et mandamus quod de fructibus sive obventionibus perceptis per dictum commune a quinque annis citra ex octava decima parte portus Massiliensis, quam monasterium obligaverat Naquesto judeo, satisfaciat ipsum commune eidem abbati et monasterio usque ad quantitatem quam inde percepit commune vel alius pro communi, vel ita concordet cum dicto judeo aut ejus herede quod monasterium absolvatur ab eodem judeo usque ad perceptam * f° 97. inde peccunie quantitatem. Item volumus et mandamus quod dictum commune citra proximum Pascha solvat quinquaginta libras regalium coronatorum pro duobus annis prope preteritis abbati et monasterio predicto pro loquatione sexte partis jurisdictionis civitatis vicecomitalis Massiliensis, ad dictum monasterium pertinentis nomine dicti Rocelini, quam loquationem dictus abbas fecit dicto communi. Adjudicamus etiam dicto abbati et monasterio terciam partem soli cum edificiis que ibi modo sunt, in quo solo edificatum fuit quondam theloneum, salva tamen questione sua dicto monasterio super destructione edificii tholonei et salva sua defensione communi. Item pro bono pacis duximus ordinandum ut commune Massiliense restituat abbati et monasterio predicto in Pascha proximo futuro sextam partem jurisdictionis cum suis pertineneiis ville vicecomitalis Massiliensis et castrorum predictorum spectancium ad monasterium nomine Rocelini, quondam domini et vicecomitis Massiliensis, volentes et mandantes quod idem abbas, nomine seu ex causa loquationis, concedat eidem communi in dicto termino Pasche predictam sextam partem jurisdictionis, cum castris et omnibus aliis pertinenciis[1] suis infra dictam civitatem et extra, usque ad sex annos proximo continuos, pro c^{tum} libris regalium coronatorum annis singulis in festo sancti Michaelis dicto abbati et monasterio a dicto communi inde solvendis nomine pensionis. Item volumus et mandamus quod annis singulis fiat hujusmodi

[1] Cod. *pertineciis*.

recognitio dicte loquationis abbati et monasterio, ita videlicet quod rectores seu consules, qui pro tempore fuerint in dicta civitate vicecomitali constituti, in initio sui regiminis ipsam recognitionem faciant in publico parlamento et de manu abbatis recipiant predictam loquationem dicte jurisdictionis. Item volumus et mandamus quatinus singulis annis potestas, vicarius, consules, rectores dicti communis, et quocunque nomine censeantur, in fine sui regiminis faciant jurare successores suos quod firmiter observabunt et facient observari conventiones inter dictum monasterium et commune Massilieuse et specialiter ea que mandamus fieri et observari super loquatione dicte jurisdictionis, et qui de novo succedent in regimine infra xv^{cim} dies post ingressum sui regiminis faciant tres vel m^{or}, quos abbas dicti monasterii elegerit, de majoribus dicti communis jurare in animas omnium civium quod predicta pacta inviolabiliter observabunt; quod juramentum fiat in publico parlamento. In ista autem loquatione non intelligimus predictam octavam decimam partem portus, Nasqueto judeo quondam obligatam; set de ea observetur ut superius est expressum. Dicto autem monasterio retinemus jus suum salvum in estimatione ruine dicti tholonei et in quatuordecim milibus solidorum regalium, quos dictus abbas petebat occasione redditnum sexte partis jurisdictionis predicte a quatuordecim annis citra perceptorum a dicto communi et in divisione quam petebat dictus abbas fieri ville vicecomitalis Massiliensis. Dictum equidem commune absolvimus ab hiis petitionibus quas contra ipsum dictus abbas nomine monasterii faciebat, videlicet a petitione quingentarum * marcharum pro destructione Archuum, et a petitione xv^{cim} librarum regalium quas dictus abbas dicebat a monasterio extortas fuisse per dictum commune, et a petitione c^{tum} librarum regalium quas idem abbas petebat nomine dampni dati pro molendinis, et a petitione xx^{ti} solidorum predictorum et a petitione c^{tum} marcarum argenti, ex una parte, et quingentarum marcarum argenti similiter, ex altera, pro pace fracta et pro dampnis datis tam castris quam hominibus monasterii predictis. Et hec omnia et singula supradicta precipimus et mandamus observari sub pena predicta quingentarum marcarum argenti fini in compromisso contenta,

v°.

et ita sit pax et finis inter partes predictas de omnibus petitionibus supradictis et diffinitis, reservando nobis limitationes tenementi monasterii predicti et tenementi dicti communis et potestatem exponendi et interpretandi super premissis.

Actum Massilie, in loco supradicto, anno et die quo supra, presentibus dictis partibus, et Guillelmo Augerio vicario, et Andrea Anglico et Guillelmo de Ultra mare, consulibus communis predicti, et domino Hugone de Baucio, Bernardo Gairanno, judice dicti communis, magistro Poncio de Gardana, judice curie episcopalis Massiliensis, Poncio Astoaudo, Barralo, Aicardo Enguilranno, Poncio Dalmatio, Hugone Rainaudo, predictis, Giraudo Hugonesio, Hugone Rostagno, Gaufrido Rostagno, Petro de Templo, Guillelmo de Lauriis, Johanne de Follaquerio monacho, Bernardo de Stella monacho, et aliis multis, et me magistro Bertrando Fossigena, publico notario Massiliensi, qui omnibus supradictis interfui, et, mandato dicti domini episcopi, hec scripsi et in publicam formam redegi, et signi mei signaculo insignivi; et idem dominus episcopus hanc cartam jussit sui sigilli munimine roborari.

918.

Confirmatio facta per Aquensem archiepiscopum.

(Ed. in *Gall. Christ.*, I, instr., 65.)

Quoniam religiosa, *etc.* Ego Petrus Gaufredi, Aquensium archiepis- 26 dec. 1103.
copus et monasterii Massiliensis beate Marie sanctique Victoris martiris, licet peccator, monachus, servus et filius,.... quicquid a predecessoribus ecclesie mee vel ab Aquensibus clericis vel a me ipso datum est aut aquisitum vel confirmatum, dono, laudo, confirmo et indulgeo prenotato monasterio, ab antiquissimis sanctisque patribus fundato, prout fidelius et devotius valeo, et quemadmodum scripta omnia Aquensium pontificum vel clericorum monasterio Massiliensi cum privilegiis sancte Romane ecclesie collata vel tradita continent, * que f° 98.
ego omnia insimul congregata manu et voluntate mea laudando firmavi et firmando laudavi omnipotenti Deo et sanctis ejus ac vene-

rando abbati Ricardo monachisque Massiliensibus, tam presentibus quam futuris perhenniter habenda et disponenda, humiliter, pro salute anime mee, offero...., cum integris decimis et primiciis et redditibus et oblationibus omnibus,.... nulla excepta parte, *etc.;* salva tamen fidelitate Aquensis ecclesie et annuali censu quem per singulos annos ei debent persolvere. Si quis autem, *etc.*

Ego Petrus Gaufredi archiepiscopus hujus pagine scriptum fieri jussi, anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo nn^to[1], VII kalendas januarii, luna XXV.

Testibus monachis : Pontio Villelmo[2], Petro, Fulcone Gaufredi, Ugone, Bernardo, Raimondo[3] de Rosset, Guillelmo.

919.

De ecclesia Male Mortis.

1099. Cum ecclesia Dei, *etc.* Ego Petrus, Aquensium archiepiscopus, ut in tam salutari edifitio qualiscunque operator ad lucra dominica multiplicanda inveniar, dono cunctipotenti Deo semperque virgini Marie sanctoque Victori martiri, et Ricardo, abbati Massiliensi, ac successoribus ejus, monachisque presentibus et futuris, construendam ecclesiam in parrochia sancti Michaelis apud castrum quod dicitur Male Mortis. Hanc itaque ecclesiam Ragimondus Jonas[4] aedificaturus est beate Marie, pro animabus parentum suorum ac sua. Cum decimis quas predictus Ragimondus tenet ac possidet in prenotati castri parrochia, hanc offerendo dono et donando offero, quatenus hoc donum saluti mee parentumque meorum perpetuo profitiat. Concedo insuper
v°. huic cessioni hanc prerogativam libertatis, ut * nunquam alicujus archiepiscopi prohibitioni vel excommunicationi innodata subjaceat, quin semper inibi divinum officium celebretur et sepultura defunctis semper cum absolutione et benedictione patefiat et intrateros et audituros

[1] Anno a Natali incepto. — Auctores *Gall. christ.*, hanc chartam ad a. 1094 referendam esse duxerunt ; quorum opinio nobis improbanda videtur.

[2] Edit. *Pontio, Willelmo.*

[3] Edit. *Ragmando.*

[4] Vel fort. *Jouas.*

missarum sollempnia nullius persone interdictum prohibeat. Preterea in territorio castri Podii Sanguinolentis predicto abbati et monachis ejus, in silva vel boscho ante posito, cum decimis ad se pertinentibus, licentiam alteram edificandi ecclesiam, non dissimili, set per omnia, ut superius adnotatum est, consimili auctoritate et absolutione concedo. Hoc donum cum consilio canonicorum meorum confirmo, scilicet Fulconis prepositi, Bermondi, Ugonis Bligerii, hoc tenore ut in predictis ecclesiis, Dei fundandis ad laudem, nichil sinodi vel cujuslibet exactionis preterquam supra significatum est requiratur vel inhibeatur ab aliquo. Qui autem secus egerit, donec resipiscat, gladio quo Deus iratus animas percutit ferietur.

Facta est carta apud Massilie beati Victoris cenobium, anno ab incarnato Dei verbo millesimo nonagesimo nono, inditione VIII.

920.

De Esparrono.

Quoniam disponente, *etc.* Unde ego Petrus, divina miseratione Aquensis archiepiscopus, quia ecclesias Dei sub laica potestate gravi pressas servitute in nostro episcopatu miserabiliter video, quod per memedipsum, auctoritate, predicatione, excommunicatione, de eorum manibus eas subtrahere et libertati reddere nequeo, salubri consilio, domno et venerabili abbati Massiliensi Ricardo et ej[u]s in perpetuum successoribus simulque monachis in Massiliensi cenobio degentibus, tam presentibus quam futuris, quasdam in nostro episcopatu ecclesias per eos de laicorum potestate liberatas, per hanc nostre auctoritatis cartam, jure perpetuo tradimus possidendas. Concedo igitur, ad laudem et honorem Dei, ecclesie et monasterio in honore sancte Dei genitricis Marie sanctique Victoris martiris consecrato, do[m]no prefato et venerando abbati Ricardo et successoribus ejus necnon et sancte congregationi Massiliensi et future ecclesias parrochiales, sancti scilicet Jacobi de Sparro et sancte Fidis de Artiga, cum omnibus ad easdem ecclesias pertinentibus, videlicet cimiteriis, decimis, primiciis, oblationibus, prediis et redditibus que modo habent vel in futurum habe- 21 apr. 1093.

bunt, ut predictum monasterium cum habitatoribus suis, sicut dictum est, perpetualiter habeat et possideat et, sicut voluerit, ordinet et disponat, salva fidelitate Aquensis ecclesie et annuali censu quem per singulos annos ei debent persolvere. Has igitur ecclesias prelibatas prefato monasterio tradimus, concedimus et nostre auctoritatis pagina
f° 99. confirmamus. * Si quis vero, *etc.*

Factum est hoc XI kalendas maii, anno ab incarnatione Domini millesimo nonagesimo III.

Ego Petrus, Aquensis ecclesie archiepiscopus, hanc donationem manu propria firmo.

921.

v°. Quod ecclesie sive prioratus qui per monachos regi consueverunt clericis secularibus non committantur, *etc.*

13 jan. 1261. Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, salutem et apostolicam benedictionem. Ex serie vestre petitionis accepimus quod vos, de consilio et assensu priorum et aliorum fratrum vestrorum in monasterio vestro in generali capitulo congregatorum, duxistis sub juramento provide statuendum, ne de cetero aliqua ecclesia seu prioratus ad collationem vestram et priorum prioratuum subjectorum monasterio vestro spectantes, que consueverint gubernari per monachos vestri monasterii et in quibus duo monachi vel plures esse consueverint, conferatur alicui clerico seculari. De castris et villis ad idem monasterium et ad prioratus ipsius pertinentibus, que non consueverunt clericis secularibus assignari, statuistis etiam illud idem. Duxistis etiam insuper ordinandum, quod ecclesie que prioratibus et ecclesiis vestris unite sunt vel que de cetero unientur, non separentur ab ipsis prioratibus et ecclesiis, nec assignentur alicui, nisi eis qui eosdem prioratus et ecclesias tenuerint seu rexerint quibus prefate ecclesie sunt unite. Nos itaque, vestris devotis petitionibus inclinati, statutum et ordinationem hujusmodi, prout provide facta sunt, rata habentes et grata, ea auctoritate apostolica confirmamus et presentis

scripti patrocinio communimus, non obstantibus aliquibus litteris apostolicis impetrandis, que de ordinatione et statuto hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem. Nolumus autem quod venerabili fratri nostro patriarche Antiocheno[1], cui de aliquibus prioratibus in Provincia pro ejus substentatione mandavimus provideri, aliquod au[c]toritate presentium prejudicium generetur. Nulli ergo, *etc.*

* Data Laterani, idibus januarii [pontificatus nostri anno septimo[2]]. f° 100.

922.

Compromissum vallis de Turris.

In nomine Domini, anno incarnationis ejusdem M CC XXX IIII, VI ka- 27 oct 1234.
lendas novembris, compromiserunt dominus P., abbas sancti Victoris Massiliensis, et P., prior de Gigortç, ex una parte, unusquisque per se et per successores suos, et W. de Turris, ex alia, in dominum W., Vapicensem episcopum[3], de omnibus et singulis controversiis, petitionibus et rancuris quas inter se habebant, *etc.*; sub pena c librarum viennensium a parte parti vicissim stipulata, *etc.* * Pro hiis autem v°.
omnibus complendis et observandis et pro reddendis pignoribus et pro pena fuerunt fidejussores B. prior de Cloquerio, G. prior de Mandanois, Is. prior sancti Genesii de Dromone; ex parte domini W. de Turriis fuerunt fidejussores Pe. del Quaire, Guichardus, Is. Daustaon[4] et G. Agnelli.... Actum in curia domus de Gigortç, ante ecclesiam, presentibus R. de Mont Bonet, B. priore de Jariaja, G. priore de Valerna, G. priore sancti Primatii, B. Minaldi monacho, G. Pastura et G. Riperto, presbiteris, B. Rufo clerico, B. Daristan, Is. de Turriis, Hu. Arnaldi et aliis multis. Ad hec similiter utraque pars abrenunciavit omni juri canonico vel legali, quod eis de jure posset competere in hoc facto. Nos vero, *etc.*

[1] Christianus, Antiochenorum patriarcha, a. 1268 defunctus.

[2] Quæ uncis inclusimus, in margine, manu domini Lefournier adjecta sunt.

[3] Hujus episcopi sententiam vid. infr., n. 993.

[4] Vel fort. *d'Austaon*.

f° 101. 923.

Concordia inter canonicos et monasterium facta super decimis.

(Fragm. in *Antiquités de Marseille*, I, 435.)

9 jan. 1119. Ad hoc antiquarum, *etc.* Inter Massilienses[1] sedis clericos et monasterii sancti Victoris monachos longa contentio fuerat, utrisque partibus et licita et illicita multa querentibus, usquequo domnus Arelatensis archiepiscopus Atto, ab utraque parte rogatus, insuper et a domino papa Gelasio n° amonitus, de compaginanda inter eos pace se intromittens, Massiliam advenit. Auditis autem ambarum parcium querimoniis, inquisivit ab eis utrum per arbitrium aut consilium illius pacem facere vellent aut non. Clericis vero ac monachis arbitrio et consilio illius concordiam suscipere bono animo profitentibus, predictus archiepiscopus concorditer eos manere in posterum hoc modo decrevit. Terras omnes que juris episcopalis esse noscuntur, sive apud Sanctum Justum, sive apud Salam, sive in aliis locis in tota valle Massiliensi ab Albania usque ad mare, quas monachi huc usque adquisierunt, teneant [i]idem monachi et possideant; decimas autem, sive de istis terris sive de aliis, quas laboraverint propriis bubus aut sarculis, in toto episcopatu Massiliensi, habeant monachi[2] et possideant, exceptis Auriolo et Pennis et Sancto Tyrso, in quibus volumus omnia teneri sicut hodie stant. De aliis autem ecclesiis quas clerici tenent et earum parrochiis, habeant [i]idem clerici decimas, exceptis, ut supra dictum est, monachorum dominicaturis, et, si monachi accreverint dominicaturam suam, de ipsa augmentatione habeant decimas; et, si minuerint et dederint laboratoribus, habeant clerici. Monachi autem laxent et definiant predictis clericis ecclesiam de Eula cum omnibus adquisitis et adquirendis, et ecclesiam de Gemenas cum suis pertinenciis, et ecclesiam de Rocca Forte cum suis, et decimas de Signa et Cugia, excepto, sicut supra dictum est, de dominicaturis. Alia omnia, sicut hodie tenent et habent, per totum episcopatum Mas-

[1] Fort. pro *Massiliensis*. [2] Cod. *michi*.

siliensem, et clerici et monachi, habeant deinceps quiete et possideant. Sed de libra cere, unde erat contentio, credatur carta. Monachi autem non adquirant quicquam a modo de hiis que ad episcopatum pertinent sine licentia * episcopi et clericorum. De cartis v°
autem unde clerici conquerebantur, ita fiat: si quis conjugem acceperit de Revesto, faciat cartam cappellanus sancti Ferreoli; si autem homines Revesti acceperint aliunde uxores, faciant cartas clerici Massilienses. Cartas autem veteres, unde questio inter cler[ic]os et monachos agebatur, precepit ut pars parti ostenderet, nullam celando, et, si quis cognosceret in parte alterius cartam sibi necessariam, poneret eam seorsum quousque Arelatensi archiepiscopo monstraretur et redderetur cui ipse judicaret, ita tamen ut pactio ista per cartas illas nullatenus frangeretur. Si vero territoria castellorum aut villarum habent in litigio, dividant per conscilium hominum qui terminos eorum noverint. Sicut supra scriptum est, sic ego Arelatensis archiepiscopus Atto laudo et volo, ut firmiter in perpetuum teneatur, et pax inter clericos et monachos firma propter hoc et inconcussa stabiliatur. Et ego Raimundus, Massiliensis episcopus, et nos clerici ejusdem sedis hoc placitum laudamus et volumus et per Dei misericordiam tenebimus. Et ego Radulphus, Massiliensis abbas, et nos monachi ejusdem loci hanc concordiam volumus et laudamus et, Deo juvante, observabimus.

Factum est hoc in presentia venerabilium archiepiscoporum Arelatensis videlicet ac Narbonensis et episcopi et abbatis Massiliensis et vicecomitis et aliorum multorum, tam clericorum quam laicorum, anno ab incarnatione Domini c° xvm° post millesimum[1], mense januario, concurrente I°, epacta VII, luna XXIII, V idus januarii.

Ego Atto, Arelatensis archiepiscopus, firmavi, signum. Ego Richardus, Narbonensis archiepiscopus, firmavi, signum. Et ego Raimundus, Massiliensis episcopus, firmavi, signum. Et ego Radulphus, Massiliensis abbas, firmavi, signum. Aicardus, prepositus sedis, firmavit, signum. Isnardus sacrista firmavit, signum. Filippus, monachus et

[1] Anni initio vel a Nativitate vel a kalendis januarii sumpto.

prior, firmavit, signum. Arbertus de Ponteves firmavit, signum. Isnardus Ildeberti firmavit, signum. Gerallus elemosinarius firmavit, signum. Raimundus de Bar firmavit, signum. De laicis : Poncius vicecomes firmavit, signum. Rainallus de Albania firmavit, signum. Willelmus de Massiliensi firmavit, signum. Vidianus de Mimet firmavit, signum.

f° 102.

924.

Transactio facta inter monasterium et commune Massilie[1].

14 febr. 1224. In nomine Domini, amen. Anno incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo vicesimo tercio, indictione xi[a], xvi° kalendas marcii[2].

Notum sit omnibus hec audientibus quod controversia sive desavinentia[3] erat inter nos Bonum Filium, abbatem monasterii sancti Victoris, litigantem et conquerentem nomine dicti monasterii, ex una parte, et te Petrum Bertrandum, syndicum universitatis civitatis vicecomitalis Massiliensis, nomine dicte universitatis et pro ea, ex alia, super hiis, scilicet quod nos, nomine dicti monasterii, petebamus a te dicto syndico, defendente[4] dictam universitatem, totum affare scilicet, dominium et jurisdictionem et segnoriam omnimodam et jura universa pertinentia ad dictum monasterium occasione domini Rocelini[5], quondam domini et vicecomitis Massiliensis, et ex parte illius, in civitate predicta infra muros et extra in ejus territoriis et tenementis, in quibus predictis continetur sexta pars tota et integra tocius dominii et jurisdictionis et segnorie Massiliensis et omnium pertinentium ad eandem, que omnia predicta nos dicebamus pertinere ad dictum monasterium velud sua et ad illud devoluta vel ei adquisita ex persona vel occasione predicti domini Rocelini, qui fuit quondam monachus monasterii supradicti. Verum, post multas altercationes et verba hinc inde tam a parte dicti monasterii quam a parte dicte universitatis habita, constituti fuerunt a domino Reforsato, potestate Massiliensi, cum con-

[1] Hæc charta iterum descripta est f. 107 Cod.

[2] Anno ab Annonciatione incepto ; indictione a mense septembri.

[3] F. 107 *desavinensia*.

[4] Cod. *defendete*.

[5] F. 107 *Roncolini*.

silio et voluntate generalis consilii, ad sonum campane, prout moris est, congregati, Augerius de Mari et Guillelmus Vivaldus[1] juvenis et Aubertus Pisanus, cives Massilienses et consiliarii[2] etiam dicte civitatis, ad tractandum[3] pacem et concordiam inter nos seu dictum monasterium et universitatem predictam super dicta petitione; quibus tandem mediantibus, nos dictus abbas, nomine dicti monasterii, post multa verba hinc inde habita, de voluntate et consensu expresso fratrum nostrorum infra scriptorum, super premissis convenimus in hunc modum cum te Petro Bertrando, syndico sup[ra] dicto, nomine dicte universitatis, nobiscum in hiis[4] concordante, et similiter, ut infra sequitur, transigente : videlicet quod nos, nomine dicti monasterii, ex causa transactionis et amicabilis compositionis, daremus et concederemus, usque ad tempus infra scriptum, tibi et per te dicte universitati omne dominium et segnoriam et jurisdiccionem omnimodam ad dictum monasterium pertinentia occasione dicti domini Rocelini in civitate predicta et ejus tenemento, et similiter totum dominium et segnoriam et jura universa ad dictum monasterium pertinencia in castro Sancti Marcelli et extra in ejus territorio et tenemento et hominibus ejusdem castri, exceptis tamen inde spiritualibus, si que in eis sunt ad dictum monasterium pertinentia, et quod proinde dicta universitas seu ejus administratores darent nobis et solverent seu dicto monasterio annuatim, in festo sancti Victoris, quingentos solidos regalium coronatorum, et insuper quod interim dicta universitas predictum affare totum et ea omnia que in eo continentur possideret vel quasi, nomine dicti * monasterii et pro eo, scilicet hinc usque ad Pasca resurrectionis v°.
Domini proximum et ab inde[5] usque ad sex annos continuos, et quod, elapso dicto termino, predicta omnia et singula nobis et dicto monasterio sine mora quam cicius reddantur et desamparentur libere et absolute sive restituantur; et quod nos seu dictum monasterium admittamur semper interim in curiis et aliis ad ea omnia ad que ceteri domini Massilie admitterentur, et quod de predictis omnibus obser-

[1] F. 107 *Vivaudus.*
[2] F. 107 *consiliari.*
[3] F. 107 *tractandam.*
[4] F. 107 *his.*
[5] F. 102 *ad inde.*

vandis et super eis a dicta universitate ejusve administratoribus universis prestentur nobis et dicto monasterio juratorie cauciones, scilicet a potestate vel rectoribus sive consulibus qui pro tempore preerunt regimini hujus civitatis, et quod hujusmodi caucio fieret in publico parlamento vel in consilio generali ad sonum campane congregato, et de voluntate et assensu consilii supradicti pro tempore ibi existentis, et in animabus suis et consiliariorum omnium predictorum pro se et universitate predicta. Unde nos dictus abbas, nomine dicti monasterii,... damus et concedimus... tibi dicto Petro Bertrando, syndico[1] dicte universatis, ... totum affarum, scilicet dominium et segnoriam. . et jura universa pertinentia quocumque modo ad dictum monasterium occasione dicti domini Rocelini... in civitate predicta..., et similiter in castro Sancti Marcelli..., in quibus predictis continetur sexta pars tota et integra domini[i] et segnorie et jurisdictionis Massiliensis... ab hodie usque ad tempus sex annorum...; concedentes quod dicta universitas fructus et gausidas universas et obvenciones... suas
f° 103. faciat... * dando tamen nobis et dicto monasterio, ut dictum est, D solidos... Item similiter promittimus tibi dicto syndico, quod nos expedienus totum predictum affare et disbrigabimus dicte universitati ab Ancelmeto et Petro de Sancto Jacobo, componendo scilicet cum eis, de jure quod ibi habent, amicabiliter, si poterimus, vel ad minus cum eis de jure proinde litigando et diffiniendo.. ; salva tamen nobis et dicto monasterio octava decima parte portus Massiliensis et perceptione gausidarum illius partis, quam scilicet octavam decimam dicti portus Nasquetus judeus et Salvetus, ejus filius, tenent pro nobis... Et renunciamus..., specialiter et ex certa scientia, omnibus legibus et decretis et decretalibus inhibentibus rem ecclesiasticam alienari, nisi secundum formam in decretis aut legibus constitutam, omnibusque privilegiis, *etc.* Hec eadem omnia, prestito corporali juramento, jurari facimus in anima nostra et in animabus omnium fratrum nostrorum infra scriptorum, ipsisque presentibus et volentibus, a Raimundo de Castellari cellerario, et Bertrando de Rochadu infirmario, monasterii

[1] Quæ sequuntur usque ad *Ad hec ego Petrus Bertrandus*, omissa sunt f. 107.

supradicti monachis. Ad hec, nos Raimundus de Castellari et Bertrandus de Rochadu predicti, mandato dicti domini abbatis et omnium monachorum infra scriptorum, scilicet Bernardi de Stella prioris claustralis, et Ugonis de Glaynis sacriste, Guillelmi Fabri camerarii, et Petri Rauci sacriste Cesereste, et Guillelmi Augerii armarerii, et Johannis de Fuillaquerio, * prioris sancti Zacharie, et Gaucelmi de Roveria dispensarii, et Guillelmi Catalani, fratris Rotlandi Bernadi de Tarascone, Raimundi de Genesaco, Bertrandi de Orzillaco, Guillelmi Stephani, Jordani Bartholomei, Austorgi, Guillelmi Girandi, Andree, Bernardi de Capella, Inberti[1], Petri Mezolli, Arnaldi Gasqui, Guillelmi Petri, Giraudi Rotlandi, Duranti Aime, Gaufridi de Podio Loberio, Petri Solacii, Petri Johannis, Bertrandi de Castris, Poncii de Monte Ferrando, Duranti de Codols, Guillelmi de Plano, Bernardi de Podio, Rostagneti de Monte Pesato, Ugeti Gaufridi, Peireti Rostagni, Guillemeti Alami, Ermengavi, Raimundi Roverie, et in eorum animabus et nostris juramus corporaliter ad sancta Dei euvangelia dictum dominum abbatem, *etc.* Ad hec, ego Petrus Bertrandus, syndicus supradictus, nomine dicte universitatis,... promitto similiter vobis, nomine dicte universitatis, quod dicta universitas vel ejus administratores, qui pro tempore erunt, solvent vobis vel dicto monasterio annuatim dictos D solidos, *etc.*[2] Renuncio, nomine dicte universitatis et pro ea, specialiter et ex certa scientia, dilationi XX dierum et III^or^ mensium, et omni beneficio restitucionis in integrum, et generaliter, *etc.* Actum in capitulo monasterii sancti Victoris Massiliensis... Hujus rei testes sunt vocati et rogati : Isarnus Calveti, Petrus de Sancto Jacobo, Ugo Sardus, Guillelmus Broerius, * Guillelmus Aldoardus, Guillelmus Berengarius, Petrus Vetulus, Petrus Bonum Vinum, Guicelmus de Carensono, Bertrandus de Somidrio, Gilius de Raz, Johannes Longus, Albertus Laudensis, Gilius de Clausona, Petrus de Fonte. v°. f° 104.

Post hec, anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo quarto, septimo kalendas augusti, dominus Spinus de Surixina, potestas Mas- 26 jul. 1224.

[1] Vel fort. *B. de Capella Inberti.*

[2] Subsequentia, usque ad *Post hec anno Domini*, f. 107 desiderantur.

siliensis, visis et perlectis sibi premissis omnibus in generali consilio et diligenter intellectis, deliberatione super hiis habita, consilio et voluntate generalis consilii, prout moris est ad sonum campane in capitulo congregati, in quo omnes consiliarii infra scripti presentes aderant, confitens, nomine dicte universitatis et pro ea, predicto abbati, nomine dicti monasterii hec eadem recipienti, se predicta dominia et segnorias et jurisdictiones et alia omnia supradicta possidere vel quasi nomine dicti monasterii et pro eo, predicta omnia laudavit et probavit et concessit et etiam promisit et fecit jurari in anima sua et omnium consiliariorum infra scriptorum ab Ugone Sardo et Duranto de Jherusalem, clavariis communis, predicto abbati et per eum dicto monasterio attendere et complere, prout supradictum est vel conventum eis a syndico supra dicto, renuntians[1] in predictis omnibus, nomine dicte universitatis, omni juri scripto, *etc.* Et ad hec, dicti Ugo Sardus et Durantus de Jherusalem juraverunt corporaliter ad sancta Dei euvangelia, mandato dicti potestatis et omnium consiliariorum infra scriptorum, videlicet Petri de Templo, Bertrandi Bruni, Stephani Boeti, Stephani Ymberti, Bernardi Alvernatii, Guillelmi Gonterii, Guillelmi Nul, Guillelmi Pontii, Bertrandi de Bastida, Petri Johannis Blanquerii, Bertrandi de Somidrio, Dominici Longi, Guillemi Ugonis curaterii, Raimundi Dalmacii curaterii, Paschalis Blanquerii, Massete, Vincentii de Maschono, Bertrandi Berardi, Petri de Sancto Jacobo, Guillelmi de Rocha Folio, Guillelmi Marini, Aicardi Sarracene, Raimundi Amelii, Raimundi Rostagni, Guillelmi Tortelle, Guillelmi de Carcassona, Auberti Pisani, Bermundi Ricavi, Aicardi Danielis, Guillelmi Boquerii, Guillelmi Audoardi, Bonifacii de Carreria Nova, Auberti de Gaillano, Guillelmi de Templo, Petri Bertrandi, Guillelmi Ancelmi militis, Symonis Berardi, Bertrandi Botini, Augerii de Mari, Bernardi de Pairaco, Bertrandi Fulconis, Surleoni de Civitate, Arnaudi de Podio, Petri

[1] Cæteris omissis, exemplar f. 107 et 108 descriptum ita desinit : *renuncians, etc. Ad hec, ego P., Dei gratia episcopus Massiliensis, rogatus a venerabili fratre B., eadem gratia abbate monasterii sancti Victoris Massiliensis, visis et lectis originalibus instrumentis, unde ista sumpta fuerunt, testificor ea omnia que in hac carta continentur, esse in ipsis predictis originalibus instrumentis; quare huic carte sigillum meum opposui ad cautelam.*

Guillissoni, Bernardi Armoyni, Guillelmi Vacce, Guicelmi de Mari, Guillelmi Vivaudicomde, Pontii Rainoardi, Guillelmi Coteti, Petri Johannis sabaterii, Guillelmi Panse, Bernardi Balbi, Johannis Girandi, Raimbaudi Aucelli, Ugonis de Bello Stari, Petri Gilii, Stephani Baldoini, Guillelmi de Ultra Mare, Guillelmi Ugonis draperii, Bernardi Gazannatoris, Pontii Scriptoris, Leonardi Pysani, Johannis de Confors, Giraudi de Alfarda, Bernardi de Lezignano, Guillelmi Alfanni, * Raimundi Chabacii, Stephani Rigaudi, Bernardi de Andusia, Johannis de Sancto Vlario, Petri Botuimi, Petri Ruffi, Guillelmi Boerii, Enguilranni, Aimonis Balistarii, Petri Vetuli, Guillelmi Berengarii, Gilii de Raz, Gilii de Clausona, Nicholay Coisi, Johannis Gandulfi, Guitelmi de Carensono, Raimundi Marini, Petri Aurioli, Guillelmi Vivaldi Musqueti, Guillelmi Aurioli, Arnaldi Toxici, Guillelmi Cornuti, Petri Leugerii, Petri de Oliveria, Stephani Johannis, Guillelmi de Acone candelarii, Boneti Audebranni, Bernardi Petri, Raimundi Gilii, Petri de Boissorno, Raimundi de Conchis, Matini Castance, Raimundi de Albia, Bernardi Gariberti, Staquete, Bonanati de Monacha, Gaufridi Mainerii, Ugolini, et in eorum animabus quod predicta omnia dicto monasterio fient et complebuntur, prout superius est ordinatum. Actum in capitulo Massiliensi, in generali consilio, in presentia et testimonio domini Jacobi Boni Vicini et domini Enrici Rogiati, militum domini potestatis, et Ancelmi Vulpis notarii[1], et Petri de Stella et Petri Atanulfi et Guillelmi Fabri et Guillelmi Solacii, monachorum, et mei Guillelmi de Bello Monte, publici notarii Massiliensis, qui predictis omnibus interfui et, mandato et rogatu utriusque partis, de predictis hanc cartam scripsi domino abbati predicto, et similiter aliam cartam ejusdem tenoris communi Massiliensi supradicto, et easdem signo meo signavi. v°.

Hoc est translatum quod ego Gauterius, scriptor publicus Massiliensis et imperialis aule notarius, mandato Petri, Dei gratia episcopi Massiliensis, et ad postulationem et instanciam Duranti Arnaudi, syndici monasterii sancti Victoris, quoniam periculosum est deferre originale huc et illuc, sumpsi et abstraxi fideliter de originali instrumento, 1 dec. 1228.

[1] Cod. *nt.*, superaddita compendii nota.

de verbo ad verbum, nichil addens vel diminuens, *etc.* Hoc mandatum fecit michi dicto Gauterio notario prefatus dominus episcopus, in domo episcopali, in sala, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo octavo, kalendis decembris, indictione secunda, regnante domino Frederico secundo felicissimo Romanorum imperatore semper Augusto, in presentia et testimonio Raimundi Carbonelli, precentoris et operarii sedis Massiliensis, Raimundi de Sancto Cannato diaconi, Ugonis Verdeillon, Poncii Joseph et Petri Ferigola.

925.

Executio facta contra communitatem.

April. 1229. Notum sit omnibus quod, cum nos B., Dei gratia Antipolitanus episcopus, una cum Regensi episcopo et abbate Floregie, essemus executores dati a bone memorie domino Honorio super patrimonio Rozcelini sub certa forma disponendo sive distribuendo[1], Massiliam

f° 103. accessissemus * pro predicto negocio exequendo, convocatis personis illis quas res ipsa tangere videbatur et monitis diligenter, tandem, de mandato nobis injuncto, quedam fuimus executi, retenta nobis super aliis plenaria potestate, ut in carta nostre sentencie plenius continetur[2], et super aliis que tunc non fuimus executi, eosdem etiam tunc admonuimus diligenter, et, quoniam ordinatio super debitorum solutione ejusdem Rozcelini tunc non fuerat executioni mandata, nos, ad vocationem domini B., abbatis sancti Victoris Massiliensis, ad monasterium personaliter accedentes, videlicet nos B., Dei gratia Antipolitanus episcopus, et nos R., per eandem abbas Floregie, domino R. Regensi episcopo se viva voce et per litteras excusante, quarum seriem hic duximus inserendam :

1 apr. 1229. « Venerabilibus in Christo patribus, Dei gratia Antipolitano episcopo et abbati Floregie, R., ejusdem miseratione Regensis episcopus, salutem cum reverentia et honore. Cum super executione mandati felicis recordationis domini quondam Honorii pape, vobis et bone

[1] Vid. sup , n. 904.

[2] Vid. sup., n. 910.

memorie predecessori nostro, expressis nominibus locorum et non personarum, directi, super patrimonio quondam nobilis Ronzolini, vobiscum ad presens interesse vel ad hoc intendere non possimus, propter quedam urgentia negotia que nos trahunt, placet ut vos sine nobis in negocio memorato, juxta tenorem mandati apostolici, super hiis que de prefati nobilis patrimonio cives Massilienses detinent occupata, prout vestre discretioni visum fuerit, procedatis. Datum apud Arcellam, anno Domini M°CC°XX°VIII°, kalendis aprilis. »

Anno eodem, III° nonas ejusdem mensis, super premissis, in domo militie Templi Massiliensis, allocuti fuimus potestatem in presentia et testimonio domini prepositi Massiliensis magistri Raimundi, Raimundi de Crocis monachi Lirinensis, magistri Rotberti, R. de Casllari, et multis aliis presentibus de civibus Massiliensibus, mandantes[1] eidem potestati ut, secundum provisionem bone memorie domini Innocentii et a felicis recordationis domino Honorio postmodum innovatam[2], permitteret nos pacifice disponere de castris de Roca Fort et de tercia parte Abannie et de sexta et octava parte lezdarum, pro solutione debitorum Rozolini predicti, restitutis nobis dictis castris et aliis que contra justiciam detinebant. Voluimus etiam, juxta formam predicte provisionis, sextam partem civitatis divisim monasterio assignari. Potestate vero nichil quod alicujus momenti videretur respondente, tandem dixit velle civitatem onus suscipere debitorum; et, cum diceremus, secundum formam constitutionis, istud non posse[3] aliquatenus tolerari ut dicto Ronzolino succederent in onere vel honore, tandem acceptis induciis in crastinum respondendi, a nobis sequenti die transmisso venerabili dicto abbate Floregie, de communi[4] consensu, potestas, habito super hoc prolixo tractatu, respondit commune Massilie non prius castra restituere prenominata quam omnium incartatorum fieret solutio debitorum, data nichilominus cautione de solutione debitorum, si qua postmodum emergerent occasione * dicti Ronzolini facienda. Actum anno quo supra, II nonas aprilis, presentibus R. de

3 apr. 1229.

4 apr. 1229.

v°.

[1] Cod. *mandates*.
[2] Vid. sup., n. 904.
[3] Cod. *posset*.
[4] Fort pro *de communis consensu*.

Casllari, Bartholomeo, monachis, et multis aliis, in palatio communis Massiliensis tunc existentibus.

5 apr. 1229. Die vero proxime subsecuta, eosdem iterum duximus admonendos, missis ad hoc collega nostro predicto abbate Floregie, una cum R. de Crocis, monacho Lirinensi, quibus in presentia et testimonio R. de Casllari, Bartholomei, monachorum, et Petri Laurentii sacerdotis, respondit idem potestas quod supra responderat, videlicet quod nichil restituerent nec permitterent de predictis rebus quiquam[1] disponi, nisi prius fieret universorum solutio debitorum, quo facto forcitan audirent si quid contra eos proponeretur de jure.

6 apr. 1229. Nos ergo, mandatum apostolicum tanto diligentius exequi cupientes quanto sacrosanctam sedem apostolicam in lesione dicti monasterii, cujus est camera specialis, novimus esse lesam, cum et dicti Massilienses benignitate nostra et spaciis indulti temporis sint abusi, habito super hoc prudentum consilio, potestatem, consiliarios et fauttores eorumdem necnon et detentores predictorum excommunicationis vinculo innodamus, communitatem totam Massiliensem subicientes ecclesiastico interdicto, statuentes etiam ut usque ad satisfactionem condignam nulla eisdem celebrentur officia divina, nulla ministrentur ecclesiastica sacramenta preter penitencias morientium et baptismata parvulorum. Actum anno quo supra, VIII° idus aprilis, in monasterio sancti Victoris, in parllatorio novo, in presentia et testimonio domini B. abbatis dicti monasterii, W. prioris claustralis, Peregrini, B. de Stella, R. de Crocis, magistri Rotberti, J. de Follaquerio, P. Bermundi,... de Sancto Egidio, P. de Luanzon, B. Bonpar, B. de Podio, W. Petri, F. Rostagni, W. de Boisseto, P. Meiani, P. Arnulphi, Austorgii, P. Bauzani, R. de Casllari, Hy. de Gardana.

Hoc translatum nos P., Dei gratia episcopus et dominus Massiliensis[2], ascultavimus et vidimus ac perleginus cum originali, nichil penitus addentes vel diminuentes, idque fecimus, ad majorem cautelam, nostri sigilli munimine roborari.

[1] Pro *quidquam*.

[2] Petrus III, episcopus Massiliensis, die 29 augusti a. 1229 defunctus. Unde colligendum est superiora ad a. quem 1229 dicimus pertinere.

926.

[De pignoribus Ancelmi.]

In nomine Domini. Anno incarnationis ejusdem M° CC° XX°, indic- 19 jun. 1220.
tione VII^a^, XIII° kalendas julii. Pateat et manifestum sit presentibus et futuris quod ego Ancelmus major confiteor sollempniter et in veritate recognosco vobis Bono Filio[1], abbati monasterii sancti Victoris Massilie, recipienti nomine dicti monasterii et conventus sive capituli ejusdem monasterii, quod ego habui et recepi ex causa pignoris a domino Roncolino sextam partem totius portus Massilie michi obligatam pro XXV milibus solidorum regalium coronatorum, sicut plenius continetur in instrumento facto per manum Guillelmi Cairelli, publici notarii Massilie. Item confiteor et recognosco sollempniter vobis dicto abbati, recipienti nomine dicti monasterii et pro eo, quod ego habui et recepi ex causa pignoris ab eodem Roncelino ex alia * parte octavam partem f° 106.
omnium lesdarum Massilie, pro decem et novem milibus solidorum regalium coronatorum, sicut plenius continetur in instrumento inde facto per manum Bernardi, Massiliensis publici notarii, quam sextam partem totius portus predicti et octavam partem predictarum lesdarum et omnia alia pignora, quecumque et ubicumque habeo vel habui a domino Roncelino, confiteor sollempniter et in veritate recognosco vobis dicto abbati, recipienti nomine dicti monasterii et conventus ejusdem monasterii, me habere et tenere ab hac die in antea, pro vobis dicto abbati et nomine dicti monasterii, sicut usque modo tenui pro domino Roncelino predicto ex causa pignorum predictorum, et ita volo et concedo vobis dicto abbati me habere causam obligationis in dictis pignoribus a vobis dicto abbate, et nomine monasterii et a dicto monasterio, sicuti habui causam obligationis in dictis pignoribus usque modo a domino Roncelino vel pro eo vel nomine vel occasione ejus.... Ad hec, nos abbas dictus, nomine dicti monasterii,... volumus

[1] « Iste abbas Bonus Filius rexit abbaciam XIX annis. » Ita, sæculo (ut videtur) XV°, in margine annotatum est.

et concedimus tibi dicto Ancelmo quod [1] tu, nomine monasterii sancti Victoris, habeas, *etc.*

Actum apud monasterium, in porticu turris, in presentia et testimonio domini B., Antipolitani episcopi, et domini abbatis Floregie, P. Rauci et Fulconis Rostagni, Ugonis de Gardana, B. de Podio dispensatoris, monachorum sancti Victoris, et Johannis de Sancto Maximo et Du. prioris de Gardana, et plurium aliorum, et mei Petri de Sancto Maximino, publici notarii Massilie, qui predictis interfui, et, mandato et rogatu utriusque partis, hanc cartam scripsi et signum meum apposui.

927.

Hic juravit dominus Hugolinus potestas Massiliensis, *etc.*

30 aug. 1226. In nomine Domini. Anno incarnationis ejusdem M° CC° XX° VI°, indictione quinta decima, tercio kalendas septembris, dominus Ugolinus domine Raine Bononie, potestas Massilie, visis et perlectis sibi omnibus contentis in instrumento compositionis facte de dominio et segnoria monasterii sancti Victoris Massiliensis inter dominum Bonum Filium abbatem, nomine dicti monasterii, et comune Massiliense vel alium seu
v°. alios nomine ipsius communis[2], et eisdem in generali consilio Massiliensi * lectis et diligenter intentis, deliberatione super hiis habita et premissa, consilio et voluntate tocius generalis consilii predicti[3], prout moris est, ad sonum campane in palatio comunis Massilie congregati, in quo omnes vel major pars et sanior consiliariorum et capitum ministeriorum presentes aderant, confitens, nomine universitatis Massilie et pro ea, predicto abbati, nomine dicti monasterii hec eadem recipienti, se dominia et segnorias et jurisdictiones et alia omnia que in dicto instrumento, facto per manum Guillelmi de Bello Monte, publici notarii Massiliensis, plenius continentur, possidere vel quasi, ea omnia observare promisit et fecit jurari in anima sua et omnium consiliariorum et

[1] Cod. *pro*.

[2] Hic agitur de pace a. 1224 composita, cujus articulos habes sup., n. 924.

[3] Cod. *predictis*.

capitum ministeriorum ibidem existentium, per Guillelmum Vivaudum Mosquetum et Symonem Berardum, syndicos comunis Massilie.

Actum in palatio comunis Massilie. Testes interfuerunt dominus Thomas et dominus Mercadaunt, judices comunis Massilie, Ramundus de Pabia notarius, et plures alii, et ego Petrus Bermundi, publicus notarius Massiliensis, qui, mandato et auctoritate domini potestatis et totius consilii predicti et rogatu dicti abbatis, hanc publicam cartam scripsi et signavi ac sigillo communis Massilie sigillavi.

928.

Hic jurat dominus Robertus, potestas Massiliensis, *etc.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno incarnationis Domini M° CC° XX° VII°, quarto idus januarii. Sit notum... quod dominus Bonus Filius, abbas monasterii sancti Victoris Massiliensis, in palacio comunis Massilie, ubi erat consilium generale Massilie, tam consiliariorum quam capitum ministeriorum, ad sonum campane congregatum, petens a domino Rotberto de Concoreze, potestate Massilie, et a dicto consilio ut deberent prestare seu prestari facere sacramentum ipsi abbati ut universitas Massilie deberet servare et attendere pacta et conventiones que sunt inter comune Massilie, ab una parte, et monasterium sancti Victoris, ex alia; qui... injunxerunt Rotlando Bono Pari clavario, ut ipse juraret in eorum animabus quod, *etc.* Unde dictus Rotllandus... juravit quod, *etc.* Actum fuit in Massilia, in dicto palatio, in presentia et testimonio magistri Duranti, prioris sancti Ferreoli, et Bernardi de Podio helemosinarii, et magistri Rotberti et Guillelmi Solatii, monachorum,* et Giraudi Maurini monachorum[1], et Giraudi Maurini notarii, et Bartholomei preconis, et Guillelmi de Grassa, et mei Raimundi de Corno, publici notarii Massiliensis, qui, mandato dicti potestatis et dicti consilii, hanc cartam scripsi et sigillo comunis Massilie sigillavi.

12 jan. 1227 vel 1228.

f° 107.

[1] Fort. delendæ sunt voces : *et Giraudi Maurini monachorum.*

f° 108.

929.

Compositio inter monasterium de Massilia et P. de Sancto Jacobo.

Hoc est translatum cujusdam originalis instrumenti facti per manum Rostagni Payni, publici notarii Massiliensis, cujus series est hec :

9 oct. 1220. In nomine Domini. Anno ab incarnatione ejusdem M° cc° xx°, indictione octava, nono die mensis octobris. Sit notum... quod nos rectores Massilie, scilicet Beraldus Aldroerius, Willelmus Auriolus, Raimundus Abilia, Petrus Bonenis, Willelmus de Castellana, Petrus de Fonte, Bernardus Garibertus et Aimo Balistarius, confitemur et recognoscimus sollempniter, nomine universitatis seu communis Massilie et pro eo, tibi Petro de Sancto Jacobo, concivi nostro, quod tu accepisti quondam in pignore a domino Roncelino, vicecomite quondam et domino Massilie, totum jus et dominium et affarium[1] quod ipse habebat... in curiam Massilie, scilicet sextam partem et mediam octavam ejusdem curie, pro CCCL libris regalium coronatorum, quas inde a te... mutuo habuit, *etc.* Veritas est quod ea[2] que in dicto instrumento continentur de mutuo et pignore supradictis, fecisti ac gessisti nomine dicte universitatis et pro ea et ad comodum et utilitatem et honorem grandem
v° ejusdem universitatis et proficuum etiam maximum... Recognoscimus * tibi quod... postmodum, defuncto domino Roncelino, monasterium sancti Victoris Massiliensis sive Bonus Filius, abbas illius monasterii, nomine dicti monasterii et pro eo, convenit te Petrum pro dicta parte curie vel ejus occasione, eo quod dicebat supradictam partem curie, scilicet sextam partem tibi obligatam occasione dicti domini Roncelini, ad dictum monasterium pertinere... Quapropter inde te convenit coram Antipolitano et Regensi episcopis et abbati Floregie sive Toroneti, judicibus a summo pontifice... delegatis, qui judices... vinculo excommunicationis te innodarunt, donec predictam partem curie... redderes abbati et monasterio supra dicto, ita quod postea... fuit compositum amicabiliter et per transactionem inter te et abbatem

[1] Cod. *astar*, cum compendii nota. [2] Cod. *in ea*.

et monasterium supradictum, et quod in illa compositione seu transactione fuit actum seu dictum ac conventum... quod teneres predictam partem curie ad dictum monasterium pertinentem ac possideres vel quasi, nomine dicti monasterii et pro eo, per quinquennium proximum, percipiendo interim inde fructus seu gausidas ad dictam partem pertinentes et eosdem in solutum tibimet computando. Hinc est igitur quod... postulasti a nobis quod, cum tu predictum mutuum feceris... ad honorem et comodum ac proficuum dicte universitatis..., nos dicti rectores, nomine ejusdem universitatis et pro ea, ipsaque universitas deberemus inde te et tuos conservare indempnes... Nos dicti rectores, nomine comunis seu universitatis dicte,... admisimus super his premissam * f° 109.
postulationem tuam, taliter tamen quod tu nobis, nomine dicte universitatis, redderes quatuor milia solidorum regalium coronatorum, quos ipsa universitas quondam vel alii pro ea expenderunt et solverunt in pignore et pro pignore supradicto de pecunia sepe dicte universitatis. Hinccine igitur tu, P. de Sancto Jacobo,... solvisti ex causa prope dicta nobis recipientibus nomine universitatis prope dicte et pro ea quatuor milia solidorum regalium coronatorum... Hinc est ergo quod... concedimus tibi dicto P. de Sancto Jacobo, quod tu et tui possitis deinceps, per vos et per alios, habere et possidere vel quasi et tenere predictam partem curie dicte, *etc.*

Acta sunt hec in capitulo rectorum Massilie. Testes interfuerunt : Albinus judex, Stephanus Balbus, Bernardus de Fontanis, Gilius de Raz, Petrus Ferrerius, Berengarius de Orto, Ramundus Tinturarius, Poncius Rainoardus, Bertrandus Pairolerius, Rainaudus Paulus, et ego Rostagnus Painus, publicus Massilie et capituli notarius, qui, mandato predictorum rectorum et rogatu dicti P. de Sancto Jacobo, hec scripsi et signum meum apposui, et insuper... presens instrumentum bulle plumbee confratrie sancti Spiritus Massilie munimine, jussu dictorum rectorum, roboravi.

Et ego Petrus de Sancto Maximino, puplicus notarius Massilie, in autentico instrumento, non corrupto nec cancellato nec ex aliqua parte sui viciato,... de verbo ad verbum legi... Testes autem vocati et rogati interfuerunt lectioni predicte et perscrutationi ac emendationi

hujus transcripti : Bernardus de Stella prior de Malaucena, Bernardus de Podio prior sancti Antonini, A. de Petra Bruna prior Ambileti, Audebert de Petra, magister Johannes Yspanus, R. Roveria, et ego ipse dictus Petrus de Sancto Maximino, publicus notarius, qui hec scripsi, ut dictum est, et hoc signum meum apposui.

f° 110.

930.

Carta de divisione vicecomitatus Massiliensis.

14 jun. 1212. In nomine Domini. Anno incarnationis M° CC° XII°, indictione XIII, octavo decimo kalendas julii.

Ex hujus publice scripture serie omnibus in posterum elucescat quod dominus Roncelinus, Ugo de Baucio et Giraudus Aimarus, vicecomites et domini Massilie, volentes totam terram vicecomitatus Massiliensis, pertinentem quocunque modo ad seipsos et ad dominium tolonei, inter se dividere, scilicet universam tum [1] terram, duntaxat cum omnibus juribus et pertinentibus suis, que est extra Massiliam et territorium ejus pertinens ad dominium tolonei predicti, ita in divisione convenerunt et ita diviserunt in tres partes tantum totam terram dictam : scilicet quod castrum Castelleti et Caderia et Cesa Resta et castrum Seilloni et tercia pars Albanie cum eorum dominiis omnibus et quasi dominiis et omnibus juribus et pertinenciis suis, in quibuscunque rebus jura seu pertinentia et dominia et quasi dominia eorum consistant, sive in hominibus vel hedificiis, sive in mari sive in terra, seu in aquis seu paludibus, sive in paschuis seu nemoribus, sive in cultis [sive] in non cultis, seu in quibuslibet aliis rebus seu bonis sint ; et sunt una pars. Item castrum Sancti Marcelli, et castrum Roche Fortis, et castrum Villani, et castrum de Masalguis, et alia tercia pars Albanie, cum eorum dominiis omnibus et quasi dominiis et omnibus juribus et pertinentibus suis, in quibuscunque rebus dominia illa et quasi dominia et jura eorum seu pertinencia consistant, sive in hominibus vel hedificiis sive in mari sive, *etc.* ; et sunt alia pars. Item castrum Gardane,

[1] Fort. delend. *tum*.

et castrum Roche Varie, et castrum de Gemenas, et Alms, cum reliqua tercia parte Albanie, cum eorum dominiis, *etc.;* et sunt tercia pars. Sciendum vero est quod predicti domini et vicecomites Massilie ita inter se convenerunt in divisione predicta quod sorte dirimeretur que pars predictarum trium partium cuilibet eorum obveniret, et promiserunt per stipulationem ad invicem, sub pena mille marcharum argenti vicissim per stipulationem stipulata et promissa, quod quilibet eorum esset contentus de illa parte predictarum trium que per sortem sibi obveniret et quod in portionibus aliorum nullam de cetero faceret questionem vel demandum. Item adjectum est ab eisdem dominis in ipsa divisione hujusmodi pactum, quod, si in aliqua predictarum trium parcium fieret demandum ab aliqua persona seu personis aliquibus, et propter hoc ille de predictis dominis cui illa pars obvenisset in qua fieret demandum traheretur in causam et aliquid in illa parte de jure esset ei evictum, quod reliqui predictorum dominorum quibus alie partes ex predictis tribus obvenissent tenerentur pro parte sibi contingente, scilicet pro virili, in hoc quod evictum esset, sive de evictione, et in sumptus similiter qui in lite vel pro lite fierent, conferre; et de sumptibus in lite vel pro lite factis, nulla alia probatione exacta, suo sacramento crederetur ille cui in illa parte evictio facta esset; et quod hec pactio... valeat perpetuo. Item in ipsa divisione a predictis dominis deductum est in pactione, quod, si propter aliquam predictarum * trium partium alicui illorum moveretur guerra, quod reliqui duo cum suis partibus predictis tenerentur juvare in illa guerra illum cui illa guerra moveretur, et quod hec pactio de guerra sit personalis. Item quod animalia omnia et pecudes et pecora dominorum et hominum sive[1] ad eosdem pertinentium de qualibet predictarum trium partium possint, quandocunque volent vel eis placebit, pascere et manere in partibus aliorum predictis, quandocunque erit eis opus, et hec pactio valeat perpetuo. Item predicti domini, scilicet Ugo de Baucio et G. Ademari, sibi ad invicem et dicto Roncelino per stipulationem promiserunt sub pena supradicta se effecturos quod domina Barrala, uxor dicti Ugonis

[1] Vox *sive* supervacat.

de Baucio, et domina Mabilia, uxor dicti G. Ademari, predictam divisionem et omnes conventiones superius factas ac omnia supra dicta et subsequentia perpetuo rata et inconiota habebunt... Specialiter renunciaverunt omnibus legibus que inhibent fundi dotalis et rei ecclesiastice seu ad ecclesiam pertinentis vel ad locum religiosum divisionem seu alienationem. Et ego Barrala, uxor domini Ugonis de Baucio,... promitto, *etc.;* renuncians sub eodem sacramento specialiter et ex certa scientia omni beneficio legis Julie de fundo dotali omnique beneficio minoris etatis et generaliter omni alii exceptioni, *etc.* Acta sunt hec in curia tholonci Massilie, in solario per quod intratur in turrem, in presentia et testimonio Guigonis de Galberto, Gaufridi Rostagni,
f° 111. Ancelmi, Bertrandi de Bucco, Raimbaudi de Sancto * Georgio, Poncii de Villa Majori, de Sancto Felice, Petri Bonefacii, Aldeberti de Rocava[1] Vaira, Raymundi Isnardi, Ugonis Bonefacii, Ugonis Bermundi, Bertrandi Berengarii, Peregrini monachi, Raimundi de Bagarn monachi, Batsachi, Guillelmi Amelii, Johannis Longi, Bertrandi Boroardi et filii ejus Bertrandi, Rostagni Merule, Augerii de Mari, Ugonis Feri juvenis, et Ancelmi Feri.

28 maii 1212 Sciendum vero est quod, antequam supradicta fierent, dum haberetur tractatus inter predictos vicecomites et dominos Massilie super predictorum divisione inter eosdem facienda, et domina Mabilia, uxor domini G. Ademari predicti, tunc recessura esset a civitate ista, convenerunt predicti vicecomites et domini Massilie quod dicta domina Mabilia, que se debebat tunc transferre alibi extra Massiliam, laudaret et concederet divisionem quamcunque predicti domini et vicecomites facerent de predictis seu eorum occasione et conventiones et pacta universa que in divisione predictorum a dictis dominis inhirentur[2] et fierent. Unde, eodem anno et loco quo supra, quinto kalendas junii, in presentia et testimonio Ancelmi, Ugonis Andree, Batsachi, Guidonis Dalmatii, Guillelmi Amelii et Bertrandi Molnerii, dicta domina Mabilia, uxor domini G. Ademari predicti, per stipulationem promisit domino Roncelino et domino Ugoni de Baucio et

[1] Corr. *Roca*.

[2] Pro *inirentur*.

domino G. Ademari.... quod divisionem quam.... facerent... observaret, *etc.*

Post hec, eodem anno quo supra, tercio idus octobris, predicti tres domini et vicecomites Massilie diviserunt concorditer totum afare quod ipsi habebant... in castro Albanie et ejus territorio seu tenemento, *etc.* * In qua quidem divisione obvenerunt per sortem ad dictum dominum Ugonem de Baucio, sive ad partem ejus, hec que sequuntur...: castrum Castelleti cum Caderia et Ceseresta et castro de Seillono cum omnibus juribus...; itemque in hac tercia parte obvenit predicto domino Ugoni de Baucio, sive ad partem ejus, per sortem tercia pars tantum Albanie, in qua tercia parte continentur hec que sequuntur duntaxat, scilicet teulicia castris[1] dicti castri, quod erat vicecomitum Massilie, et tota curtis usque ad barrium ejusdem castri, et area, et pars illa que se tenet cum eadem area, et superior condamina que dividitur cum domina Sarda, et media pars prati, et pars vinee ex parte castri de Gemenas, et prima pars orti ex parte domus, et domus farnarie; adjunguntur etiam isti parti Guillelmus Gaufridus et omnia quecunque habet et tenet in Albania et in ejus tenemento et omnes homines sui et omnia que habent et tenent in Albania et ejus tenemento seu territorio, et Aicardus Iterius et ejus nepotes, et Raimundus de Bracio, et Guillelmus de Albania et Maria Regauda et uxor quondam Martini de Rocafort, et Raimundus Rainaudus, et afare Aicardi de Sancto Michaele, et Gaufridus de Toreves, et Bermundus de Limans et Giraudus de Barrio; omnes hii cum omnibus his que habent et tenent ipsi et eorum homines in castro Albanie et in ejus tenemento obvenerunt ad hanc partem. Adjunguntur etiam huic parti Matheuda Guiranessa, et Petrus Bolferius, et Petrus Michael et Petrus Bovetus, et Secundus, et Guillelmus Jordanus, et Guillelmus Jaubertus, et Bederressa, et Radulfus, et Petrus Giraudus, et Aizina, et Bertrandus Hospitalarius, et Guillelmus Robaudus, et Giraudus Bolferius, et Guillelmus de Sancto Petro, et domina Varia, et afare Petri Vitalis, cum omnibus his que prope dicti[1] omnes habent et tenent pro dominis in Albania et in ejus

13 oct. 1212.

v°.

[1] Sic.

[2] Cod. *propredicti*

tenemento seu territorio ; item et Bonus Pars cum omnibus his que ipse et ejus homines habent et tenent in Albania et in ejus tenemento, et homines cum suis tenementis quos monasterium sancti Poncii habet in Albania et ejus territorio, et quod monasterium sancti Poncii habet in Albania et in ejus tenemento pro dominis Massilie, qui homines supra nominati hujus tercie partis supra nominate habebant ante divisionem istam pro dominis XLV modiatas terre, et serviebant annuatim XXXI solidos et III denarios regales et VIII eminas annone et II gallinas et I fogassam, que predicta servicia deinceps debent facere dicto domino Ugoni de Baucio et suis.

Item in divisione predicta obvenerunt quoque per sortem ad domi-
f° 112 num Roncelinum predictum sive ad * partem ejus... : castrum Sancti Marcelli, et castrum Roche Fortis, et castrum Villani, et castrum de Masalguis, cum omnibus juribus... Itemque in hac tercia parte obvenit predicto domino Roncelino seu ad partem ejus per sortem alia tercia pars Albanie, hec videlicet : coquina staris dicti castri quod era[t] vicecomitum Massilie, et retrocurtis, et medietas turris ejusdem staris, et fronteria turris ex parte ecclesie, et superior fascia majoris condamine que est juxta fasciam Rotundam, riali in medio, et fascia illa que est juxta illam fasciam que se tenet cum area, et pars prati que est ex parte castri Albanie, et pars vinee ex parte claperii, et media pars orti ; adjunguntur etiam isti parti Rotundus de Albania et omnia quecunque ipse habet et tenet sive que ad eundem pertinent in castro Albanie et in ejus tenemento seu territorio et omnes homines ejus, et quecunque illi homines habent et tenent, et Ugo de Mimeto et frater ejus et Guillelmus Cotaronus et privignus ejus et Guillelmus de Eura et Batsachus et Ugo Nevolongus et Fulcholina et Guigoneta et Bertrandus Ricavus et Ugo Rostagnus et Petrus Beto. Hii omnes prope nominati, cum omnibus que habent et tenent ipsi et eorum homines in castro Albanie et in ejus tenemento seu territorio, obvenerunt in hac divisione ad hanc partem que obvenit ad dictum dominum Roncelinum. Adjunguntur etiam huic parti domini Roncelini et Andreas Berbeguerius, et Poncius de Sahornon, et Bertrandus de Vienna, et Guillelmus Lagetus, et Perrona, et Bertrandus de Laza, et Guillelmus

Policianus, et Andreas de Barjols, et Guillelmus Ugo, et Poncius Milgrana, et Johannes Nadal, et Meissoneira, et Gaufridus Columbeiare, et Guillelmus Aicardus, et Johannes de Sancto Petro, et Stephani fratres, et Bernardus Rainadus, et Ugo Christolus, et tascha Revelli et Becamilli et Ugonis Arnulfi, et afare Petri Dousana[1], cum omnibus his quecunque hii habent et tenent pro dominis in Albania et in ejus tenemento seu territorio. Item adjungitur huic parti domini Roncelini totum illud quod tenent in Albania et ejus tenemento Arnulfus et Raimundus de Portu et Petrus Linga Spissa... Qui homines hujus tercie partis supra nominati habebant ante divisionem istam pro dominis XLVII modiatas terre et serviebant annuatim XXVII solidos, minus II denariis, et VI eminas annone et II gallinas et I fogassam : que predicta servicia debent deinceps facere dicto domino Roncelino et suis juris vel rei successoribus.

Item in divisione predicta obvenerunt per sortem ad dictum dominum Giraudum Ademari hec que sequuntur... : castrum *Gardane, et v°.
castrum Roche Varie. et castrum de Gemenas et Alms, cum omnibus juribus... Itemque in hac tercia parte obvenit predicto domino G. Ademari per sortem alia tercia pars Albanie, hec videlicet : sala, et omnes domus que sunt inter salam predictam et turrim, et tota fronteria sicut extenditur usque ad barrium quod claudit meta, et fascia Rotunda, et fascia que est juxta illam que se tenet cum vallato et pars prati que est ex parte Vallis Agnegle, et pars vinee ex parte Peracii, et pars orti que confrontatur cum orto Berengarii de Valle Bella et medietas turris. Adjunguntur etiam isti parti Fulcho de Albania et omnia que ipse et ejus homines habent in Albania et in ejus tenemento, et Ugo Guillelmus, et Ugo de Albania, et Berengarius de Valle Bella et Bertrandus de Cornillono, et afare Petri Cluerani, et Fulcho Rainaudus, et affare Ugue de Mossono, et Botinus, et Aicardus de Auriolo et Maria de Barrio. Omnes hii nominati, cum omnibus his que ipsi et eorum homines habent et tenent in Albania et in ejus tenemento seu territorio, et totum afare de Penna, cum omnibus suis tenementis, obvenerunt in

[1] Fort. *d'Ousana*.

hac divisione ad hanc partem. Adjungu[n]tur etiam huic parti Bertrandus Gantelmus, Marini fratres, Comptada, Rosimacus, Petrus Catalanus, Ugo Michael, Bertrandus de Canonica, Guillelmus de Torreves, Stephana, Johannes de Lesinnana, Guido, Guisla Moutonessa, Lanbertus, Catalanus, Guillelmus Bertrandus, Peironella Jauberta, Johannes Garinus, Johannes de Sancto Petro, Bertrandus Robaudus, Guillelmus Peletus de Massilia, Bertrandus Almuz cum hominibus suis.... Qui homines, in hac parte nominati, habebant ante divisionem istam pro dominis XLVII modiatas terre, et serviebant annuatim XXXVII solidos et II denarios et III gallinas et III fogassas, que, *etc.*

Verumptamen sciendum est ita dictum et actum fuisse.... quod omnia que sunt in Albania...., pertinencia ad dominium seu quasi dominium vel seinnoriam vicecomitum Massilie, que non sunt expressa in aliqua predictarum parcium trium...., debent esse.... communia pro indiviso, videlicet cuilibet illorum pro tercia parte tantum. Item in dicta divisione remanserunt predictis dominis communia pro indiviso hec que sequuntur, scilicet ea que portanarii Petrus Riche et Johannes Penna Vaira tenent vel possident in Albania et ejus tenemento seu
1° 113. territorio pro dominis dicti castri.... * Nullus ipsorum trium dominorum vel eorum successores[1] potest vel debet facere furnum aliquo tempore nec molendinum in Albania nec in tenemento ejusdem castri sine voluntate expressa et consenssu aliorum duorum dominorum vel eorum successorum. Item fuit dictum.... quod homines alicujus predictarum trium parcium, plures vel singuli, non possint transferre domicilium suum vel se ipsos vel mutare in predictis partibus aliorum, nisi de consilio et voluntate expressa illius domini vel successorum ejus de cujus vel quorum parte et dominio vel seinoria domicilium suum vel se alibi ad aliquam aliam partem de partibus predictis se transferrent seu transferre vel mutare vellent. Supradictas quoque partes.... concesserunt sibi ad invicem... ipsi tres domini memorati..., quitia quitiasque clamantes ipsi tres domini sibi ad invicem in perpetuum omnia jura et rationes et actiones quecunque, *etc.*

[1] Fort. corrig. *successorum.*

Porro sciendum est quod ea omnia que superius continentur, ab illo v°.
paragrafo : *Post hec, eodem anno quo supra*, m° *idus octobris, etc.*, citra, fuerunt acta et dicta et conventa.... in tholoneo Massiliensi, in solario superiori teulicie, in presentia et testimonio Rainaudi de Tritis, Raimundi Isnardi, Batsachi, Poncii de Villa Majore, Rostagni Merule, Ugonis Feri juvenis, Poncii de Mataron, Poncii Patafii et nepotis ejus Poncii, Ancelmeti, Blancardi Velatoris.

Et ego Berengarius de Amiliavo, publicus notarius Massilie,... hec eadem omnia in nota publica redegi sive scripsi in cartulario meo publico, et... fuit michi injunctum et mandatum expressim et concessum quod inde facerem tria instrumenta publica, signata signo meo, *etc.*

Unde post hec, ad postulationem domini Boni Filii, abbatis sancti Victoris Massiliensis, qui, occasione dicti domini Roncelini, nomine dicti monasterii, petebat sibi reddi unum ex dictis tribus instrumentis,... injunxit michi Berengario dicto curia tholonei quod eidem domino abbati redderem unum instrumentum de predictis, videlicet illud quod inde debui reddere pro dicto domino Roncelino, et ideo ego dictus Berengarius reddidi dicto domino abbati unum de predictis tribus instrumentis, in quo quidem hoc signum meum apposui[1].

931. f° 114.

De Caturicis.

Calixtus[2] episcopus, servus servorum Dei, clero et populo Caturicis 9 apr.
ville, salutem et apostolicam benedictionem.... Relatum siquidem nobis 1121 — 1124.
est quosdam in villa vestra, cujus tota parochia Massiliensi cenobio et ejus obedienciis pertinet, ecclesiam, invitis et reniteutibus Massiliensibus fratribus, edificare jam incepisse; quod nobis admodum grave est, quia et rationi esse contrarium et ipsius monasterii videtur justicie contraire. Idcirco vestram caritatem rogantes monemus, ut nostrum

[1] In ima hujusce folii parte, secunda manu scriptus, legitur indiculus nonnullarum chartarum ad patrimonium Roncelini spectantium, præfixo hoc titulo : *Hec sunt principia quarumdam literarum et instrumentorum curie domini regis Sicilie exibitarum super facto Massilie.*

[2] Calixtus II.

Massiliense cenobium diligere studeatis et in tota Caturicensi parochia neque illam que noviter incepta est neque aliam ecclesiam, invitis Massiliensibus fratribus, construi adjuvetis. Si vero ecclesia eadem contra voluntatem fratrum Massiliensium, quorum parrochia est, constructa fuerit, nos in ecclesia et in loco ipso divina omnia officia interdicimus et omnibus qui ad hoc auxilium dederint, omnium ecclesiarum introitum prohibemus. Qui autem, *etc.*

Data Laterani, v idus aprilis.

932.

De Caturicis.

9 sept. 1145. Eugenius[1] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Petro, Massiliensi abbati, ejusque fratribus, salutem et apostolicam benedictionem. Massiliense monasterium tamquam beati Petri proprium et personas vestras vera in Domino caritate diligimus et vestram vobis volumus justiciam conservare, ideoque vestras ac venerabilis fratris nostri Guillelmi, Ebredunensis archiepiscopi, litteras, pro negotio vestro nobis transmissas, debita benignitate suscepimus et que in eis continebantur diligenter attendimus. Ex litteris siquidem ejusdem fratris nostri archiepiscopi intelleximus quia causam que inter vos et canonicos sancti Sepulchri super ecclesia quadam quam, in Caturicensi villa, infra terminos vestre parrochie, vobis invitis et reclamantibus, edificatam veraciter affirmabatis, diutius ventilata est, post multas predecessorum nostrorum litteras, transactione et pacto complacito terminavit, et de ipsius terminationis confirmatione predecessoris nostri felicis memorie pape Lucii litteras suscepit; a cujus nos vestigiis nullatenus deviare volentes, eandem terminationem ab ipsius * archiepiscopi discretione factam et ab eodem predecessore nostro firmatam sedis apostolice auctoritate firmamus et ratam manere censemus. v°.

Data apud Montem Lumbricum, quinto idus septembris.

[1] Eugenius III.

933.

De Caturicis.

Epistola Adriani papæ IV, ejusdem fere tenoris ac superior Eugenii III epistola, qua confirmat pacem cum canonicis sancti Sepulchri a Willelmo, Ebredunensi archiepiscopo, compositam, de parrochia Caturicensi. 10 jun. 1157.

Data Laterani, quarto idus junii[1].

934.

De Caturicis.

Alexander[2] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis D.[3] abbati et fratribus monasterii Massiliensis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius noster prior Dominici Sepulcri, cum quibusdam fratrum suorum, et Bernardus, sacrista vester, et Petrus de Sancto Crispino, prior Caturicensis, a vobis procuratores constituti, in causa que super ecclesia quam prefatus prior et canonici juxta Caturicas (contra transactionem a Willelmo, bone memorie, quondam Ebredunensi archiepiscopo[4], factam) de novo edificare volebant, inter vos et eosdem canonicos vertebatur, cum auctoritate recipiendi sententiam, in presencia nostra consisterent,.... * eandem transactionem, de communi fratrum nostrorum consilio, judicavimus inviolabiliter futuris temporibus observandam. Tenor autem transactionis continet...., ut in ecclesia infra terminos parrochie vestre constructa nec celebrentur misse, nec signa remaneant, neque cimiterium fiat, neque aliquid omnino quod parrochiali videatur justicie derogare[5]. Nulli ergo, *etc.* 6 jul. 1180. f° 115.

Data Tusculanen.[6], II nonas julii.

[1] Cf. n. 873.
[2] Alexander papa III.
[3] Deodatus, 1179 — 1182.
[4] Willelmus III, 1135 — 1168 vel eo circ.
[5] Cod. *decogare*.
[6] Sic.

935.

De Caturicis.

19 mart. 1190. Clemens episcopus [1], servus servorum Dei, dilectis filiis priori et fratribus ecclesie sancti Victoris de Caturicis, salutem et apostolicam benedictionem. Quociens, *etc.* Vos et ecclesiam vestram, cum omnibus bonis que in presenciarum rationabiliter possidet aut in futurum justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, sub protectione beati Petri et nostra suscipimus, specialiter autem furnum vestrum cum omnibus decimis et aliis redditibus ecclesie vestre, sicut, *etc.*

Data Laterani, XIII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno tercio.

v°.

936.

De Tretis.

8 mart. 1169. vel fort. 1168. Alexander episcopus [2], servus servorum Dei, dilectis filiis Petro abbati et fratribus Massiliensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Ex diligenti relatione vestra nostris est auribus intimatum quod ecclesie et universa jura parrochialia vallis de Treit ita specialiter ad monasterium vestrum pertineant, ut nullus archiepiscopus vel episcopus aliquam ibidem districtionem sive quicquam quod juris ecclesiastici sit habere noscatur, sed abbas qui in monasterio vestro pro tempore fuerit, ad ordinationes clericorum, consecrationes ecclesiarum, altarium vel basilicarum prescripte vallis, quem vult episcopum semper invitare consuevit, et crisma a quo mallet suscipere. Unde, quoniam prelibatum monasterium vestrum ad jus beati Petri et ecclesie Romane necnon et provisionem nostram nullo mediante noscitur specialiter pertinere, quare nos ei jura sua propensiori cura defendere et conservare tenemur, ecclesiastica jura et possessiones quas ibidem habetis, sicut eas a quadraginta retro annis tenuisse noscimini, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica

[1] Clemens papa IV

[2] Alexander papa III.

confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut nullus in memorata valle, vobis invitis, ecclesiam deinceps vel oratorium audeat edificare. Decernimus ergo, *etc.*

Data Beneventi, VIII idus martii[1].

937.

Sancti Andree de Pisis confirmatio.

Alexander episcopus[2], servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et fratribus Massiliensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Cum fides, *etc.* Ecclesiam sancti Andree de Pisis, cum omnibus pertinenciis suis, sicut eam nunc rationabiliter possidetis, vobis et monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut infra parrochiam ejusdem ecclesie sine consensu Pisani archiepiscopi et vestro nullus capellam vel oratorium edificare presumat. Decernimus ergo, *etc.*

8 jul. 1160, 1173, 1174, vel 1176.

Data Anagnie, VIII idus julii.

f° 116.

938.

De eodem.

Alexander[3] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis priori et fratribus sancti Andree, salutem et apostolicam benedictionem. In admittendis, *etc.* Auctoritate vobis apostolica duximus indulgendum ut, cum generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis januis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce, divina officia celebrare, et, si ante relaxationem interdicti aliquis de fratribus vel familia vestra decesserit, dummodo excommunicatus non sit vel nominatim interdictus, fas vobis sit corpus ejus ecclesiastice tradere sepulture. Nulli ergo, *etc.*

27 jun. 1160, 1173, 1174, vel 1176.

Data Anagnie, quinto kalendas julii.

[1] Cf. n. 847.

[2] Alexander papa III.

[3] Alexander papa III.

939.

De Chiriaco.

30 mart., vel 3 apr. 1160, 1161, 1173, 1174, vel 1176. Alexander[1] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et fratribus Massiliensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Rationabilibus, *etc.* Villam Chiriacensis monasterii, quod juris vestri esse dinoscitur, cum hominibus et bonis suis, et ceteras villas ad idem monasterium pertinentes sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis, *etc.*

v°. Data Anagnie, III kl. non.[2] aprilis.

940.

De Mezoylo.

8 mart. 1168, vel 1169. Alexander[3] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Bertrando priori et fratribus de Mezoilo, salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam ecclesia vestra, propter frequentes terre illius turbationes et guerras, multis et magnis periculis dicitur sepius subjacere, nos, illius devocionis affectum quem Massiliense monasterium circa nos et ecclesiam multipliciter exhibere dinoscitur attendentes, et quod vos, qui de eodem monasterio, jure subjectionis, existitis, ejusdem devocionis imitatores et participes sitis, studiose pensantes, paci et quieti vestre, in quibus[4] cum Deo possumus, libenter intendimus, et vos contra pravorum injurias nostre protectionis pagina communimus. Hujus siquidem considerationis obtentu et nostri officii debito nichilominus inclinati, vos et prescriptam ecclesiam, cum universis possessionibus et bonis que ibidem habetis, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, auctoritate ejusdem beati Petri ac nostra, sub anathematis interminatione, districtius inhibentes ne quis bona vestra vel hominum vestrorum, qui in loco illo morantur, diripere vel quomodo libet diminuere audeat, aut infra terminos possessionum vestrarum rapinam

[1] Alexander papa III.
[2] Sic.
[3] Alexander papa III.
[4] Fort. corrig. *in quantum.*

aliquam seu violentiam aut aliam injuriam cuilibet inferre presumat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati vel nominatim[1] interdicti existant, nullus obsistat, *etc.*

Data Beneventi, VIII idus marcii.

941.

f° 117.

De sancto Nicolao de Tarasco.

Eugenius[2] episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Guillielmo Massiliensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem. Quotiens, *etc.* Pro controversia que inter te et venerabilem fratrem nostrum Gaufridum episcopum et canonicos Avinionensis ecclesie super ecclesia sancti Nicholai de Tarrascona agitabatur, tam tu quam idem episcopus in nostra presentia convenistis, et cum eadem causa esset ab utraque parte diucius agittata, utrique parti complacuit ut in arbitrio fratrum nostrorum Nicolai, Albanensis episcopi, Jordani, presbiteri cardinalis tituli sancte Susanne, et G. sancti Angeli, G. sancte Marie in Porticu, et J. sancte Marie in Cosmidin, diaconorum cardinalium, eandem controversiam ex consensu nostro committerent terminandam; qui nimirum hoc modo eandem controversiam terminarunt, et in scripto pariter redigerunt[3] : ut videlicet omnes oblationes que ad altare sive ad manus presbiteri deferentur inter te et eundem episcopum per medium equis porcionibus dividantur, exceptis iii festivitatibus, scilicet natale[4] Domini cum proxima sequenti die, sollempnitate dominice resurrectionis, Pentecostes, festivitate Omnium Sanctorum cum crastina commemoratione fidelium defunctorum, in quibus canonici sancte Marthe II partes, tu vero terciam habere debebis. In predicta quoque ecclesia ab audiendis divinis officiis episcopus vel canonici neminem prohibebunt. De cimiterio autem quod est juxta

1 jun. 1150, vel 1153.

[1] Cod. *nominati.*
[2] Eugenius papa III.
[3] Sic.
[4] Sic.

eandem ecclesiam, hoc modo statutum est : ut liceat monachos et professos presbiteros atque conversos qui absque proprio vixerint a suis confratribus vel clericis in eodem ciniterio sepeliri[1]. Si vero aliquis de reliqua eorum familia obierit, clerici sancte Marthe ad eum sepeliendum vocentur; qui si venire contempserint, solis monachis vel eorum presbitero ipsum liceat sepelire. Sanis autem vel infirmis predicti castri monachi vel eorum presbiteri neque unctionem faciant neque ad domos eorum aquam benedictam portent, nec penitenciam vel eucharistiam tribuant. Neminem etiam baptizent vel sepeliant,
v°. nisi prout * supra statutum est, nec aliqua parrochialia jura, preter ea que in presenti scripto notata sunt, sibi usurpare presumant. Sane presbiteri pro tempore inibi constituti, ad audienda synodalia mandata episcopi accedentes, nullum canonem ei persolvant; qui si aliquando infames vel criminosi apparuerint, episcopus, ut eos corrigas, tibi denunciet; quod si tu post secundam commonitionem eos canonice non correxeris, episcopo licitum erit id ipsum canonice facere. Monachi vero ad synodum ire nequaquam cogantur. Porro capellam quam juxta prefatam ecclesiam episcopus nuper construxit, ab eisdem fratribus nostris per centum passus mandatum est amoveri, ita quod infra ipsum spacium episcopus vel canonici novam ecclesiam non edificent. Excommunicatos quoque et interdictos episcopi monachi vel eorum presbiteri non suscipiant, et quodcunque in predicto castro episcopus posuerit interdictum servabunt. Insuper omnes oblationes festivitatis beati Nicholay monachi habeant. In sollempnitate vero paschali unus ex presbiteris sancte Marthe ad recipiendas duas partes oblationum accedat, et eos qui ad audiendum divinum officium in supradicta ecclesia confluxerint, si a suis sacerdotibus penitenciam accepisse noscuntur, ad percipiendam communionem suscipiat. Quia igitur nostri officii est fratrum nostrorum bene gesta firmare atque paci et tranquillitati ecclesiarum paterna sollicitudine providere, eandem concordiam sedis apostolice auctoritate firmamus et ratam perpetuis temporibus manere censemus. Ceterum, si aliquod scriptum quod huic

[1] Cod. *sepelivi*.

concordie sit contrarium habes, ipsum in irritum ducimus et nullas vires habere sancimus.

Data Rome apud Sanctum Petrum, kalendis junii.

942.

De Ceseresta.

Notum sit omnibus quod ego Barral, dominus Massiliensis et vicecomes, pro salute anime mee et predecessorum meorum, castrum de Ceserista liberum et absolutum ab omni inquietatione facio, ut neque quistam neque toltam nec aliquam exactionem in eo vel in hominibus ejusdem castri facere possim vel debeam ego vel successores mei, preter cavalguatas et justiciam de criminibus comissis que penam sanguinis irrogant, quas michi et successoribus meis retineo; relique vero justicie de querimoniis quas inter se homines castri facerent et usatica ad monachos pertineant, et ita me observaturum jurejurando corporaliter prestito affirmo. *Si quis autem de successoribus meis contra hoc indultum et contra juramentum meum temeritate previa presumpserit, justicias, cavalguatas et omne dominium quod habeo in castro de Ceserista absolvo, et Deo et monasterio sancti Victoris dimitto. Usaticum quod de gregibus caprarum, tempore quo falcones de nidis extrahuntur, accipi solet michi retineo, scilicet de singulis gregibus unum edum. Sept. 1191. f° 118.

Facta est hec donatio anno dominice incarnationis M° C° XC° I°, mense septembrio.

943.

Item de eodem.

In nomine Domini, anno incarnationis M° CC° VIII°, II° nonas marcii, indictione XI^a[1]. Ex hujus publice scripture testimonio omnibus pateat audientibus quod ego Roncelinus, dominus et vicecomes Massilie, bono animo et spontanea voluntate, laudo et concedo et cum hac 6 mart. 1209.

[1] Ex indictionis nota conjiciendum est anni initium nec a Natali nec a kalendis jan. computatum fuisse.

presenti publica carta confirmo in perpetuum, per me et per omnes successores meos, presentes et futuros, tibi domino Guillielmo, abbati monasterii sancti Victoris, recipienti pro ipso monasterio et pro conventu ejusdem loci, videlicet illam totam et integram donationem quam frater quondam meus Barralus donavit et laudavit monasterio predicto, sicut continetur in carta inde facta, bullata bulla ejusdem fratris mei Barrali[1]. Et promitto per stipulationem tibi domino G., abbati predicto, quod illam totam donationem integre et sine diminutione universali seu particulari firmiter et irrevocabiliter observabo perpetuo per me et per omnes successores meos, renuncians generaliter et specialiter omni juri scripto et non scripto, legali et canonico, coherenti rei vel persone, per quod contra, *etc.* Insuper, ad majorem rei firmitatem, presens instrumentum bulle mee munimine feci confirmari. Predicti autem * instrumenti, bullati bulla domini Barrali, v°. facti de donatione predicta, hec est series :

« Notum sit, *etc.*[2] »

Acta sunt hec in claustro veteri monasterii Massiliensis, in presentia et testimonio B. de Nouas prioris majoris, Guillielmi de Roveria cellerarii, Raimundi de Aurella helemosinarii, Guilaberti, Petri de Doolon, Guillielmi Arnaldi, Bertrandi de Cerveira, Poncii de Monte Rodat, Raimundi de Munjudieu, Rainaldi de Porreiras, Arberti de Cabreira, Raimundi de Bagarii, Stephani de Munlaur et Petri Rigaldi, monachorum Massiliensis monasterii, et Guillielmi Grossi, nepotis domini Roncelini, et Moysaqui de Gardana, et Bonanati de Monacha, et Fulchonis de Masalgas.

Et ego Berengarius de Amiliavo, publicus notarius, *etc.*

944.

De permutatione Nantis et Sancti Antonini[3].

(Ed. Bouche, *Hist. de Provence*, II, 121.)

1156. Cum et imperiali constitutione et sacrorum auctoritate canonum

[1] Vid. sup. n. 942.
[2] Ut sup., n. 942.
[3] Ejusdem chartæ alterum exemplar exstat fol. 127 *Chartul. Minoris.*

ecclesiis ac monasteriis permutare cum principibus sit permissum, ex presentis inspectione instrumenti notum sit omnibus[1], presentibus et futuris, quod illustris * Raimundus Berengarii, Barchinonensis comes, f° 119.
necnon venerandi nominis Massiliensis monasterii abbas G., sua uterque hinc inde ad invicem commoditate considerata, permutationis contractum[2] inierunt. Memoratus itaque Massiliensis monasterii abbas, cum consilio et voluntate fratrum suorum, villam de Maurei[3], quam[4] benignitate ac munificencia[5] gloriose memorie regis P. Sancii, in Aragonensis regni partibus Massiliense monasterium habebat et possidebat, predicto Barchinonensi comiti permutatione sollempniter facta concessit atque donavit cum suis pertinenciis omnibus, ut memoratus comes et ejus successores ad quoscunque velint, sive ad ecclesias sive ad quoslibet alios, libere de cetero predictam villam transferre possint. Illustris vero prefatus Barcinonensis comes, assensu et conlaudatione nepotis sui, in mutua permutationis[6] vicissitudine[7], arbergum[8] seu boaje[9] quod habebat in castello ejusdem abbatis de Nancio seu in villa Sancti Antonini[10], seu quicquid aliud in predictis locis seu castellis ipse vel nepos ejus comitali jure vel consuetudine seu quocunque alio modo habere seu exigere consueverat, totum, sine retentione aliqua, Massiliensi monasterio et predicto abbati et monachis, presentibus et futuris, in perpetuum concessit atque donavit. Porro, ut hujusce modi permutatio firma, stabilis, inconcussa illibataque futuris temporibus conservetur, Raimundus Berengarius, nepos ejusdem Barchinonensis comitis, post signum et subscriptionem patrui sui, presentem paginam proprie manus subscriptione signavit. Signum Raimundi[11] comitis. Signum Raimundi, comitis Provincie.

Actum est hoc anno ab incarnatione Domini millesimo c° l° vi°, indictio iii[a], in civitate Arelatensi.

[1] F. 127 *hominibus*.
[2] Vox *contractum* deest fol. 127.
[3] F. 127 *Maurel*.
[4] F. 113 *que*.
[5] F. 127 *nagnificencia*.
[6] F. 127 add. *et laudationis*.
[7] F. 127 add. *dominium et*.
[8] F. 127 *albergum*.
[9] F. 127 *baage*.
[10] F. 127 add. *et in pertinenciis suis intus et extra, sicut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem et ad proficuum Massiliensis monasterii et fratrum ipsius loci, quicquid aliud....*
[11] F. 128 add. *Barchinonensis*.

Signum Guinandi de Simiana[1]. Signum Ugonis sacriste. Signum Gaufredi de Torreves[2]. Signum Rostagni de Tarrascone. Signum Petri de Capannis. Signum Guillielmi Raimundi dapiferi. Signum Arnaldi de Lercio. Signum Artaldi de Castro Novo. Signum Bernardi de Belloc[3]. Signum Arberti de Castro Vetulo. Signum Bertrandi[4], Massiliensis prioris. Signum Guillielmi Maderiarum[5]. Signum Deusdedit Mairosiensis[6]. Signum Gaufridi Massiliensis. Signum Ugonis, fratris ejus. Signum Guillielmi Petri, scribe curie comitis.

v° 945.

Item de eodem.

24 sept. 1234. In nomine Domini nostri Jhesu Christi, anno ejusdem secundum carnem millesimo cc° xxx° quarto, viii kalendas octobris.

Nos Raimundus Berengarius, Dei gratia illustris comes et marchio Provincie et comes Forchalqueri, confirmamus tibi G. de Brianzono, monacho beati Victoris Massiliensis monasterii et priori sancti Maximini, recipienti nomine P. abbatis monasterii sancti Victoris Massilie et conventus ejusdem monasterii, permutationem, concessionem atque donationem factam ab atavo nostro bone memorie R. Berengario, illustri comite Barchinonensi, et nepote ejus, consanguineo nostro, abbati quondam predicti monasterii, scilicet G., que permutatio, concessio seu donatio fuit facta a predicto atavo nostro et nepote ejus, consanguineo nostro, de his que habebant vel possidebant jure comitali seu consuetudine seu quocumque alio modo, scilicet alberga seu bouagio[7] in castello de Nancio, seu in villa Sancti Antonini, et ex parte predicti monasterii de hiis que habebat dictum monasterium in villa de Maurel, sita in regno Aragonensi, sicut in carta facta per manum W. Petri, scribe predicti domini comitis, atavi nostri, plenius continetur[8]. Hanc autem predictam confirmationem facimus, retentis nobis

[1] F. 128 *Giraudi de Sumana.*
[2] F. 128 *Torrenes. Signum Ysmardi de Riaas.*
[3] F. 128 *Bello.*
[4] F. 128 *Bernardi.*
[5] F. 128 *Madenarii.*
[6] F. 128 *Mairossensis.*
[7] Fort. corrig. *bouagia*
[8] Vid. sup. n. 944.

cavalcatis in predicto castro de Nancio, sub hac forma ut, si oporteret nos vel nostros baiulos circa castrum de Nancio facere exercitum per unam dietam, homines predicti castri bono modo teneantur venire in nostris cavalcatis semel in anno; ultra dietam vero predictos homines traliere non possimus, sed ab eis, pro cavalcatis ultra dietam faciendis, centum solidos regalium coronatorum exigere valeamus. Item retinemus in predicto castro de Nancio causam homicidii, transferendo, concedendo seu donando vel confirmando predicto monasterio omnes alias justicias criminales seu civiles in hominibus predicti castri ex quacunque causa procedentes.

Actum Sistarici, in camera juxta viridarium domus domini comitis Provincie supradicti. Testes fuerunt Romeus de Villa Nova, W. de Cotiniaco, Spinoandus, B. Ros clericus, magister medicus, et plures alii; et ego Raimundus, publicus notarius, a domino R. Berengario, illustri comite Provincie, institutus, qui mandato ipsius hanc cartam scripsi et sigillo suo sigillavi, et hoc signum meum apposui.

916.

f° 120.

De infirmaria.

In nomine Domini, anno ab incarnatione ejusdem millesimo ducentesimo vicesimo tercio, indictione XI, quinto decimo kalendas julii. 17 jun. 1223.

Per hoc presens publicum instrumentum.... sit clarum et manifestum quod ego Raimundus de Porreriis, monachus Massiliensis monasterii, in bona et in sana mea memoria, congrua deliberatione habita, non deceptus, non coactus nec circumventus ab aliquo, non errans in jure vel in facto, dono donatione inter vivos et titulo perfecte donationis contrado Domino Deo et beato Victori Massiliensis monasterii et infirmarie ejusdem monasterii et tibi Bertrando de Rocadu infirmario, nomine dicte infirmarie et pro eadem recipienti, et omnibus successoribus tuis in dicta infirmaria, omnes res mobiles et immobiles et se moventes, quecunque sint et ubicunque sint, sive in castro de Porreris vel extra in territorio ejusdem castri et in hominibus in dicto castro morantibus sive habitantibus, ut in Bertrando Espiga, et Bar-

tholomeo, et Gaufrido Bertrando, et Berengario, et Martina Mota, et in afari Bordonis, et in aufari Jausatoris, et Guillielmo de Claustra, et Raimundo Vitali, et Giraudo Ugone de Tritis, et in Savardis, et Ginesta, et Bonifacius Bernardus et filiabus ejus, scilicet Bonifacia et Amelia, et Ugone Jacobo, et fratre suo Raimundo Cannardo, et Petro Amelio, et sorore ejus Anastasia, et in una vinea que vocatur Despecha, que confrontatur ab una parte cum vinea Duranti Reginardi; item et quicquid juris habeo in castro Sancti Maximini et in territorio ejusdem castri; et quicquid juris habeo in castro Rocafolii et in castro de Porcils, sive in territoriis eorumdem castrorum....; item et omnia
v°. jura realia seu personalia vel mixta eodem modo ad me pertinencia...;* retento michi tamen omnium supradictorum per istos duos menses proximos usu fructu.... Verum si aliquo jure scripto vel non scripto, legali seu canonico, confectó vel conficiendo, civili seu pretorio seu consuetudinario, vel alio quoquo modo contra supradicta venire possem,... illi juri.... renuncio; promittens insuper per irrefragabilem stipulationem tibi...., sub predictis stipulationibus et renunciationibus, me omnia supradicta.... attendere et complere.... Hec fuerunt acta apud monasterium sancti Victoris, in capitulo ejusdem, in presentia conventus ipsius monasterii, laudante et approbante eodem conventu omnia supradicta, inter quos fuerunt presentes P. de Quintignaco subprior, W. Solacius, S. Sableria, Peregrinus de Galberto, A. de Cado, P. de Monte Ferrando, magister Petrus, W. Giraudus, R. de Callar, W. de Sancta Columba, Jordanus de Tarrascone, W. Stephanus, Deodatus de Verseco, Hugo de Mairosio, P. de Porcils, A. de Petra Brima[1], R. de Monte Pesato, Hugo Gaufridus, W. Alam. Et ego Petrus de Sancto Maximino, publicus notarius Massilie et notarius monasterii sancti Victoris, similiter interfui, qui, mandato utriusque partis et dicti conventus, hanc cartam scripsi et eam signo meo signavi.

f° 121. Et ego Bergundio, dominus de Tretis,.... hanc cartam* et hanc donationem.... laudo, concedo et confirmo.... Hec autem confirmatio

[1] Fort. pro *Bruna*.

facta fuit apud Trecis, in camera P. Ugoleni militis, presentibus P. Attanulfo, A. del Cade, B. de Rocadu, P. de Aqua Lata, monachis, et Tremoleta, qui jussus sigillum apposuit.

947.

De Sancto Antonino.

In nomine Domini, amen. Anno incarnationis ejusdem m° cc° xx° v°, decimo kalendas aprilis, regnante Friderico, Dei gratia Romanorum imperatore semper Augusto et rege Sicilie. 23 mart. 1225.

Pateat universis quod controversie vertebantur inter Bernardum de Podio, monacho[1] et priore sancti Antonini, ex una parte, et R., commendatorem domus de Bailles, ex altera, coram Rostangno de Cumba, comendatore domus milicie Templi de Ruha et priorem de Auruolo, arbitris. In quibus controversiis agebat dictus prior nomine monasterii sancti Victoris Massiliensis et nomine ipsius ecclesie sancti Antonini contra dictum R. de Aguileriei, commendatorem domus de Bailles, et petebat ab eo, nomine dicti monasterii, terras et prata et vineas et res infra scriptas, eo quia[2] dicebat eas ad se pertinere nomine dicti monasterii jure dominii vel quasi. Ex adverso agebat dictus commendator, nomine dicte domus de Bailles, contra dictum priorem, et petebat ab eo, nomine dicte domus, coram predictis arbitris terras et res infra scriptas. Tandem partes predicte recognoverunt coram ipsis arbitris quod ipsi habebant plenam potestatem a suis majoribus componendi et faciendi quicquid dicti arbitri vellent vel mandarent super predictis omnibus et singulis coram dicto Isnardo de Romulis et Giraudo, priore de Cadaneto, et magistro Johanne, monacho Massiliensi, et quod in eosdem arbitros compromiserant, sicut patet in tenore compromissi inde facti, cujus tenor talis est :

« Sit notum omnibus hominibus quod B. de Podio, prior sancti Antonini, ex una parte, et frater R., commendator domus militie Templi de Bailles, ex altera, compromiserunt in dominum Rostangnum,

[1] Sic.

[2] Fort. *quod*.

commendatorem domus milicie Templi de Ruha, et priorem de Auruolo, arbitros ex communi consensu electos, de omnibus rancuris et
v° demandis, *etc.*, * occasione castri vel ecclesie Sancti Antonini, sub pena L librarum[1] regalium coronatorum, a parte parti stipulata invicem et promissa, stare eorum cognitioni et mandamento quod vel quam ipsi dicerent vel dicti facerent, prebentes eis plenariam potestatem cognoscendi de plano et inquirendi rei veritatem sine juris subtilitate. »

Petebat namque dictus prior a dicto commendatore, nomine dicti monasterii, terram que dicitur Jaucerannorum, que confrontatur, a parte occidentis, cum via qua tenditur a Sancto Antonino ad eandem domum de Bailles, et, ab alia parte, cum terra del Bancal, et cum defenso Sancti Antonini et cum prato et terra Guillielmi Fabri; item pratum et terram que fuerunt Guillielmi Fabri, et prata que fuerunt Jaucerannorum e dels Vidals, que omnia confrontant cum eadem via et cum campo Ylicis et terra del Bancal et cum vallato quod defendit aquam de palude; item terram que est ultra iddem[2] vallatum, que fuit G. Martini sive patris sui, que confrontat vie qua itur al Escaillon et con vallato dicto et con Quier; item terram que est supra fontem del Vilar, que fuit Jaucerannorum, que confrontat cum pratis del Vilar et cum defenso et cum terra Robaudorum et cum terra Poncii Bermundi quondam; item terram que confrontat cum via qua itur ad Podium Luperium, et a meridie cum terra Sancti Convii et cum serret de la Roqueta, et cum terra Sancti Convii; item pratum Jaucerannorum quod est ad fontem del Vilar, et confrontat cum dicta terra del Vilar; item omnes terras cultas del Estaignol Robaudorum que confrontant cum eodem Staignol, et cum campo de Roqueta, et cum brugneria Sancti Antonini; item campum dels Estaignols, qui confrontat cum terra Stephani Salvagii, et cum defenso Sancti Antonini, et cum fonte de Archimbosc, et cum bosco quod tenet se cum fonte prope dicto; item terras et campos qui et que confrontant cum castello de Bailles et cum viis quibus itur ad Sanctum Convium et ad Podium Luperium, et

[1] Cod. *pena. l.ab`.* [2] Sic.

cum rumpida R. Charbaudi; item terram del Boscail, que confrontat cum rumpida de Cava Podios et cum terra G. Fabri et cum via Podii Luperii * et cum campo Robaudorum et cum eodem Boscaillon; item f° 122.
campum qui est supra viam Podii Luperii, qui confrontat cum terra Petri Marcelli et cum terra G. Fabri et cum serro qui se tenet Balme Ferrarie; item campum de Cabridier qui confrontat cum serro de Cabridier et cum campo Robaudorum et cum camino Podii Luperii; item campum del Arenier, qui confrontat campo Petri R. et cum campo Hugonis Duranti et cum riali de Cabridier, et cum camino Podii Luperii; item terram de costa de palude, que confrontat cum terra Robaudorum et cum terra Poncii Bermundi et cum terra defensi et cum palude; item terram ubi fuit vinea B. Raimundi, que confrontat cum riali de Junqueio et cum terra Sancti Antonini et cum balquiera quam rupit Hugo Duranti et cum terra ubi fuit vinea G. Fabri; item terram del Ubac, que confrontat cum terra Robaudorum et cum terra que fuit Petri Jauzberti et cum Hubaco et cum terra Boni Hominis; item terram aliam de Hubaco, que confrontat cum terra Robaudorum, et cum terra Andree Rebol, et cum Hubaco; item campum de Ravaneria qui confrontat cum terra et cum prato Sancti Antonini et cum terra Heberardi et cum Baesa; item terram ultra Baesam, que confrontat cum clauso ubi fuit vinea Sancti Antonini et cum terra dels Antibols et cum Baesa; item molendinum de sub Deroc, qui fuit Jauceramorum et terram que est ante ipsum molendinum, que confrontat cum terra Bermundi et cum terra Milonis et cum Baesa; item campum de Roveria qui confrontat campo Petri Jordani et campo Petri Marcii et campo Duranteti et cum costa de Canozeta; item vineam que est super clausum veterem, que fuit Jauceramorum, et confrontat balquerie et vallato et venee veteri de Caballaria et cum balqueria; item terram de las costas de las Vignas que confrontat cum balqueria B. Rengardus et terre Michaelis Cultellerii et vineis B. Rengardus et Gavarrorum; item campum de Reillaneta qui confrontat condamine Robaudorum et cum balqueria Martini et cum Querio et cum serro de las Molieras. Et predicta omnia ideo petebat dictus prior, ut supra, quia dicebat ea ad se pertinere nomine dicti monasterii jure dominii vel quasi. Item petebat

a dicto commendatore fructus perceptos ab eo vel ab ipsa domo de Bailles ex dictis terris, pratis et vineis et molas et lignamina cum rerum predictarum possessionibus sibi reddi. Item petebat dictum R. commendatorem, nomine dicte domus, prohiberi et compesci ne perturbaret, per se vel per alium, ipsi priori vel monasterio dicto possessionem condamine de sub Ylice, que confrontat * terre dels Cairons, et v°. terre de la Roqueta, que confrontat cum serro de Roqueta, et terre eidem contigue que confrontat cum terra monasterii, et terre de Orlet que circumdatur undique cum tenemento monasterii. — Ex adverso petebat dictus R. commendator a dicto priore terram Borigolerie, que confrontat cum Mal Rial et cum terra P. Isnardi et cum terra B. Veziani; item terram de costa de las Vignas, que confrontat terre domus Milicie, et ab alia vie de Reillaneta; item quandam terram que est in Gandalberto, quam rupit Petronilla, nomine dicte domus de Bailles; item terram que est juxta defensum de Bailles et juxta viam qua itur ad Podium Luperium; item aliam terram que est ad brugneriam supra paludem, in medio cujus est via qua itur ad Sanctum Convium; item terram quandam que est contra riali Ravanerie et juxta vineam quondam de Claustra et cum terra Robaudorum; item locum ubi fuit quondam stare B. Raimundi. Item petebat decimas omnium terrarum quas tenebant Heberardus et R. de Podio Nigro vel tenere debebant vel alius pro eis in toto podio de Bailles, nomine ecclesie beate Marie de Bailles. Item petebat decimas cujusdam terre que confrontat cum ferragine dicti prioris et cum prato et cum via riali et cum via qua itur ad Podium Nigrum. Item petebat terciam partem quarte partis tascharum et gausidarum de toto podio de Bailles et de toto cingulo usque ad fontem Hermeneriam et usque ad Tercimoniam et de toto Gandalberto. Item petebat sibi reddi unam eminam annone quam dictus prior abstulerat cuidam fratri ipsius domus. Et ea omnia petebat dictus commendator nomine dicte domus a dicto priore, quia dicebat ea ad dictam domum pertinere jure dominii vel quasi. — Hiis diligenter inspectis et inquisita veritate diligenter, recepto prius a partibus sacramento de mandamentis daturis a partibus perpetuo observandis, confirmato etiam compromisso et concesso a partibus supradictis,

cognoverunt predicti arbitri dominationem tocius territorii Sancti Antonini et castelleti de Bailles ad monasterium sancti Victoris Massilie jure dominii pertinere, mandantes quod omnes possessiones seu honores quos vel quas Templarii tenent et possident de hiis que petita sunt a monasterio in libellis, et que spectant ad dictam domum de Bailles occasione Jaucerannorum vel Robaudorum vel Poncii Bermundi vel aliorum qui donassent vel vendidissent vel permutassent, eidem domui de Bailles * remaneant quiete et pacifice perpetuo penes eos, f° 123. sive sint terre seu vinee, eo salvo quod commendator domus de Bailles, nomine ipsius domus et Templi, recognoscant dominationem eorum omnium ad dictum monasterium pertinere et ea se pro monasterio detinere. Item mandaverunt quod quantumcumque culture in dictis terris facerent Templarii proprio nomine vel aliter suis laboribus, vicesimam fructuum occasione decime, in integrum et sine diminutione vel retentione aliqua, dare dicto monasterio teneantur, non deductis seminario vel expensis; tamen si dictas terras vel aliquas ex eis ad colendum aliis hominibus darent, solidam decimam facherii vel coloni monasterio dicto donent. Item mandaverunt quod quicquid juris domus de Bailles ratione seignorie in taschis vel lignaminibus vel nemoribus vel moleriis vel quarteriis ferarum, de quibus quarterii consueverunt dari dominis, intentione dominii vel alio modo, usque in hodiernum diem jure dominationis perceperit in dicto territorio Sancti Antonini et dicti castelleti, illud dicto monasterio desamparet, eo salvo quod in pannis et in nemoribus non defensis possit dicta domus ligna excidere et animalia sua pascere, et in aquis adaquare, et aquas accipere ad molendinum et ad omnem utilitatem suam, sicut consueverunt, et molas in moleriis dictis accipere dicto molendino del Deroc, sicut hactenus consuevit; tamen si Templarii per se vel per animalia sua talas facerent vel dampnum darent, teneantur illud emendare ad arbitrium boni viri. Item mandaverunt quod omnia ea que monasterium vel alius vel alii pro eo tenent vel possident in dicto territorio Sancti Antonini et dicti castelleti, de hiis que in libellis sunt petita a dicto commendatore domus de Bailles, penes dictum monasterium perpetuo remaneant pleno jure. Item absolverunt per mandamentum domum

de Bailles a prestatione unius emine bladi quam ipsa domus tenebatur dare ecclesie sancti Antonini pro terra que est ultra vallatum que fuit G. Martini. Eodem modo absolverunt per mandamentum ecclesiam sancti Antonini a prestatione trium panalium bladi, quas dare tenebatur dicte domui de Bailles pro terra que confrontat con ferragine dicti prioris et cum prato et cum via riali. Item mandaverunt quod domus de Bailles teneatur curare besale quod protenditur a l'escala de Tritis, et quod dicta domus et commendator cessent ab inquietatione et turbatione * quam faciebant monasterio de condamina de sub Ilice, et terre de Roqueta et alie terre ei contigue, et terre de Orleto, superius confrontatarum, et dimittant eas dicto monasterio perpetuo quiete et pacifice possidere. Hoc autem mandamentum postquam utraque pars audivit, laudavit et approbavit, et dictus commendator recognovit eidem priori, nomine dicti monasterii, seignoriam seu dominium in dictis terris que petita sunt in libellis et de quibus dictum est in mandamento. v°.

Actum in scalario domus milicie Templi Aquensis, in presentia testium rogatorum : domini Hugonis de Forcalcherio, assessore dictorum arbitrorum, Valentini patris et Valentini filii, advocatorum, B. Reniardi, B. Gofelli, Aicardi Fedaressa, Attanulfius[1] sacerdotis, B. Raimundi, fratris domus Templi, magister Johannes monachius[2], Geraldi de Podio, Fulchonis Veziani, et mei Johannis Gibelini, publici imperialis aule notarii, qui, mandato rogatuque partium, hec scripsi et meo signaculo consignavi.

948.

Carta sancti Antonini.

16 jun. 1244. In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, xvi kalendas julii.

Notum sit.... quod controversia vertebatur inter Diende, infirmarium, priorem sancti Antonini, ex una parte, et Raimundum Ermengaum, comendatorem domus milicie de Bailes, ex altera, coram Poncio

[1] Sic. [2] Sic.

Chabaudi et Valentino, qui, ex delegatione domini R., Aquensis archiepiscopi, cognoscebant inter predictas partes super rancuris quas habebant occasione ecclesie sancti Antonini et ejus territorii et domus de Bailes. Petebat siquidem dictus prior dicte ecclesie sancti Antonini a dicto comendatore, defendente domum de Bailes, quod dictus comendator et dicta domus de Bailes permittant libere transire hominibus qui laborarent in territorio Sancti Antonini et animalibus eorumdem per viam quandam que debet esse in terra que est ante molendinum de Bailes, et ut per dictam terram possint venire ad fontem, causa adaquandi et adauriendi aquam, qui est in dicta terra prope rivum Baiese. Item petebat quod ortus domus de Bailes qui est infra clausuram molendini reducatur in priorem statum, in eo quod est ampliatus ex parte rivi Baiese. Item petebat dictus prior ut aqua que ducitur ad molendinum del Deroc reducatur in priorem * statum et fº 124.
per besale quo duci consueverat a[d] dictum[1] molendinum, quia Templarii cursum dicte aque mutaverant indebite. Item petebat dictus prior illud quod Templarii acceperant de prato Sancti Antonini, ampliando ortetum quendam qui est juxta pratum dicte ecclesie et fuit condam Bertrandi Raimundi. Item petebat ut dictus commendator et Templarii domus de Bailes cessent et prohibeantur in defensis Sancti Antonini ligna excidere et animalia sua pascere. Item petebat sibi prestari integram vicesimam de hiis que Templarii laborarent in territorio Sancti Antonini, proprio vomere vel aliter, de terris que Templariis fuerunt adjudicate per mandamenta quorumdam arbitrorum ut instrumentis inde factis, que predicte partes habent, continetur, nullis deductis expensis nec etiam calcatura, et eodem modo petebat vicesimam feni cujusdam prati quod est subtus viam que tendit a domo de Bailes versus Scaletam. Item petebat dictus prior ut dicta domus de Bailes teneat[ur] curare besale sive fossatum per quod terre esgotantur versus gotallum, pro qua[2] curatione fuit eis assignata terra quedam que est juxta dictum pratum. Item petebat carteria ferarum captarum in territorio Sancti Antonini, de quibus carteria consueverunt prestari.

[1] Cod. *adictum*.

[2] Cod. *pro que*.

Item petebat sibi restitui bladum quod Templarii retinuerunt de vicesima occasione calcature et occasione decime quam dabant pro bladis colligendis. Item petebat campum delz Cairons, quem dicebat dictus prior proprietatis jure ad ecclesiam sancti Antonini pertinere, et dictus campus extenditur ex parte stagni usque ad dictum stagnum. Et super predictis rancuris, asseverationibus dicti prioris dictus comendator respondendo quedam negabat, quedam confitebatur. Ad quod probandum dictus prior quosdam testes produxit, et instrumentum[1] compositionis seu mandamenti dati condam ad fidem faciendam super premissis ostendebat. Qui predicti.... supposuerunt se mandamento....
v°. Poncii Chabaudi et Valentini dicti,.... * sub pena. c solidorum regalium coronatorum, *etc*. Et pro predictis attendendis et complendis dederunt fidejussores : scilicet dictus comendator Isnardum Chabaudum, et dictus prior scilicet Bermundum de Vitrola. Qui predicti.... in modum infra scriptum sua dederunt mandamenta. Inprimis.... ut comendator seu Templarii non prohibeant de cetero hominibus qui laborabunt in territorio Sancti Antonini quominus possint venire per viam, *etc*. Item mandaverunt quod ortus qui est infra clausuram molendini remaneat in suo statu et ne ampliatur[2] ex parte Baiese. Item mandaverunt quod besale.... remaneat in suo statu..., ita tamen quod dominus cujus est terra in qua est besale possit subtus besale laborare et plantare et quicquid voluerit facere, dum tamen cursus aque ne[c] impediatur nec dicto[3] besale deterioretur. Et pro eo quod datur de jure ecclesie sancti Antonini in dictis locis commendatori et domui de Bailes[4], mandaverunt quod ortetus qui est juxta pratum Sancti Antonini et fuit quondam B. Raimundi remaneat et pertineat deinde jure proprio priori et ecclesie sepedicte. Item mandaverunt quod commendator et Templarii cessent a collectione lignorum in defensis Sancti Antonini et ne animalia pascant in dictis defensis, scilicet animalia Templi, et debent Templarii priori carteria ferarum quas ipsi vel familia eorum caperent in territorio Sancti Antonini. Item mandaverunt quod campus delz Cairons et condamina que continuatur

[1] Sup. n. 947 editum.
[2] Leg. *amplietur*.
[3] Fort. pro *dictum*.
[4] Cod. *domus et de B.*

dicto campo.... pertineant jure proprio ad ecclesiam sancti Antonini, eo salvo quod dicta domus de Bailes possit dictum * campum delz Cairons et condaminam dictam tenere per quattuor sasones ad quingenum prestandum dicto priori, quibus transactis, pleno jure, dictus prior et ecclesia sepe dicta habeat dictam condaminam et dictum[1] campum delz Cairons.... Item mandaverunt quod de omnibus terris que fuerunt per mandamenta Templariis assignate...., Templarii dent integram vicesimam de hiis que laboraverint proprio vomere vel aliter de dictis terris, nullis deductis expensis, exceptis[2] tantummodo calcatura; et de prato quod est subtus via qua itur a domo de Bailes versus scaletam, dent deinde integram vicesimam de feno de prato dicte ecclesie, nullis deductis expensis; et pro eo quod retinuerant a tempore dati mandamenti citra...., restituant dicto priori VIII eminas bladi, scilicet III annone et III ordei, et duos faicios feni vel duas eminas ordei pro predicto feno. Item mandaverunt quod Templarii teneantur curare besale, pro qua curatione fuit eis assignata quedam terra, scilicet besale quo protenditur versus scaletam de Tretis. Que mandamenta, postquam fuerunt prolata, utraque pars laudavit, *etc.* f° 123.

Actum Aquis, in domo dicti Valentini, scilicet in porticu, in presentia et testimonio fratris Stephani Bertrandi de Picono, magistri Bernardi prioris sancti Cervi, et mei Raimbaldi Nicholay, publici notarii domini comitis Provincie, per universam terram suam, qui omnibus predictis, *etc.*

949.

Item de eodem.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Anno ab incarnatione Domini M° CC° XX° VIII°, pridie idus julii. Noscant.... quod dominus R., Dei gratia Aquensis archiepiscopus, ex una parte, et Gancelmus, prior sancti Antonini, sindicus constitutus nomine monasterii sancti * Victoris Massilie et nomine ecclesie sancti Antonini, compromiserunt in manu Valentini juvenis, super querimoniis et rancuris quas 14 jul. 1229. v°.

[1] Cod. *dicto*.

[2] Sic.

dictus R. Aquensis archiepiscopus facit vel facturus est super quarta parte decimarum ecclesie sancti Antonini et ejus prioris et super quadam saumada optimi vini censuali, de quibus.... compromiserunt stare cognitioni dicti Valentini, ita scilicet ut, si dictus Valentinus posset amicabiliter componere inter eos, illud teneretur ; sin autem amicabiliter componere non posset, sententiam quam dictus Valentinus diceret super dictis controversiis et rancuris tenere promiserunt, sub pena mille solidorum regalium coronatorum.... Si autem ad diem et ad dies a dicto[1] Valentino assignatas non venirent, promiserunt uterque ad invicem sibi penam L solidorum ; et, si staret aliqua parcium per tres dies assignatas a dicto Valentino quod non veniret, pena mille solidorum superius nominata committeretur. Et ut predicta attenda[n]tur ex parte Gancelmi, nomine monasterii sancti Victoris et ecclesie sancti Antonini, ego Gunbertus fidejussorio nomine vobis, domine Aquensi archiepiscopus[2], pro C solidis me obligo ; et ego Ugo Durandus, pro CC solidis ; et ego Giraudus Coton, pro C solidis ; et ego Stephanus Salvandus, pro CC solidis ; et ego Petrus Marcus, pro ducentis solidis ; et ego R. Vesianus, pro C solidis ; et ego B. Vesiani, pro C solidis. Et ex parte domini R. Aquensis archiepiscopi fidejussores sunt W. Stephani et Dominicus, dicto Gancelmo accipienti et stipulanti nomine ecclesie sancti Victoris Massilie et sancti Antonini. Controversia vertebatur inter dominum R. Aquenssem archiepiscopum et Dominicum, auctorem[3] domini archiepiscopi, ex una parte, et R. de Sancto Stephano, priorem sancti Antonini, sindicum subrogatum loco Gancelmi, scilicet cundici ab abbate et conventu sancti Victoris Massilie, ex altera parte, in hunc modum : agit Dominicus, auctor constitutus a domino R. Aquensi archiepiscopo, contra Gancelmum priorem sancti Antonini...., petens ab eo quartam partem tocius decime ecclesie sancti Antonini et unam saumadam optimi vini censualem, que solvi debet in transfiguratione Domini, et CC eminas bladi, retentas de dicto quar-
f° 126. tone annis preteritis,.... ; * qui predicti...., lite contestata supra pre-

[1] Cod. *addicto*.
[2] Sic.
[3] Pro *actorem*.

missis et testibus productis et publicatis, dederunt potestatem dicto Valentino ut ipse posset inter eos componere et mandamentum pro sua voluntate dare.... Unde ego Valentinus.... mando et per mandamentum dono ut dictus Aquensis archiepiscopus habeat quartam partem tocius decime ecclesie sancti Antonini de omnibus bladis, excepta avena et leguminibus.... Item mando quod, si dominicaturas dicte ecclesie contingeret quod prior ibi pro tempore existens excoleret propriis laboribus et expensis vel monasterium sancti Victoris, tunc de fructibus dictarum terrarum sic collectis nichil teneatur monasterium seu prior dictus dare; sin autem dominicature dicte ecclesie date fuerint ad facheriam, tunc archiepiscopus habeat quartam partem tocius decime dictarum terrarum, excepta avena et leguminibus. De saumada optimi vini petita, mando ut nichil teneantur dicto archiepiscopo dare. Item mando ut decimarius quem prior ibi posuerit qui congregaverit dictam decimam juret dicto archiepiscopo quod fideliter dictam congreget decimam, et decimarius congreget decimam sancti Antonini et tascam insimul, et, cum totum fuerit congregatum, prior ecclesie sancti Antonini capiat medietatem pro tasca, et alia medietas dividatur inter dictum archiepiscopum et priorem, ita quod prior habeat tres partes et dominus archiepiscopus quartam, excepta avena et legumine, ut supra dictum est. Item mando ut, quando decima fuerit congregata, dicta decima non dividatur, nisi prius dictus archiepiscopus, vel baiulus ejus, fuerit certificatus ut mittat ad capiendum dictum quartonem, et nuncium archiepiscopi teneantur expectare per unum diem antequam dividant dictam decimam. Item mando ut, de cc eminis petitis et retentis a prioribus, ut prior* det XL eminas, me- v°.
dietatem annone et medietatem ordei[1], *etc.*

Actum fuit hoc Aquis, in curia archiepiscopali, ante cameram. Hujus rei testes fuerunt : R. Alamanni, G. Stephani, Isnardus Chabaudi, Ugo de Turri Nova, R. Guerrerius, Poncius de Gardana, W. Bivi aquas, Petrus Attanulfi, R. Stephani, W. Tarrenus[2], R. Rovera monachus, Bernardus de Podio monachus, et ego W. Petri notarius,

[1] Cod. *exdei*.

[2] Vel fort. *Tarrerius*.

qui, mandato parcium, hanc publicam cartam feci et signo meo signavi.

950.

1156. De permutatione Nantis et Sancti Antonini.

Cum et imperiali constitutione, *etc.*[1]

f° 128.

26 sept. 1156. Guillelmus[2] Vitalis, prestito jurejurando, prebuit testimonium quod territorium Sancti Antonini de Bailes separatum erat a[3] territorio de Valvarenges[4], certis et cognitis terminis, quos terminos ipse sciebat et cognoscebat, et quod Guillelmus de Rians[5] vel uxor ejus seu filii nullam exactionem fecerant in villa Sancti Antonini usque dum ipse Guillelmus de Rianz et alii nobiles moverunt gerram[6] contra comitem Berengarium Raimundum.

Item Guillelmus Rotbaldus jurato[7] similiter dixit.

Bartholomeus jurato similiter dixit.

Guillelmus Silvanus jurato similiter dixit.

Guillelmus Faber jurato similiter dixit.

Stephanus juratus similiter dixit.

Hec vero inquisitio sive examinatio testium predictorum et testimonii eorum approbata susceptio facta est Arelati, in curia domini Raimundi Berengarii, Barchinonensis comitis, domino Petro, Forojuliensi episcopo, viro reverentissimo, et Petro de Cabanis, viro prudenti et erudito, vice illius residentibus, incarnationis Dominice M°C°L°VI, indictione III, VI° kalendas octobris.

Hoc siquidem translatum est in monasterio sancti Victoris Massiliensis de cartis divisis per alfabetum et bone memorie Raimundi Berengarii, comitis Barchinonensis, sigilli munimine roboratis.

[1] Hoc instrumentum sup. n. 944 edidimus.

[2] Hæc inquisitio iterum exarata est f. 179 et 180 *Chartul. Minoris.*

[3] F. 128 *a* deest.

[4] F. 179 *Valveranges.*

[5] F. 179 *Arianz.*

[6] F. 180 *moverunt guerram.*

[7] Sic in utroque exemplari.

951.

De Auriolo.

In nomine, *etc.* Anno ejusdem incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo octavo, quinto kalendas januarii. 28 dec. 1228.

Notum sit*.... quod ego Bermundus, dominus de Auriolo, rogatus a vobis, domine B., abbate[1] sancti Victoris Massiliensis...., concedo vobis.... quod, quandocumque vos vel aliquis de successoribus vestris seu aliquis prior castri de Auriolo volueritis vel voluerint exaltare domum sive turrim vestram que appellatur Crota et que est contigua domui mee in castro de Auriolo, liceat vobis sive successoribus vestris sive prioribus dicti castri de Auriolo, ut dictum est, removere sive destruere parietem meum, apodiando tamen prius tigna mea et terrascem, taliter quod ex remotione sive destructione parietis mei non possit corruere tectum meum sive terrasce mea; qui[2] paries, sicut vos dicitis, videtur impedire elevationem sive exaltationem predicte Crote; et quod sine multa dilatione alium parietem meliorem ad mensuram et latitudinem subpositus[3] parietis facere debeatis loco parietis mei; in quo faciendo lapidibus parietis mei prius destructi[4] liceat vobis uti, et michi liceat inmittere tingna mea in pariete vestro novo, sicut modo licet michi in mea, sine lesione tamen ejusdem parietis, *etc.* v°.

Hoc fuit actum in villa de Tretis, in ecclesia sancte Trinitatis, in presencia et testimonio Johannis de Fullaquerio, et Bernardi de Podio elemosinarii, Guillielmi de Fullaquerio[5], fratris domus militie de Bailes, Petri Arnulfi, Boni Paris militis, Berengarii prioris de Podio Nigro, Bernardi prioris de Roca Follio, Petri de Costa, P. de Porcillis, Hugonis Tremelliti, Hugonis Michaelis, Raimundi de Norcio, Guillielmi de Nissa, Raimundi Michaelis, Johannis de Venello, Poncii Marie, Poncii Silvi[6], Gaufridi Terruffi, R. Saornini, Gaufridi Riperti, Hugonis Bertrandi, et mei Andree Isnardi, publici notarii de Tretis, qui, man-

[1] Cod. *albato.*
[2] Cod *meam qui.*
[3] Sic.
[4] Cod. *destructu.*
[5] Cod. *Fallaquerio.*
[6] Vel fort. *Poncii, Marie, Poncii, Silvi.*

dato dicti Bermundi domini de Auriolo et dicti domini abbatis, hanc publicam cartam scripsi et hoc signum meum apposui.

f° 129.

952.

De Gontardo.

Mart. 1159. In nomine Domini. Anno ab incarnatione Domini M°C° primo VIII°, mense marcii[1].

Ego Guillielmus, abbas Massiliensis,... consensu et voluntate Bertrandi prioris[2] atque conventus, concedo et trado tibi Gislaberto, abbati Silve Cane, et per te monasterio tuo et successoribus tuis in perpetuum ecclesiam sancti Victoris de Gontart et totum honorem quem habemus vel habere debemus velaliquis per nos tam citra quam ultra Durenciam in territorio de Gontart, tam in cultis quam in incultis, in pascuis, silvis, pratis, aquis, et portum super Durenciam, et ecclesiam sancti Stephani de Tresle, et totum honorem quem ibi habemus vel habere debemus vel aliquis per nos, cum omnibus pertinenciis suis, tam in cultis quam in incultis, rivis, pascuis, silvis, pratis, ad censum quattuor modiorum frumenti ad eminam Aquensem et XII solidorum melgoriensium, annuatim Aquis in festo sancti Michaelis persolvendorum, tali scilicet pacto ut me et priorem et successores nostros jure hospicii mandati recipias et monachos nostros, si quando transitus per partes illas contigerit; et ecclesia de Gontart non destruatur neque honor iste inpignoretur vel alienetur; nec privilegio nec litteris domini pape censum istum minui vel auferri faciatis; quod si faceretis, concessio ista irrita et pro infecta haberetur; et ad portum nostrum sine naulo nos et familia nostra transeamus; et, si quando placitum de honore isto vobis contingeret, defensores et manuten[t]ores in jure essemus; et, si contingeret quod possemus facere concambium de honore sancti Stephani de Tresle, liceret nobis[3], sed census uno modio dimi-

[1] Mendosæ sunt notæ chronologicæ, cum abbatia Silvæ Canæ, ord. Cisterc., diœc. Aquensis, non ante a. 1147 fundata fuerit. Pro *primo* (I°) conjicimus legendum esse *quinquagesimo* (L°). Hanc chartam a. 1151 adscripserunt auctores *Gall. christ.* (I, 344 et 687).

[2] Bertrandus prior annis 1155 et 1156 vivebat. Vid. inf. n. 963 et 967.

[3] Cod. *vobis*.

nueretur. Et si eveniret (quod absit!) ut abbatia vestra desineret esse abbatia, honor de Gontart cum omni melioratione monasterio nostro restitueretur.

Actum est hoc in presentia domni Guigonis, Ameliensis episcopi, et domni Raimundi de Arenis, Romane ecclesie cardinalis, et Bertrandi prioris, et Guillielmi de Maderiis, et Alberici monachi Silve Cane, et Petri Bermundi, et Bertrandi de Rocca Vaira, et Fredoloni de Mairos, et Geraudi de Folacherio, et Bernardi perceptoris, qui hanc cartam scripsit.

953.

Item de eodem.

Postea vero orta est controversia inter monasterium Massiliense et abbaciam Silve Cane, in presentia Guidonis, Aquensis archiepiscopi. Asserebat quippe monasterium Massiliense quod per xx annos de duodecim solidis censualibus melgoriensium VI denarios retinuerant annuatim * et per plures annos debiliorem monetam solverant. Item per septem vel per plures annos portum sine naulo sibi debitum monasterium Massiliense habere non potuit. Item asserebat quod cum domino rege et cum quibusdam aliis super portu conventionem conventus Silve Cane fecerat, ita scilicet ut rex et domini de Rognis et domini de Cadenet portum haberent, et fratres Cisterciensis ordinis et Massiliensis monasterii sine naulo transveherent, et super hoc cartam domini regis conventus Silve Cane habebat; unde dicebat monasterium Massiliense alienationem esse factam, quod est contra originale rescriptum. Et hec omnia confessus est abbas Silve Cane. Item monasterium Massiliense asserebat (quod non continebatur in originali rescripto) quod, cum abbas Massiliensis et quandocumque curiam domini pape adiret, conventus Silve Cane debebat ei habere socium cum equitatura, expensis propriis, monachum vel conversum, vel equitaturam cum expensis ad servicium abbatis Massiliensis. Hoc autem negavit abbas Silve Cane. Tandem monasterium Massiliense super hoc quinque produxit testes, qui testificati sunt ita esse verum, et aliquando sic factum esse, et aliquando negatum. Ad ultimum.... controversia ista sic ami- Dec. 1194. v°.

cabiliter est per compositionem sedata : in restaurationem enim eorum que minus dederat conventus Silve Cane vel minoris valentie, et quia portum, sicut supra diximus, Massilienses habere non potuerunt, cc solidos conventus Silve Cane monasterio Massiliensi composuit vel in emendationem prestitit. Pro portu vero de cetero xviii solidos regalium coronatorum annuatim in festo sancti Michaelis conventus Silve Cane monasterio Massiliensi solvere debet, ita tamen ut, computatis duodecim solidis originalis rescripti et xviii qui dantur[1] pro portu, faciant xxx solidos regalium, ita ut melgorienses rediganter in regales. Si vero contingeret monachos Silve Cane recuperare portum, tunc caderent xviii solidi et remanerent xii solidi originalis rescripti melgorienses. Si vero moneta regalium mutaretur, pro xxx solidis dimidiam marcham argenti vel valens solvere debet. Pro socio vero cum expen-
f° 130. sis propriis cum abbate[2] Massiliensi mittendo Romam, * sive pro equitatura cum expensis sufficientibus, persolvere debet marcham argenti et dimidiam, vel debet ei habere socium cum equitatura et expensis propriis, vel equitaturam cum sufficienti expensa ad servicium monasterii Massiliensis; et hoc sit in electione conventus Silve Cane utrum istorum facere voluerit. Romam autem intelligimus ubicumque dominus papa fuerit. Si vero contingeret abbatem Massiliensem usque ad curiam non pervenire, tunc marcham et dimidiam argenti quam receperat abbas Massiliensis conventui Silve Cane debet restituere.

Facta fuit hec composicio anno ab incarnato Domino M°C°XC°III°, mense decembris, in civitate Aquensi. Et, ne de cetero in dubium vel in irritum devocetur, sigillis utriusque monasterii et sigillo Aquensis archiepiscopi fuit hec compositio sigillata.

954.

De Adana.

Sept. 1209. In nomine Domini. Anno incarnationis ejusdem M°CC° VIIII, mense semptembri.

[1] Cod. *datur*.

[2] Cod. *abbas*.

Notum sit omnibus.... quod, cum ego Poncius de Lambisco major quosdam monachos Massiliensis monasterii ad me adductos captos detinuissem, et eos equitaturis et aliis bonis que secum habebant spoliassem, et alia mala quam plurima predicto monasterio intulissem, recognoscens delictum meum, in emendationem eorum que faceram, Deo et sancto Victori et ecclesie de Adana, in manu G. de Petra, tunc temporis abbatis, ... reddidi duo molendina que molunt de aqua de Tollobra, et quattuor saumadas bladi quas in domo de Adana quasi quadam consuetudine annuatim accipiebam, et remisi eidem ecclesie de Adana cavalcatas et albergum comitis, et dedi eidem ecclesie tascas duarum ferraginum quas jure meo percipiebam; et cum ego medietatem omnium decimarum de la Berbent, pertinentem ad predictam ecclesiam, duo[1] accepissem, quia per longum tempus steterant quod in ecclesiis propter interdictum non celebraverant, sepe dicte ecclesie reliqui, et omnes exactiones quas in eadem ecclesia facere consueveram remisi.... Omnia supradicta...., voluntate filii mei Poncii,.... dimisi...., et firma im perpetuum per me et meos * tenere promitto, et v°. super sacrosancta evangelia corporaliter juro et mecum adhibeo juratores Isnardum Berengarii, Aldebertum de la Berbent, Raimundum Boton, Guillielmum Juliani, Bertrandum Alfanti, Baudouinum.

Horum omnium, eodem anno[2], tertia die intrante februario, apud 3 febr. 1210. Sallonem, priori majori ejusdem monasterii B. de Novis, nomine monasterii postulanti, recognitionem feci coram legato, scilicet Hugone, Regensi episcopo, et coram domino G., Aquensi archiepiscopo, *etc.* Et ego Hugo, Regensis episcopus et apostolice sedis legatus, condescendens precibus predicti Poncii de Lambisco, presentem cartam scribi feci, et eam sigilli mei munimine corroborari. Et, ad majorem firmitatem, dominus G., Aquensis archiepiscopus, sigillum suum apposuit.

[1] Fort. pro *diu*.

[2] Anni initio ab Annonciatione vel a Paschate, non autem a Nativitate nec a kalendis jan., deducto.

955.

Permutatio Cadeneti [1].

5 mart. 1173. In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ab incarnatione ejusdem M° C° LXX° III°, mense marcio, V die mensis, regnante imperatore Federico, Ildefosso illustri rege Aragonis Provinciam regente, Guillelmo comite Forchalcherii comitatum tenente.

Facta est permutatio infra scripta inter Petrum, venerabilem Massiliensem abbatem, et ejusdem monasterii fratres, et Bernardum, abbatem sancti Eusebii, et ejusdem cenobii monachos. Predictus siquidem Massiliensis abbas et fratres sui possidebant ecclesiam sancte Marie in castro de Avellone; et abbas sancti Eusebii ac monachi possidebant ecclesias sancti Stephani et sancti Johannis extra castrum de Cadeneto, et capellam sancti Cesarii in eodem castro. Cum autem supra scriptus abbas sancti Eusebii et fratres ejusdem loci in castro de Avellone et territorio homines, terras et vineas et possessiones plurimas haberent, plurimorum sapientum habito consilio, cum viderent ecclesiam sancte Marie in eodem castro, quam abbas et fratres Massilienses possidebant, sibi magis utilem fore quam ecclesias quas in castro et territorio de Cadeneto habebant, adhibito sibi consilio venerandi Ugonis, Aquensis archiepiscopi, et Petri, Aptensis episcopi, donaverunt jam dicto Petro, Massiliensi abbati, et fratribus ejusdem monasterii, predictas ecclesias, scilicet sancti Stephani et sancti Johannis et sancti
f° 131. Cesarii, quas habebant in castro et territorio de Cadeneto, * cum primiciis, decimis et oblationibus, terris ac vineis et omnino omnibus que ad easdem ecclesias pertinebant, sive possessiones essent sive jura, im perpetuum sibi et successoribus eorum habendas. Sepe dictus vero Petrus Massiliensis et fratres sibi commissi jam dictas ecclesias de Cadeneto, oportunitate loci, quoniam magis vicine erant monasterio suo, amplius utiles sibi fore quam ecclesiam quam in castro de Avellanone habebant credentes, Bernardo, abbati sancti Eusebii, et fratribus pre-

[1] « Carta originalis. Aix, 202. » Ita in margine annotatum.

dictam sancte Marie ecclesiam, quam in castro de Avellanone habebant, cum primiciis, decimis et oblationibus, terris, ortis et vineis, et omnino omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus, sive possessiones essent sive jura, im perpetuum sibi et successoribus eorum habendam donaverunt; et, ne Massiliensis abbas vel monachi sive successores eorum, vel abbas sancti Eusebii vel fratres sibi commissi sive successores eorum im posterum, aliqua occasione vel ratione, contra predictam permutationem aliquando ullum haberent regressum, abbas Massiliensis et fratres, si quid amplius ecclesia de Avellanone cum sibi pertinentiis[1] quam ecclesie de Cadeneto cum sibi pertinentibus, valebat, etiam si plus duplo valeret, mera et pura voluntate, communi consensu, id Bernardo abbati sancti Eusebii et fratribus donaverunt, et tam sibi quam successoribus eorum im perpetuum habendam tradiderunt, et omni legi, canoni omnique omnino juri sibi oppitulanti abrenunciaverunt. Et abbas sancti Eusebii et ejusdem loci monachi, comuni concordia, si quid amplius ecclesie de Cadeneto cum pertinenciis suis, quam ecclesia de Avellanone cum sibi pertinenciis, etiam si plus duplo valeba[n]t, id Petro Massiliensi abbati et fratribus suis donaverunt, et tam sibi quam successoribus eorum habendas tradiderunt, et omni legi, omni canoni, omnique omnino juri huic permutationi vel donationi contradicenti et sibi facienti abrenunciaverunt. Si vero ecclesia de Avellanone ab abbate et fratribus judiciali certamine evinceretur[2], Massiliensibus ad litem vocatis et expensis abbatis sancti Eusebii adductis et cognicionalia certamina expectantibus, abbas et fratres Massilienses, secundum quod juris dictat disciplina, de evictione tenerentur. Si autem ecclesie de Cadeneto vel aliqua earum simili modo a Massiliensibus evinceretur, abbas et monachi sancti Eusebii, juxta juris formam, tenerentur de evictione.

Ego Petrus, Massiliensis abbas, communi consensu capituli * nostri, hanc permutationem feci, et hanc cartam fieri jussi et sigillo nostro signari precepi. v°.

Ego Bernardus, abbas sancti Eusebii, communi, *etc.*

[1] Hic et infra, pro *sibi pertinentiis*, leg. *suis pertinentiis* vel *sibi pertinentibus*.
[2] Cod. *evincentur*.

Ego Ugo, Aquensis archiepiscopus, huic permutationi assensum prebui, *etc.*

Ego Petrus, Aptensis episcopus, huic permutationi interfui et laudavi, et sigillo nostro hanc cartam signari jussi.

956.

Confirmatio ejusdem permutationis.

6 jul. 1176. Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et fratribus Massiliensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Cura suscepti, *etc.* Accepimus autem quod ecclesias sancti Stephani et sancti Johannis de Cadeneto extra castrum positas, et ecclesiam sancti Mauricii in eodem castro sitam, cum decimis et primiciis atque oblacionibus tam vivorum quam mortuorum et cimiterio et omnibus que nunc habent vel in futurum justis modis acquirere poterunt, ab abbate et fratribus sancti Eusebii, commutationis titulo, recepistis, pro ecclesia sancte Marie de Avellalone, quam eis, cum decimis et oblationibus, possessionibus et ceteris ad eam pertinentibus, in presentia P., Attensis episcopi, cum consilio et assensu U., Aquensis archiepiscopi, contulistis. Unde.... vobis et monasterio vestro prescriptas ecclesias, in ea integritate in qua vobis concesse sunt, auctoritate apostolica confirmamus, *etc.*

Data Anagnie, II nonas julii.

957.

Compositio Cadeneti et Erunis.

1198. Anno ab incarnatione Domini M° C° XC° VIII°.

f° 132. Ego G., Aquensis archiepiscopus, * cognitor controversie que vertebatur inter ecclesiam de Cadeneto et ecclesiam de Verunis, assistentibus michi G., Aptensi preposito, et magistro Stephano, ita composui. Compositionem prius factam et jurejurando utrimque confirmatam corroboro et confirmo que talis est : ut omnes mulieres surgentes a

partu, cum sociabus suis quas et quot voluerint, in ecclesia de Verunis ad divina percipienda misteria possint pervenire, de quarum oblationibus usque ad x oblationes ab eadem ecclesia medietate percepta, cetere omnes ecclesie de Cadeneto fideliter reddantur. De illis vero qui ibi sepulturam in extremis elegerint, lectorum et omnium oblationum in diebus obitus et septimis medietatem ecclesia de Cadenet in omnibus recipiat. De gadiis autem, si peccunia fuerit relicta vel alia res mobilis vel se movens [1], ecclesia de Verunis, in qua corpus sepelitur, si tantumdem ecclesie baptismali fuerit relictum, non conqueratur; si plus, ecclesie de Verunis quod plus erit communicetur. Qui vero habitum religionis in ecclesiam de Verunis suscipere voluerint, faciant libere, salva tamen canonica porcione, id est tercia. In III^or^ autem festivitatibus beate Marie ad predictam ecclesiam quicunque venire voluerit, devote accedat. In omnibus autem dominicis vel festivis diebus sive in aliis diebus, in prejuditium parrochialis ecclesie, manentibus in castro de Cadenet ecclesia de Verunis nullum agat divinum officium, nec oblationes eorum recipiat, nisi cum surgentibus de partu, sicut superius dictum est, affuerint. Exceptis igitur prelibatis, omnia jura parrochialia, in decimis ac oblationibus et sepulturis de omni castro de Cadenet, baptismali ecclesie, videlicet sancti Stephani, sicut in predicta compositione continebatur, assignamus. Et, ut hec amicabilis illa compositio inviolabiliter observetur, pena CCC^torum^ solidorum, utriusque partis consensu, frangenti est apposita.

Facta est compositio in castro de Cadenet. Testes hujus compositionis sunt tales : Rostagnus de Cadeneto, W. de Cadeneto, Bertrandus de Cadeneto, Willielmus sacerdos, Petrus Alfan, Poncius Bremundi, Ugo Batsac, Petrus de Clausona, Johannes de La Calm, Ugo Gaufredi, Bonifacius, Petrus Serraire, Jeraudus Petri, Augerius, Bertrandus Batsac, Raimundus Bonus, Andreas * monachus, et Bertrandus rector ecclesie sancti Stephani. Fidejussores CCC^torum^ solidorum pro ecclesia de Cadenet sunt Ugo Batsac et Poncius Bremundi, si v°.

[1] Cod. *moveres*.

contra compositionem archiepiscopi venerint. Pro ecclesia de Verunis sunt fidejussores Poncius Bremundi et Johannes de La Calm.

958.

De Cadeneto.

5 sept. 1233. In nomine Domini. Anno incarnationis ejusdem M° CC° XXX° III°, nonis septembris.

Notum sit.... quod nos Raimundus, Dei gratia Aquensi[s] archiepiscopus, conferimus, concedimus et donamus ecclesie sancti Stephani de Cadeneto tibique Poncio de Monte Ferraudo, priori ecclesie supra dicte,... jus et decimas tocius territorii quod dicitur Reillaneta, quod vel quas longo tempore laici detinuerunt injuste, nec ecclesie supra dicte solvere voluerunt; volentes et concedentes tibi Poncio, priori ecclesie supra dicte, ut prefatas decimas ecclesie prelibate quolibet modo possis acquirere vel habere a militibus et a laicis aliis qui in predicto territorio terras vel possessiones aliquas habere noscuntur, sicut olim hoc ipsum G. de Podio, priori ecclesie jam dicte, nos meminimus concessisse. Actum Massilie, in camera magistri Poncii de Guardana, in presentia Rostagni archipresbiteri, Poncii Rogerii cappellani dicti archiepiscopi, dicti magistri Poncii de Guardana, Bernardi Guarroterii Aquensis canonici, Guillielmi Alberti cappellani, et mei Bermundi de Vitrola, scriptoris dicti archiepiscopi, qui, mandato ipsius, hanc cartam feci et sigilli sui munimine roboravi.

959.

Compositio inter Arelatensem archiepiscopum et monasterium.

(Fragm. edit. in *Gall. Christ.*, I, instr., 99, ex *Pancharta Nigra Arelat.*)

13 jul. 1165. In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ejusdem millesimo C° LX° VI°[1].

Tam presentibus quam futuris pateat hominibus quod ego Raimun-

[1] More Pisanorum, ut colligimus ex subjectis chronologicis notis.

dus, Arelatensis ecclesie dictus archiepiscopus, de controversiis et querimoniis que erant vel fieri poterant inter dominum Fredolum, Massiliensem abbatem, et ejus monachos, et nostros Arelatensis ecclesie canonicos, auditis hinc inde allegationibus et multorum testium depositionibus super ecclesia sancti Bachi, deinde de omnibus aliis, ipsis volentibus et nobis in his assencientibus, talem transactionem seu amicabilem compositionem, aliquo dato vel retento, in presentia multorum * proborum virorum fecimus. In primis ab antiqua illa questione f° 133.
sancti Honorati et sanctorum Sergii et Bachi, cum cimiteriis et mortalagiis et cum omnibus ad ipsas ecclesias pertinentibus, prefatum abbatem et monasterium perpetuo absolvimus, et hoc in civitate. Extra vero, per totum episcopatum nostrum, si quid juris in ecclesiis, decimis vel aliis ecclesiarum redditibus canonici se habere credebant, de his tamen que monasterium in pace et sine contradictione per decennium possedit, ipsum perpetuo absolvimus. Ecclesiam vero sancti Petri de Fanabregolo, quam abbas et monachi habebant et possidebant, cum cimiterio et terris adjacentibus[1], sicuti a nobis lapidum inpositione terminatum est, canonicis pro hac compositione attribuimus; deinde dimidiam partem mortalagii et omnium obventionum mortuorum a Bellicadio et Tarascone superius qui per Rodanum venient vel portabuntur, sicuti antiquitus habere solebant, similiter et de eisdem castris; et annuam libram incensi pro ecclesia sancti Honorati singulis[2] annis in festivitate beati Trophimi persolvendam, canonicis perpetuo habenda concedimus. Reliquum vero mortalagii ecclesie sancti Honorati plenarie attribuimus. Hec autem omnia, sicut scripta sunt, utraque pars sibi invicem perpetua stabilitate sine dolo et fraude servanda, in presentia nostra et multorum proborum, promisit et laudavit.

Facta est autem hec transactio seu amicabilis compositio in palatio nostro, nobis assistente Gaufredo, Avinionensi episcopo, in mense julio, feria III, luna I, Frederico regnante imperatore, et Raimundo Berengarii comite Provincie existente.

[1] Cod. *abjacentibus*.

[2] Vox *singulis* deest in Cod.

Hujus rei testes sunt : Guillielmus Boso Arelatensis ecclesie prepositus, Guillielmus Bernardi sacrista, Poncius de Baucio precentor, Christianus archipresbiter, Ugo de Confurrio, Imbertus de Acheria, Jordanis de Burgo, Guillielmus de Aligno, magister Petrus Ferreolus, Guillielmus de Vincheriis major; et monachi : Guillielmus de Maderiis, Bertrandus Sallelus elemosinarius, Berengarius Salomon; Petrus de Sancto Egidio, operarius sancti Honorati; et laici : Petrus Laurenti, Guillielmus Bernardi Rapina, Gaufredus Guillielmi, Petrus Ranaldi de Burgo, Guillielmus Quiquiranni, Guillielmus Paulus, Ugo Guillielmi, Rainaldus Amelius. Ut autem hec transactio firma et illibata perpetuo
v°. permaneat, * presentem paginam sigillo nostro muniri jussimus.

960.

De sancto Mamæto.

6 apr. 1204. Anno ab incarnatione Domini M° CC° IIII°, octavo idus aprilis.

Ego Willielmus Raimundus de Gaianis, bona fide et sine dolo, solvo[1], finio et omnino derelinquo Domino Deo et ecclesie sancti Mameti de Medio Gozes et tibi Bernardo de Tarrascono, monacho Massiliensi, ecclesie sancti Mameti rectori, et per te omnibus successoribus tuis in eodem regimine futuris, scilicet quicquid juris habeo vel habere debeo seu petere possum aliquo modo, sive juste sive injuste, in ecclesia sancti Mameti vel in bonis omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus, sive dominationem, sive albergum, sive jus aliquod, promittens tibi per stipulationem, per me et per omnes successores meos, quod in ecclesia predicta sancti Mameti vel in bonis ejusdem deinceps nichil petamus, neque nomine dominii vel albergi, seu alio quolibet modo. Pro hac solutione et finitione habui a te, B. de Tarrascono, c solidos raimundensium, exceptioni non numerate pecunie renuncians, tactis insuper sanctis evangeliis, quod ita ratum, *etc.* Actum est hoc in operatorio Amici notarii, coram rogatis testibus : Guidone de Gaianis, Petro Nigro de Prato, Petro Martini de Clarenciaco, Willielmo

[1] Cod. *salvo*.

de Monte Lauro, R. ejus fratre, et Amico notario, qui hoc instrumentum scripsit mandato utriusque partis, et sigillum domini R. Tholosani comitis apposuit, ad munimen hujus carte, mandato magistri Stephani Johannini, judicis constituti Sancti Mameti[1] a domino R. Agathensi episcopo, domini comitis cancellario.

961.

De sancta Maria Narbone.

In nomine, *etc.* Anno ab incarnatione ejusdem M°C°LXXX°V°, regnante Phylippo, mense octobri. Oct. 1185.

Notum sit.... quod ego Bernardus, Dei gratia Narbonensis archiepiscopus,... laudo, concedo ac dono Domino Deo et beate Marie et monasterio beati Victoris Massilie et omnibus habitantibus.... in prefata ecclesia beate Marie, et tibi Poncio * de Caplue, ejusdem ecclesie priori, et successoribus tuis im perpetuum,.... totum illud integriter quod tu et ecclesia predicta beate Marie et antecessores tui habetis et tenetis ac possidetis, pro pignore vel emptione seu dono, de honore seu de rebus que Berengarius de la Rocca de me et antecessoribus meis solitus est tenere ad feudum, et ita quod.... detis michi meisque successoribus im perpetuum singulis annis in festo Natalis Domini, pro jam dicta laudatione et concessione et dono, duas libras cere.... Hoc fuit factum atque laudatum in curia dompni Narbonensis archiepiscopi predicti, in testimonio et presentia Berengarii de Boutenacho, et Guillielmi de Casulis, et Amelii de Auriacho, et Bertrandi de Auriacho, et Petri de Chillano, et Guillielmi Longi, et magistri Petri, et Petri Raimundi Berdocii, et Petri de Maliaco, canonici sancti Justi, et Petri Arnaldi de Fraxine, canonici sancti Justi, et Petri Guillielmi, et Berengarii de Caramanio. Johannes Ademari[2], notarius Narbonensis, rogatus a predicto dompno archiepiscopo et aliis antedictis, hec scripsit. f° 134.

[1] Cod. *constituti inemati sunt a d.*

[2] Vel *Azemari*, ut in margine altera manu annotatum est.

962.

Compositio facta inter Agoutum et hospitale sancti Johannis.

Jul. 1218. In nomine, *etc.* Anno incarnationis ejusdem M° CC° XVIII°, mense julii.... Cum inter ecclesias sancti Michaelis et sancti Petri de Agouto et domum hospitalis sancti Johannis de Rossilone longa concertatio versata fuisset, ecclesiis videlicet ipsis et rectoribus earum conquerentibus quod dicta domus hospitalis et fratres domus ipsius decimas debitas subtrahebant ipsis de cunctis terris quas vel idem hospitalarii in tenemento castri de Agouto, quod ad dictas ecclesias jure parrochiali noscitur pertinere, proprio aratro excolebant vel aliis ad excolendum
v°. tradebant ad facheriam; et quod de parochianis * suis qui in cimiterio dicti hospitalis sepulturam eligebant canonica porcio ecclesiis ipsis ab hospitalariis nulla dabatur; privilegiorum suorum [1] in omnibus his inducentes fratres ipsi, quorum se tenore hec rationabiliter posse facere asserebant; concordantibus tandem inter se Deodato, priore dictarum ecclesiarum, et fratre Petro Symone, commendatore prephate domus hospitalis; questionem ipsam et concertationem arbitrio et cognitioni Poncii Marcelli et Guillielmi Burlandi, sacerdotum, et Petri de Jocacio, fratris hospitalis sancti Johannis, pacificandam...., et quod per ipsos, cum consilio et concessione domini episcopi Cavellicensis Bertrandi et consilio virorum sapientium, positum esset ac terminatum,.... stabile firmumque semper haberetur, pari voluntate et assensu posuerunt.... Hanc inter predictas ecclesias et domum hospitalis pacem statuerunt : quod dicta domus, de universis terris quas in territorio castri de Agouto proprio coluerit aratro, de tribus saumatis cujuslibet bladi sive leguminum unam eminam, et de duobus logueriis garbarum unam garbam, ecclesiis memoratis nomine decimarum conferat, exceptis tamen terris illis quas bosco vel aque subtraherent que ab hac decimatione immunes [2] existent. Facherii vero ipsius hospitalis decimas integre dictis ecclesiis persolvant de universis generaliter terris quas nomine hospitalis fecerint vel coluerint,

[1] Suppl., *auctoritates.*

[2] Cod. *decimationem inmines.*

nulla penitus novalium vel aliarum terrarum facta exceptione. De parochianis autem qui sepulturam in cimiterio elegerint hospitalis, ita ratum est quod de omnibus que ibi tulerint vel legaverint, sive sint panni sive res alie mobiles vel se moventes, canonica portio, scilicet quarta pars, ecclesie parrochiali reddatur, exceptis equis et armis militaribus que proprie erunt hospitalis. Item dictum est et intellectum de illis qui ad hospitale vivi in lecto vel in equitatura fuerint deportati, et in illa egritudine * fuerint ibi defuncti, nullus a sepultura eligenda f. 135. in cimiterio hospitalis prohibeatur, nec ut eligat a quoquam fratre vel alio quolibet admoneatur; quod si factum fuerit et admonitus illuc sepelliri voluerit, de talibus medietas omnium, sicut premissum est, ecclesie parrochiali in integrum assignetur, non vetita tamen propter hoc sepulture facta electione.

Actum est hoc in hospitali de Rossilone ante januam ecclesie sancti Johannis. Testes vocati et rogati fuerunt : Bernardus sacerdos, rector ecclesie sancti Petri de Agouto, et Johannes ejus capellanus, Ymbertus Ranulphus de Menerba et Bertrandus filius ejus, Bertrandus Faber, Stephanus Martinus, Willielmus Gaufridus, Willielmus de Alvernio, Petrus Roma, fratres hospitalis, Bertrandus de Villa Nova, et Bertrandus Pibotus.

Et nos Bertrandus, Dei miseratione Cavellicensis episcopus, cujus consilio et auctoritate compositio et concordia ipsa est facta inter hospitale sancti Johannis et ecclesias de Agouto, compositionem ipsam, ut premissum est, et presens scriptum confirmamus, *etc.*

963.

De Canonica et de Chiriaco.

Dompni nostri Adriani IIII Romani pontificis presulatus anno I°, 30 mai. 1155. indictione III^a^, III° kalendas junii, luna XXV, ab incarnatione Domini M°C°LV° anno, presulatus Aldeberti Mimatensis episcopi anno V°, regnante Lodoico, rege Francorum.

Inter Aldebertum, Mimatensis ecclesie episcopum, et Guillielmum, Massiliensem abbatem, et utriusque ecclesie congregationes, median-

tibus Reimundo archidiacono, et Benedicto preposito, et Willielmo de Capluc, et Bertrando priore Massiliensi, et magistro Rotberto, et Guillielmo de Madeiras, facta est transactio talis, causa altercationis que inter illos vertebatur hac existente : ecclesia Mimatensis asserebat ecclesiam sancti Martini de Canonica et ecclesiam sancti Stephani et ecclesiam Chiriacensis castri et cappellam de Maroiol suas esse; e contrario autem monachi hoc negabant et eas longo tempore, legibus et canonibus sufficiente, se possedisse affirmabant; quod ita decisum est: Ego Aldebertus, Mimatensis ecclesie episcopus, interveniente comuni[1] consensu canonicorum meorum, dimitto querelam quam pro ecclesia sancti Martini et sancti Stephani de Canonica et pro ecclesia Chiriacensi faciebam, et easdem ecclesias et omnes alias quas huc usque in
v°. episcopatu Mimatensi * possedistis, tibi Guillielmo abbati et successoribus tuis dono, laudo et concedo, istas videlicet : ecclesiam sancti Martini, ecclesiam sancte Marie, ecclesiam sancti Stephani de Canonica, cum cappella sancti Amancii, ecclesiam sancti Fredaldi parrochialem, ecclesiam sancti Saturnini parrochialem, ecclesiam sancti Martini parrochialem de Salmon, ecclesiam sancti Martini parrochialem de Cappella, ecclesiam sancti Jorii parrochialem, ecclesiam sancti Petri parrochialem de Lebaiac, ecclesiam sancti Projecti parrochialem, cum cappella de Doalon et cappella de la Cumba, ecclesiam sancti Ylarii, ecclesiam sancti Andree de Lebaiac, ecclesiam sancti Salvatoris Chiriacensis monasterii, ecclesiam sancti Vincencii, ecclesiam sancti Romani, ecclesiam sancti Johannis Chiriacensis castri parrochiales, cum cappella sancti Salvatoris de la Torreta, ecclesiam sancte Marie de la Salellas parrochialem, ecclesiam sancti Boniti parrochialem, mediam partem ecclesie sancti Salvatoris parrochialis, ecclesiam sancti Amancii parrochialem, ecclesiam sancte Marie parrochialem de Nabinals, ecclesiam sancti Martini de Coloinet parrochialem, cum dimidia cappella de Mont Rodat, ecclesiam sancti Laurentii de Tebre parrochialem, ecclesiam sancti Juliani delz Poinz parrochialem, salvo tamen in omnibus episcopali jure. Et ego Guillielmus, Massiliensis abbas,

[1] Sic.

cum consensu et voluntate Massiliensis capituli, dono, laudo et concedo tibi Aldeberto Mimatensi episcopo et successoribus tuis omne jus quod habeo in villa que vocatur Fregvilar, que sita est in parrochia de Testabiles, et ecclesiam sancti Privati de illas Laubias parrochialem, et cappellam de Maroiol, retento jure parrochiali ecclesie de Coloinet, baptismo videlicet, penitencia, sepultura, decimis, primiciis, si que ibi jure debentur. Facta est hec transactio presentibus et auctorizantibus Reimundo archidiacono, Benedicto preposito, s.[1] Benedicto, Guillielmo Morreb., Guigone de Castel Nou, R. Ambl., et aliis quam pluribus; ex parte vero monachorum : Bertramo priore, magistro Rotberto, W° de Madeiras, Ar. de Camb., Bermundo de Peira, Berengario, W. de Mostoiol, et aliis quam pluribus. Signum archidiaconi. Signum prepositi. Signum s. Benedicti. Signum Willielmi Morrb.. Signum Guigonis de Castel Nou. Signum R. Ambl.. Signum W. del Planiol. Signum Sicardi. Signum W. de Cabr.. Signum Fre. de Mo[res][2]. Signum Jeremie. Signum s. Fre..[3] Signum Rotberti clerici. Signum Fulconis. Signum P. de Cerva. Signum P. Dalt.. Signum * G. Durbam. f. 136.
Signum Bertranni Boet. Signum Amici David. Signum P. Johannis. Signum Valentini. Signum Bernardi de Chab.. Signum Bertranni prioris. Signum magistri Rotberti. Signum W. de Madeiras. Signum Ar. de Cambolaz. Signum Bermundi de Peira. Signum Berengarii. Signum W. de Mostoiol. Signum Bertranni Salel. Signum Al. de Mores. Signum P. del Planiol. Signum Bertranni de Rocha Vaira.

964.

De compositione Coloineti.

Domni nostri Jesu Christi sacratissime incarnationis anno M°C°LXX°III°, 3 jul. 1173.
Alexandro papa apostolice sedi presidente, domini A[ldeberti] III Mimatensis episcopi presulatus anno XXII°, Lodovico Francis imperante, indictione VI[a], V° nonas julii.

[1] Fort. pro *secundo*.
[2] *Fredaldi de Mores?*
[3] *Secundi Fredaldi?*

Inter Bernardum, priorem de Coloinnet, et G., cappellanum de Marogol, facta est transactio talis. Materia autem altercationis que inter illos vertebatur hec erat : ecclesia de Coloinnet decimas de Marogol ut suas vendicabat ; ex adverso autem cappellanus de Marogol decimas lanarum, caseorum, agnorum ceterarumque carnium se possedisse atque a multis annis retro ecclesie de Marogol donatas fuisse affirmabat. Auditis itaque hinc inde allegationibus, amicabili facta compositione, predicte decime de Marogol ecclesie de Coloinnet, utpote parrochiali, auctorizante domino Aldeberto Mimatensi[1], adjudicate sunt, ita tamen quod cappellanus de Marogol, G. videlicet, quartam partem decimarum in rebus tantum prenominatis in diem vite sue percipere debet. Post mortem vero illius, hac perceptione nullum prejudicium generante, quarta pars tribus partibus accedat, et ad jus et proprietatem ecclesie de Coloinnet libera et perpetuo mansura perveniat. Huic transactioni vocati testes interfuerunt P. d'Esclanede[2], Bompars, Agelers, W. P., P. Bailis, S. Trigaboer, P. de Grede, Clemens, Ugo Rainald, A. Folquois.

965.

Compositio facta inter Aquensem ecclesiam et monasterium.

1165. P., divina disponente clementia Aquensis dictus archiepiscopus, omnibus fidelibus et ecclesie filiis. Ad cunctorum, tam presentium quam futurorum, noticiam pervenire volumus qualiter in presentia nostra diffinita sit controversia que inter Aquensem ecclesiam et monasterium Massiliense diu agitata est. Erat autem hujusmodi contro-
v°. versia : conquerebantur prepositus et canonici * quod abbas et monachi decimas parrochiali et baptismali ecclesie de Rianz auferrent, et ecclesiam sancti Mauricii, quam monachi in eadem valle possidebant, canonici, utpote domini, vendicabant, eo quod intra terminos ecclesie parrochialis esset hedificata, et non esset eis ab archiepiscopo vel canonicis concessa. Ad hec monachi dicebant se decimas a laicis acquisivisse et per XL annos et amplius in pace et quiete et sine inter-

[1] Subaud. *episcopo*.

[2] Vel fort. *des Clanede*.

ruptione possedisse et percepisse. Ecclesiam similiter sancti Mauricii dicebant se tam longo tempore sine interpellatione possedisse, ut inicii possessionis memoria non extaret. Canonici e contra dicebant sepius in sinodo proclamationem factam et in curiam[1] predecessoris nostri inclite recordationis Poncii, Aquensis archiepiscopi, etiam causam per narrationem utriusque partis et responsionem auditam, et sic factam interruptionem allegabant. Monachi autem hoc ita esse negabant, et testes producebant qui testificabantur monachos XL annis prefatam ecclesiam possedisse et decimas percepisse. Canonici vero testes produxerunt, qui jurati dixerunt interruptionem factam per causam in presentia domni Poncii, Aquensis archiepiscopi, agitatam; atque in hunc modum ante nostram presentiam litigabant. Nos autem, utriusque partis allegationibus diligenter auditis et testium depositionibus receptis, pro quiete et pace inter eos formanda et conservanda, consideravimus utrique parti magis expedire[2] per amicabilem conventionem et transactionem hujusmodi controversiam diffinire. Fuit vero hoc modo transactum : dederunt monachi preposito[3] et canonicis prefatam ecclesiam sancti Mauricii, cum terris cultis et incultis ejusdem[4] ecclesie pertinentibus, et quicquid ad camerariam in territorio castri de Rianz pertinebat vel pertinere videbatur, tam in ferraginibus quam aliis terris cultis et incultis, et omnes decimas quas in valle de Rianz et in territorio ejusdem castri monachi percipiebant et quicquid in burgo Sancti Stephani juris monasterii Massiliensis esse videbatur sive per se monachi possidebant sive alii per eos canonicis diniserunt et reddiderunt. Preterea canonici, hujus transactionis nomine, monachis dederunt quicquid in valle de Brusa per se vel per alios possidebant, et quicquid juris canonicorum in predicta esse videbatur in terris cultis et incultis et domibus, tam in castro de Brusa quam in territorio ejus, et tam in villa Sancti Stephani de Clocario quam in ejus territorio, et in villa Sancti Martini de Gavarrim et in territorio ejus, et ecclesiam sancti Michaelis de * Brusa cum decimis et oblatio- f° 137.

[1] Sic.
[2] Cod. *expedite*.
[3] Cod. *proposito*.
[4] Leg., *eidem*.

nibus et mortalitatibus, et ecclesiam sancti Martini de Gavarrim cum decimis et oblationibus et mortalitatibus, et quicquid in castro de Auriac ad jus canonicorum pertinet, et ecclesiam sancte Marie des Oscheiras cum omnibus ad eam pertinentibus. Quam transactionem ego Petrus, Aquensis archiepiscopus, laudo et confirmo et proprio sigillo corroboro. Ego Fredolus, Massiliensis abbas, laudo. Ego Henricus, prepositus Aquensis, laudo et proprio sigillo confirmo. Testes autem fuerunt canonici : B. archidiacomus, et P. Cuniculi sacrista, et Hugo de Ansois cantor, B. de Sparron, A. de Vell., P. Sancti Andree, et alii omnes interfuerunt. Testes vero monachi interfuerunt : P. de Nogaret prior, G. de Madeiris, B. de Peira, Hu. de Laicon, B. de Valgarnida, et alii multi.

Actum Aquis anno ab incarnatione Domini M° C° LX° V, indictio XIII.

966.

De valle Signe.

17 aug. 1150. Hec est diffinitionis carta seu placiti quod, divina ordinante clementia, factum est in curia domini Raimundi Berengarii, comitis Barchinonensis, de querelis quas monachi Massilienses habebant de Guillielmo de Signa et filiis ejus. Quoniam in quarta parte quam monasterium Massiliense habet in valle de Signa, videlicet in castris, cultis vel incultis, montibus et aquis, seu omnibus omnino in locis, ipse Guillielmus et filii ejus multas oppressiones faciebant, ipsamque partem cum quoheredibus diviserant ac si propria esset hereditas. Similiter in Molna et in Ribols, que omni jure monasterii sunt possessionis, violentias et invasiones faciebant. Castrum insuper de Roger, quod ipse Guillielmus et prefati monachi communiter possederant, abtulit eis, et propter guerram quam inde faciebat penitus eversum fuit, ita quod habitatore careret. Super hec omnia, idem Guillielmus et filii ejus in honore monasterii prefati innumerabiles rapinas fecerant, ovium scilicet et caprarum fere quinque M et DC, rapuerant boves CC^tos^, totidem porcos, inter equos, mulos et asinos C, alveos apium plusquam C, et inter annonam et ordeum amplius quam L modios. Ex his omnibus

memoratus comes illum et filios ejus ad judicium evocavit, et, auditis utriusque partis allegationibus, cognovit quod predictus Guillielmus et filii ejus adversus prelibatum cenobium tam nequiter egissent quod nequaquam justicie satisfacere possent. Quapropter de curia quattuor* v°. elegit proceres, videlicet Bertrandum de Misone, et Truandum de Laurada, Berengarium Bertrandi atque Guillielmum Jubilot, qui amicabili placito liti finem ponerent. Qui jussi inde comuniter tractantes, presente prefato comite, decreverunt quod predictus Guillielmus et filii ejus mille solidos jam dicto cenobio emendarent pro tot et tantis maleficiis que[1] eidem cenobio injuste irrogaverant. Castrum vero de Roger et territorium ejus [i]idem ipsi dixerunt per medium debere dividi, et monachos Massilienses separatim unam partem et prefatum Guillielmum alteram habere, quia comunio predictis monachis extiterat dampnosa. Addiderunt et quod memoratus Guillielmus et filii ejus abbati Massiliensi et successoribus ejus et monachis ejusdem loci, presentibus et futuris, sub jurejurando securitatem facerent, quod in honore prelibati monasterii, quem habet in valle de Signa et in Molna sive in Ribols et in omnibus omnino locis ultra violentias vel rapinas non facerent. Cujus placiti definitionem jam dictus Guillielmus et filii ejus libenter annuentes laudaverunt et coram memorato comite partem suam de Roger prescriptis monachis dederunt in pignore, ut tam diu eam teneant donec M solidi monasterio jam dicto persolvantur. Et in presentia multorum procerum, videlicet Guillielmi Raimundi dapiferi, et Bernardi de Bello Loco fratrisque ejus Petri Bertrandi, necnon Bertrandi Raimbaldi aliorumque quam plurium[2] prefatus Guillielmus et filii ejus super evangelia sancta juraverunt abbati Guillielmo et successoribus ejus et monachis, presentibus et futuris, quod in honore quem prelibatum cenobium habet in valle de Signa et in Molna sive in Ribols vel in aliis quibuslibet locis amplius violencias vel rapinas non faciant. His itaque peractis, prelibatus Guillielmus et filii ejus [per] osculum cum memoratis monachis pacem fecerunt et cum omnibus quibus propter monasterium inimicabantur et specialiter cum

[1] Cod. *qui.*

[2] Cod. *plurimum*

Stephano de Roger. Ut autem hoc placitum tenorem im perpetuum haberet, ipse Guillielmus et filii ejus dompnum prefatum comitem fidejussorem jam dictis monachis dederunt, ut neque ipsi nec aliquis posteritatis eorum hanc diffinitionem disrumpere vel transgredi presumant. Actum est hoc placitum in castro de Lambisco.

Carta autem hujus diffinitionis facta est XVI kalendas setempber[1], anno M°C°L ab incarnatione Christi.

f° 138. Signum Raimundi comes. Signum Guillielmi Raimundi. Signum Arnaldi de Lercio. Signum Bernardi de Belog. Signum Raimundi de villa de Muls. Signum Petri de Fonoietl. Signum Guillielmi Sancti Minati. Signum Raimundi de Olives. Signum Poncii, scriptoris comitis. Signum Guillielmi, prioris majoris de Massilia. Signum Bertrandi prioris de Brunola. Signum Guillielmus de Cambolatio. Signum Bonifacii de Gardana. Signum Rotlandi monachi. Signum Gaufredi de Massilia. Signum Gaufredi de Torves. Signum Jorda de Torves. Signum Petri Berengarii.

967.

Item de eodem.

1156. Quoniam, *etc.* Notum sit.... quod, Gaufrido de Signia multas Massiliensis monasterii omnibus [2] injurias inferente, et quartonem quem Massiliense monasterium habet et habere debet in valle de Signa modis pluribus minuente, et super territorio de Molna, quod totum omnino prefati Massiliensis monasterii juris et possessionis est, ipsos Massilienses monachos graviter infestante, et amicabilem compositionem que inter Guillielmum de Signia, patrem ipsius Gaufredi, et monachos, non longo tempore ante, super eisdem querelis facta deinde in scriptis redacta fuerat, eo penitus abnegante, causa secundo cum predicto Gaufredo et monachis super eisdem querelis in curia domini Raimundi Berengarii, Barchinonensis comitis, tractata est, et de ea a proceribus curie, domino scilicet Petro, Forojuliensi episcopo, viro eminentissimo, et Boumundo, archidiacono Aquensi, et Imberto

[1] Sic.

[2] Fort. pro *hominibus*.

de Gorda, viris venerabilibus et eruditis, utriusque partis auditis allegationibus et examinatis, in hunc modum pronunciatum est, ut ea scilicet omnia que in transactione illa finita sunt, que facta est cum Guillielmo de Signia, patre ipsius Gaufredi, super eisdem querelis, firma, stabilia illibataque et sine retractatione aliqua im perpetuum conserventur, secundum quod series instrumenti ejusdem transactionis, proprie manus comitis signo et subscriptione firmati, continet et demonstrat. Quarta vero pars illa quam Massiliense monasterium habet in valle de Signia intelligitur in omnibus, videlicet cultis et incultis, montibus, nemoribus, aquis, et in tasca, et in letdis, et in venationibus, * et pascuis et in omnibus omnino locis et rebus que ad v°. consuetudinem et potestatem dominii pertinent. Ceterum in his omnibus superius memoratis et in Molua et in Ribols, que omnino predicti monasterii juris sunt, et denique in omnibus monasterio pertinentibus, ne de cetero, per se vel per suos, sepius dictum Massiliense monasterium injuriis seu inpressionibus infestet, idem predictus Gaufredius[1] de Signia, in presentia curie, jurejurando firmavit et comitem fidejussorem dedit. Acta sunt hec sub testibus : Guirando videlicet de Simiana, Bernardo de Bello Loco, Arberto de Castello Veteri, Rostagno de Tarasco, Raimundo de Fivel, Petro Iterio, Bertrando priore Massiliense, Guillielmo Nubilot, et Ugone Montis Lauri, preposito Pignan, Guidone de Gardana, et Bonefacio fratre[2] ejus, Poncio de Gardana, Guillielmo Maderiarum, Deusde de Maironiensi, Raimundo Amato, Attenulfo, Raimundo Trans la Rocha, Bertrando clerico, Guillielmo Bermundo.

Incarnationis dominice M°C°LVI°, indictione carta. Signum Raimundi comes.

968.

De Podio Lupario.

In nomine Domini. Anno incarnationis ejusdem millesimo C°LXX°V°, mense februarii, luna V^a^, feria IIII^a^[3]. 18 febr. 1170.

[1] Sic.
[2] Cod. *frater*.
[3] Anno ab Annonciatione Domini vel a Paschate incepto.

Notum sit.... quod ego Poncius Nielli, baiulus comitis Provincie, placitum et causam quam habebant inter se prior sancti Poncii de Podio Lupario et fratres de Militia de Baides, de decimis territorii quod dicitur Palus, ita per transactionem amicabili compositione sopiendo concorditer eam diffinivimus, videlicet ut in ea parte predicti territorii quod ab hominibus illius castri fuit separatum et disjunctum ad hoc ut monachi Massilie haberent decimas (eas et accipient) quandam terram quam habebant fratres de Milicia inter castrum Podii Luparii et ecclesiam sancti Poncii, habeant monachi in dominicatura sua, et hanc terram dederunt fratres Militie Templi pro pace acquirenda cum monachis. Preterea in eà terra quam donavit fratribus de Milicia Guillielmus de Podio Lupario habeant monachi decimam, sed non in tota illa terra, sed ubi antiquitus capiebant. Et propter hoc omnes terre quas nunc laborant fratres Milicie libere sunt et absolute im perpetuum, nec monachis donent decimas in territorio predicti castri. Et insuper hoc totum debent habere monachi decimam de illo despeis quod fecerunt probi homines de Podio Lupario, et pro isto despeis omnes alie terre quas modo tenent fratres Milicie usque adhuc sunt libere et absolute ab omni demandimento in tenemento Podii Luparii.

f° 139. * Hanc transactionem dominus Petrus, Massiliensis abbas, et ejus conventus laudaverunt et confirmaverunt. Item ex parte fratrum Militie magister Arnaldus de Torreilla et Ugo Gaufredi et Ugo de Sauza, commendator de Bailis, laudaverunt hoc totum et confirmaverunt. Hec terra que dispensata est, in qua debent accipere decimas monachi, confrontrat a parte sibi seriit[1] cum terra que fuit sancti Poncii, et ab oriente cum garriga usque ad terminum quem Poncius Nielli posuit cum Ugone de Sado, commendatore de Bailis, et Bernardo Ligosta et Isnardo, et ab eodem termino terminatur usque ad quercum in qua crux fixa est, et exinde in sursum sicut rivus vadit[2]. Hujus rei testes sunt Gireus prepositus Forojulii, Gancelmus sacrista, Deusde de Mairois prior claustralis, Bernardus Guillielmi, Geraldus Bernardi, P. de Cerveira, Pandulfus, Ugo Raimundi. Et de omnibus istis pactio-

[1] Sic.

[2] Cod. *rivus suadit*.

nibus concedunt penam abbas et monachi monasterii Massiliensis de quingentis soldis, si quid ibi moverent super omnia bona sancti Poncii. Et pro istis pactionibus concedunt penam fratres Militie de Bailis super omnia bona que habent apud Aquis.

969.

De donatione beate Marie de Sellas.

(Edid. D. Martene, *Ampliss. coll.*, I, 825.)

Quoniam, *etc.* Ego Petrus, Dei gratia Forojuliensis episcopus,... 22 febr. 1154.
trado Domino Deo et monasterio sancti Victoris Massiliensis, in manu Guillielmi, abbatis ejusdem loci, et Guillielmi camarrarii[1], ecclesiam quandam in honore sancte Marie dicatam, que est in territorio de Cilas[2], ubi et cimiterium esse videtur,... cum omnibus pertinentiis suis et oblationibus fidelium.... Hoc autem facimus, ex parte, ad dirimendam litem que inter eandem ecclesiam erat et ecclesiam que intra ipsum castrum de Cilas continetur; maxime vero facimus hoc pro remedio animarum nostrarum.... Retinemus autem nobis in prefata ecclesia x solidos monete publice melgoriensis, persolvendos nobis per censum unoquoque anno in festivitate sancti Michaelis. Reverentiam quoque episcopalem ibi volumus observari, et ut fratres predicti cenobii manuteneant ita ipsam ecclesiam ut nunquam sine habitatore esse videatur.

Signum Petri episcopi qui hanc cartam scribere jussit. Signum Raimundi prepositi. Signum Bonifacii archidiaconi. Signum Gaufridi de Garci[3]. Signum Malefacti. Signum Guillielmi Laugerii. Signum Ugonis de Draguiano[4]. * Signum Johannis de Monte Lauro[5]. Signum v°.
Petri de Soreg[6]. Signum Geraldi[7] Raimundi. Signum Pallioli. Signum Raimundi Bruni.

Facta carta VIII kalendas marcii, dominice incarnationis M° C° L° IIII°.

[1] Ed. *camerarii.*
[2] Ed. hic et infra, *Seilhans.*
[3] Ed. *Garei.*
[4] Ed. *Draguignano.*
[5] Ed. *Montelas.*
[6] Ed. *Petri Soreg.*
[7] *Girardi.*

970.

De Calars.

Jan. 1190. Anno ab incarnatione Domini M° C° LXXXX°, mense januario.

Notum sit omnibus hominibus hanc cartam audientibus quod ecclesia de Calars more solito et jure prisco medietatem decimarum annualiter episcopo Forojuliensi prebere consueverat. Convenientibus itaque in unum F.[1], Forojuliensi episcopo, et Austorgio, abbate scilicet Massiliensi, et cognoscentibus fore utilius et utrique expedire ut certus census constitueretur, placuit illis ut pro medietate decimarum singulis annis ad mensuram Forojulii XX^ti^ sextarii frumenti et XX^ti^ ordei rasi et XX^ti^ spelte cumulati de cetero solverentur ecclesie sancti Raphaelis et in predicto castro traderentur. Isto tamen censu, sicut dictum est, constituto, a precedenti exactione decimarum episcopus predictus liberavit predictam ecclesiam.

Actum fuit hoc penes Sanctum Raphaelem, in presentia Bernardi Fabri, et Willielmi de Revesto, et Raimundi sacerdotis, et Willielmi de Lonegues, et Raimundi de Portali, et Constantini, et Petri de Palaiono.

971.

De Soleriis.

12 dec. 1143. In nomine sancte et individue Trinitatis. Hec est concordia et convenientia inter W. II[2], Tholonensem episcopum, et ejus canonicos, et P., abbatem Massiliensem, et ejus monachos. Nam idem abbas et monachi conquerebantur de predicto episcopo ejusque canonicis quod auferrent eis ecclesiam parrochialem sancti Michaelis de Soleriis et ecclesiam parrochialem sancte Marie de Petrafoc, que querela ita determinata est : quod episcopus habeat et possideat in pace memoratam ecclesiam de Petrafoc; monachi autem habeant et possideant in pace ecclesiam de Soleriis, cum decimis et oblationibus, preter quartam

[1] Fredoldus II. [2] Willelmus II.

decimarum et mortalitatis tertiam et sinodum in solis et receutum [1]. Episcopus vero contrapellabat quartam partem decimarum et terciam mortalitatis de Belgencech et ecclesias sancti Benedicti et sancti Michaelis de Ereis. Has supradictas querelas et alias multas quas invicem adversum se movebant, et episcopus adversum monachos, et monachi adversum episcopum, amicabili * pacto inter se diffinierunt : ut mo- f° 140.
nachi habeant ecclesiam parrochialem de Sex Furnis et ecclesiam de Crota et totum decimum suarum dominicaturarum, sive ipsi laborent sive alii pro eis, similiter totum decimum de manso sancti Petri de Paradiso, et medietatem decimarum de Meiaria et in alia medietate et in toto alio decimo tocius castri quartam partem ; tres vero episcopus, et tres solidos pro sinodo et receutum, sicuti habere solebat. In illa autem parte quam monachi habent vel habere debent in castro de Olivolis episcopus quartam partem habeat decimarum, monachi vero tres ; et in mortalitate tocius castri episcopus duas habeat partes, et monachi terciam. In Belgencehc habeat episcopus sinodum tantum et hospicium. Predictas autem ecclesias, sancti Benedicti scilicet et sancti Michaelis de Ereis, episcopus in pace monachis dimisit preter hospicium. In Carnolas vero et in Colobreria episcopus quartam partem omnium habeat decimarum et terciam mortalitatis et sinodum et hospicium. In aliis autem ecclesiis, videlicet sancti Johannis de Petra Focco et sancte Marie de Deixesa et sancti Martini de Gateriis et sancti Sidonii et sancti Victoris de Insula et sancti Johannis de Ferleda et sancte Trinitatis, et si quas alias monachi habent vel habere debent in episcopatu Tholonensi, episcopus habeat hospicium tantum pro posse ecclesiarum. Hec concordia facta est consilio duorum Tholonensium canonicorum, scilicet Petri de Bruniola et Bartholomei de Trians, et duorum Massiliensium monachorum Raimundi de Porreriis et W. de Cesarista, et consilio Bermundi de Turrives et Jordani de Brunolia, in presentia W. Tholonensis episcopi secundi, et Petri Massiliensis abbatis, et monachorum : Raimundi, Bonifacii, Ricavi, Raimundi, Dalmacii, W. Valrici, et canonicorum : Amelii prepositi et Karoli et W. et P. Sigi-

[1] Id est, *tres solidos pro synodo et procurationem.*

randi, Poncii de Dignia, et W. Miliacensis, et Martini, et Jordani qui hanc cartam scripsit.

Apud Tholonum, anno ab incarnatione Domini M° C° XL III [1], indictione VI, concurrente III, pridie idus decembris, luna II.

Testes sunt Fulco Rostagnus, W. Rostagnus, R. de Signa, W. Oliverius, G. de Coriis, W. Accutus, W. Carbonellus, G. Aicardus, B. Baltugatus, W. Raimundus.

Ego W. Tholonensis episcopus secundus hanc cartam affirmo. Ego P. Massiliensis abbas hanc certam affirmo.

v°. 972.

Compositio inter Senecensem episcopum et monasterium.

(Fragm. edit. in *Gall. christ.*, III, instr., 236.)

28 dec. 1122. Ad memoriam et cognitionem presentium et futurorum in hoc scripto continetur quod venerabilis memorie Aldebertus, Senescensis episcopus, audiens Massiliense monasterium cuncta de quibus inter suam et Massiliensem ecclesiam diutina controversia fuerat, cum consilio et voluntate canonicorum et clericorum suorum, Guidonis prepositi, Guiranni, Aldeberti, Geraldi, Radulfi et Willielmi, Bosonis et Petri et Willielmi de Marcopus et Dodonis et Willielmi Puinc et Petri de Omnibus sanctis, Radulfo abbati et successoribus suis et omnibus fratribus ejusdem monasterii, presentibus et futuris, laudavit, firmavit et corroboravit. Igitur ego Aldebertus, gratia Dei Senescensis episcopus, cuncta que Massilienses abbates et monachi in episcopatu meo habuisse noscuntur, vel que in antea, Deo donante, potuerint adquirere, laudo et confirmo. Et expressius laudo eis ecclesias cellule Petre Castellane sancte Marie et sancti Johannis et sancti Petri, cum baptisteriis, cimiteriis et oblationibus vivorum et mortuorum, et cum omnibus decimis et primiciis et mortalitatibus territorii ipsius villule in integrum, et cum medietate mortalitatis ipsius castelli; ecclesias etiam de Bleus sancti Simphoriani et sancti Poncii, cum medietate decimarum et cum

[1] More Pisanorum.

duabus partibus mortalitatis, atque cum decimis proprie dominicature; cellulam sancti Petri de Bagarres, cum decimis sue dominicature, et cum quarta parte decimarum ipsius castelli et tercia mortalitatis; ecclesiam sancti Martini de Alonz cum pertinentiis suis. Infra terminos autem harum duarum parrochiarum, de Bleus videlicet et de Alonz, interdicimus ne aliqua omnino persona ecclesiam noviter audeat construere sine conscientia episcopi et absque consilio et voluntate abbatis et monachorum Massiliensium; et si construantur, monachorum sint. Laudo etiam ecclesiam sancte Marie de Monte Romaldi cum pertinenciis suis; ecclesiam sancte Marie de Mura cum omnibus sibi pertinentibus in integrum, videlicet cum decimis et primiciis, oblationibus, baptisteriis et mortalitatibus; ecclesias cellule sancte Marie et sancti Stephani de Torramina, cum decimis et primiciis et oblationibus vivorum et mortuorum et tercia parte mortalitatis. Sane si quis, *etc.*

Facta carta anno incarnationis Domini M° C° XX° III°, indictione prima, mense decembrio, V kalendas januarii, feria V, luna XXVII^a^, anno quinto[1] XVIII^lis^ cicli, concurrente VI, epacta XXII^a^, regnante Henrico rege Alamanorum[2]. f. 141.

Ego Aldebertus, Senescensis ecclesie episcopus, hanc cartam scribi feci et manu propria firmavi clericosque firmare rogavi, salva reverentia Senescensis ecclesie et annuali censu in ecclesiis de Alonz et de Bleus. Adhuc etiam laudo et concedo mortalitates[3] confirmo in integrum, undecumque ad nostras advenerint ecclesias.

Signum Aldeberti Senescensis episcopi, firmat. Signum Guidonis prepositi, firmat. Signum Aldeberti, firmat. Signum Giranni, firmat. Signum Geraldi, firmat. Signum Radulfi, firmat. Signum Willielmi, firmat. Signum Bosonis, firmat. Signum Petri, firmat. Signum Willielmi de Marcopus, firmat. Signum Dodonis, firmat. Signum Willielmi Punic[4], firmat. Signum Petri de Omnibus sanctis, firmat. Hujus cartule sunt testes Bonefacius de Castellana, et Dodo et Raimundus et Ugo, fratres, et Raimundus Faraldi, et Ugo Faraldi, et Fulco Faraldi.

[1] Pro *quinto*, Cod. habet *vero*.

[2] Singulæ notæ chronologicæ quadrant in 28 dec. 1122.

[3] Fort. add. *et*.

[4] Fort. leg. *Puinc*, ut sup., p. 416.

Item signum Willielmi Bot. Signum Willielmi de Robio. Signum Petri de Senez. Signum Inardi de Senez. Signum Gaufridi de Bleus. Signum Petri de Canola.

973.

Compositio sancti Promacii et sancti Marii.

C. 1190. Ad conservandum, *etc* Ego Bertrandus, ecclesie sancti Marii prepositus, et Petrus Grossus, ecclesie sancti Promasii gubernator et ychonomus, de quadam decimarum contentione transeginus. Contentio siquidem erat de decimis quas exigebant canonici in quadam parte terrarum sancti Promasii, monachis dicentibus se non debere nec de istis terris nec de suis laboribus decimas exsolvere. Ut igitur ab hac lite canonici discederent, et ne amplius in his terris vel in eorum laboribus decimas exigerent, donavit eis sanctus Promasius, juxta condaminam eorum, in loco qui dicitur Bracha, quandam terram in qua seminari possunt xx^{ti} sextarii annone, et duas vineas,* Willielmi scilicet Fabri et Petri, fratris sui, in colle supra viam qua itur a Forcalchario ad Sanctum Siffredum. Eisdem temporibus, ab eisdem predictarum ecclesiarum aministratoribus, habito utriusque, capituli Forcalchariensis scilicet et monasterii Massiliensis, consilio, facta est inter easdem ecclesias talis permutatio. Prefatus namque prepositus et omnes ejusdem ecclesie canonici laudaverunt et donaverunt ecclesie sancti Promasii quicquid juris habebant vel habere debebant in decimis illarum terrarum, sive culte essent vel inculte, in quibus sanctus Promasius quartonem vel tascam vel dominium habebat. Hanc vero laudationem fecerunt de omnibus decimis quas habebant supra magnam viam qua itur a villa Forcalcharii usque in Beveronem sub molendino Gacilini et citra Beveronem usque Fonteanam et usque in Brichoniam versus Carronegas, excepta magna condamina vicecomitis juxta villam Forcalcharii, in qua sanctus Promasius retinuit suam tascam et sanctus Marius suam decimam. Preterea donaverunt nemus, tascas et decimas in terris que appellantur Mansum sancti Marii in valle que vulgariter dicitur Vallis Magna. Propter hoc predictus Petrus Grossus, auctoritate Massiliensis monasterii, laudavit ecclesie sancti Marii omnes tascas

quas in diversis locis habebat a Forcalchario usque Beveronem et usque Petram Ruam versus partem illam que tendit usque Nuazellas et usque Manuam et per Brianchos usque in Carronegas, exceptis omnibus suis vineis infra loca ista constitutis, quas ecclesia sancti Promasii retinuit, preter vineam Johannis Lautardi quam canonicis in hac permutatione donavit, et excepta quadam propria terra sancti Promasii, filiis Gacilini et Petri Arnaldi pro c solidis, ut Gacilinus dicebat, obligata, in qua sanctus Promasius retinuit suam tascam quando terra illa esset redempta. Has tascas et quicquid juris in eisdem terris sanctus Promasius habebat donavit sancto Mario, sed in terris Petri Aibeline et Isnardi Bovarii solitum censum retinuit. Sunt enim terre iste de quodam manso pro quo certum servicium faciunt sancto Promasio, et ideo solam tascam donavit sancto Mario. Et ne canonici predictis hominibus terras istas possint tollere, nominatim dictum fuit in hac quam fecimus permutatione. Ut autem major fides huic scripture quam si forte sigillata * fuisset haberetur, placuit ut, anni, mensis, lune, testium et omni alia sollempnitate pretermissa, suam cartam propriam per alfabetum divisam utraque haberet ecclesia. * 142.

974.

Compositio inter priorem de Grimaut et dominos ipsius castri.

Ad majorem, *etc.* Anno Domini M° C° LXXX° V°.

Sit notum cunctis quod de controversia que vertebatur inter Petrum de Cerveria, priorem de Grimalt, et Bertrandum Gramage, scilicet de injuriis hinc inde illatis, et pecuniis et possessionibus ablatis, talis facta fuit amicabilis compositio, coram domino Forojulii F. episcopo, assessoribus existentibus Maximo et Raimundo de Costa. In primis injurie hinc inde remisse fuerunt et pecunie. Super possessiones vero talis facta fuit diffinitio. Vocatis sex viris supradicti castri bone fame et bone oppinionis, etiam sacramento astrictis, scilicet Guillielmo Guiranno et Gaufrido Baiulo et Guillielmo Arnaverso et Fulcone Barnuino et Stephano Fiberto et Petro Rascatio, consilio eorumdem, de tenemento Petri Attanulfi ajudicamus Bertrando Gramage campum 1185.

de Avellano, et campum de Clapo sub castro, et campum de Salice, et de molino de Rocca dnas partes; monasterio vero quicquid Petrus Attamulfus possidet ultra rivum Frigidum, et duas vineas adplantatas, et casalum de Rigaudo, et ortum cum amendariis de Gacarella, et campum de Subere et terciam partem molendini; domum vero, qualiter divisa fuit, occulata fide apparet. De tenemento Raimundi Rebulli adjudicavimus Bertrando Gramatico[1] duas pecias terre que sunt ad Blacheram et campum de Thamarigeira, et costam de Podio Rotundo, et totum hoc quod Raimundus Rebullus tenebat ad Saletam et prata de Seuret que ibi tenebat Raimundus Rebol juxta illa de Mauronibus, et terciam partem de vinea et orto et ferragine que sunt juxta Fontem Coopertum, et duo casalia, unum juxta domum Petri Tocasol et casale juxta domum Guillielmi Guiranni, et medietatem terre de Planca; cetera vero ejusdem tenementi que remanent sunt monasterii. Defensam vero monachorum sic determinamus : sicut via vadit de corre
v°. Comaires * usque ad crotam ecclesie, et via vetus per Podium Rotundum usque ad vineam Fulconis Barmini et via de Calcadris usque ad Plancam; infra hos terminos possident quedam li Chabalt. Hec supra dicta amicabilis compositio ab utraque parte sacramento fuit corroborata, et pena statuta duo milia solidorum, si quis contra hanc venire presumpserit. Hujus rei testes sunt : R. de Costa, et Bonifacius de Cogolino, et P. Sancti Laurencii, et Bertrandus de Archubus, et Guillielmus Arnavers, et Petrus Fornarius, et Bertrandus Vasso, et Petrus Bregon, et Guirandus Martina, et P. Bernardi, et Petrus de Cadeira, et Johannes Boverius, et Johannes Sparra, et Stephanus Martini, et P. Oto, et Petrus Davit, et Bernardus diaconus, qui hoc scripsit rogatus, die[2] et anno quo supra. Nullus vero istorum possit cassare hominem alterius.

975.

De San Tropes.

14 febr. 1234. Anno incarnationis Domini millesimo cc° xxx° iii°, x^a iiii^a die februarii.

[1] Idem qui sup. *B. Gramage* dicitur.

[2] Sup. nulla diei nota expressa est.

Notum sit omnibus quod controversia vertebatur inter Durandum, seu actorem seu procuratorem (ut ipse dicebat) monasterii sancti Victoris et priorem ecclesie de Samtropes[1], nomine dicte ecclesie et dicti monasterii, cui dicta ecclesia de Samtropes est subnixa, ab una parte, et W. Pastorem, et Andreum[2] Cavet, et W. Rasols, et Ugo de Tenias, et P. de Ficu Nigra, et Peirona, et P. Guibertus, et Bertrandus Sibertum, et Uga uxor W. Ugonis, et Bertranda Couilla, et B. Rainaut, et Aines Terruguesa, et Dulza uxorem condam Bernardi, et Maisenia, et Imbertus Ricols, et Jaurannus, et Stephanus Donit, et P. Avelina, et Bermundus, et Audebertus Sismon, et Mateut uxorem condam P. Guionis, et Fenoletus, et Catalaus, et Fulcho Conil, et Samaritana, et Bertrandus Marcelles, et Imbertus Mola, et Isnarda Pellicira, et Ja. Cocorels, et Flandina uxorem condam Girardi Artalani, et Michael Pelliparius, et Michaela uxorem condam G. de Caroer, et Martinetus, et Isnarda Mola, ab alia parte, que controversia talis erat : agebat[3] siquidem dictus Durandus, nomine dicti monasterii et dicte ecclesie, contra homines supradictos, dice[n]s quod supra dicti homines habent et tenent domos suas edificatas circa tenemento de Samtropes et in solo sive patuo quod dicebat dictus Durandus pertinere ad dictam ecclesiam de Samtropes jure dominii vel quasi, et sic dicebat dictus Durandus per consequentiam dictas domos pertinere ad dictam ecclesiam jure dominii vel quasi. Et ideo, quia supradicti homines recusabant facere pro supradictis domibus dicte ecclesie * servicium sensuale[4] f° 143.
quod serviunt omnes homines et singuli qui morantur et faciunt focum suum in tenemento de Samtropes pro domibus suis, ideo agebat dictus Durandus contra homines supradictos, petens ab eis dictas domos sibi adjudicari vel quod serviant supradicte ecclesie singulis annis singuli supradictorum unam eminam civate et VI denarios regales, et unum panem, et unam descobladam porci semel in anno pro domibus suis. Supradicti homines vero dicebant se non teneri respondere dicto Durando, quia non credebant ipsum habere mandamentum ab abbate monasterii sancti Victoris. Super quo dictus Durandus litteras sindi-

[1] Sic.
[2] Sic.
[3] Cod. *abebat*.
[4] Corr. *censuale*.

catus et procurationis sigillatas sigillo domini abbatis et tocius conventus dicti monasterii sancti Victoris demonstravit, in quibus continebatur quod abbas monasterii sancti Victoris et conventus ejusdem constituerant dictum Durandum sindicum et actorem seu procuratorem in causa vel causis quas moveret contra homines de Samtropes vel ipsi moverent contra ipsum, dando ei plenariam potestatem agendi et respondendi et de calumpnia jurandi et supponendi se arbitrio seu mandamento Ugonis de Dragono vel alterius cujuslibet periti, et transigendi, et componendi, augendo vel diminuendo servicium ecclesie de Samtropes, et generalem et liberalem potestatem faciendi quicquid sibi placeret. Quibus visis litteris et intellectis, supradicti homines peticioni dicti Durandi responderunt, negando petitionem dicti Durandi et ea que in libello continebantur. Confitebantur tamen quod quolibet[1] albergum paironal de Samtropes tenebantur facere et faciebant supradictum servicium dicte ecclesie annuatim; et dicebant ita obtentum fuisse, quod, ex quo albergum paironal seu foca[2] faciebat supradictum servicium, illi qui separati fuerant et divisi non tenebantur supradictum servicium facere, quamdiu albergum paironal faceret dictum servicium. Item diceba[n]t ita obtentum fuisse longo tempore in villa de Samtropes, quod, cum plures filii vel fratres vel generi vel cognati vel alii qui primo simul permanserint et unum focum tantum fecerint et postea dividantur et separentur et plures focos faciant inter omnes, debent tantum facere supradictum servicium, vel uno eorum faciente dictum servicium ceteros non teneri facere. Quod dictus Durandus penitus negabat. Super quibus utraque pars plures testes introduxit. Item agebat dictus Durandus contra R. Imbertum, et Ugonem Gonterium, et Olivarium Gonterium, et Matheum et W.* Lambertum, et
v°. Biatricem Brunetam, et R. Symonem, et Bertrandum Jabertum, W. Bertrandum, et P. Turcum, et Alexim, et Barjamonum, et Martinum, et P. Oto, et W. Peronetum, et P. Martinum, et W. Otolinum, et Ugonem Bertrandum, et Dousanam dicta Emberensa, et Bertrandum Calvinum, et Jabertum Cocorellum, et P. Bermundum, et Ricavum,

[1] Sic. [2] Sic.

et P. Andreas, dicens quod proximi supradicti[1] homines et singuli supradictorum tenebantur prestare ecclesie de Samtropes seu[2] a[d]ministratori dicte ecclesie, nomine dicte ecclesie, singulis annis in natale[3] Domini, pro domibus suis constitutis et positis in tenemento de Samtropes, quod tenementum dicebat pertinere ad ecclesiam dictam, nomine servicii, unam eminam civate, et VI denarios regales, et unum panem, et unam descobladam porci semel in anno cum porcos suos vel porcum interficerent.... Tamdem placuit utrique parti se supponere arbitrio seu arbitriis et mandamento seu mandamentis et amicabili compositioni Ugonis de Dragono jurisperiti,... sub pena L librarum regalium coronatorum, *etc.* * Pro quibus omnibus supradictis attendendis et complendis extiterunt fidejussores dicto Durando pro hominibus supradictis Dodonus et W. Peironetus et Martinus, P. Otos,[4] et specialiter pro pena, qui renunciaverunt induciis XX dierum et quattuor mensium et beneficio epistole divini[5] Adriani et novis constitutionibus, et quod posset eos pignorare auctoritate propria per se vel per interpositas personas, et quod posset eos convenire[6] antequam principales, sive presentes sive absentes fuerunt[7] principales.... Unde Ugo[8] de Dragono, visis, *etc.*, sacramento calumpnie in inicio cause prestito,... talia protulit mandamenta... Voluit quod dictus Durandus... remittat supradictis hominibus de Samtropes et domine Aigline, presenti et recipienti pro se et aliis dominis de Samtropes, petitionem et demanda et querimonias que dictus prior faciebat supradicti[s] hominibus...; quod sollempniter fecit. Item... voluit quod omnes homines supradicti in primo et in secundo libello et singuli eorum, pro domibus suis, singulis annis in natale Domini serviant ecclesie de Samtropes... et nomine servicii dent unam eminam civate et VI denarios regales et unum panem, et unam descobladam porci tantum per annum; et hoc, si porcum vel porcos nutrierint (si autem emerent, non), sed cum porcum vel porcos interfecerint; nec dare tenentur, si non inter- f° 144.

[1] Cod. *proximos supradictos.*
[2] Cod. pro *seu* habet *sui.*
[3] Sic.
[4] Sic. Fort. corr. *pro toto.*
[5] Corr. *divi.*
[6] Cod. *conveniri.*
[7] Leg. *fuerint.*
[8] Cod. pro *Ugo* habet *ego.*

fecerint. Item voluit... quod servicium supradictum non possit augmentari in futurum. Item voluit... quod homines supradicti de
v°. Samtropes * possint construere domos ad opus ipsorum in tenemento de Samtropes vel quod dicitur esse dicte ecclesie de Samtropes, nullo pro hoc sive pro his dicte ecclesie prestando servicio. Item voluit... quod, si de cetero aliquis de supradictis hominibus de Samtropes vellent filios suos vel filias vel generos vel cognatos vel nepotes vel aliquos alios ex se dividere vel separare, et ita se dividerent et divisi permanerent et plures focos et divisos facerent in tenemento sive solo de Samtropes vel qui dicitur esse de Samtropes vel in domibus quas nunc habent inter se divisis vel in novis si quas construerent in tenemento seu solo de Samtropes, quod inter omnes faciant tantum supradictum servicium et unum, et ita de singulis supradictis hominibus de Samtropes. Item voluit... quod, si aliquis de supradictis hominibus de Samtropes plures filios vel filias de cetero habuerit vel aliquos alios qui fecit[1] simul maneant et illi se diviserint et separatim permanserint, quod inter omnes faciant tantum supradictum servicium et unum, et non singuli per se, sed ita faciant sicuti simul permanerent... Item voluit... quod, si aliquis de cetero venerit causa standi in villa sive in villis vel tenemento de Samtropes, si quidem ibi domum fecerit, quamdiu ibi focum faciat, faciat supradictum servicium...; si autem ibi domum non faceret, sed eam conduceret, sive gratis sibi concederetur causa standi, non teneatur prestare dictum servicium quamvis ibi focum faceret.

Acta sunt hec apud Sanctum Tropes, ante domum Audeberti Simeonis. Testes sunt ad hoc specialiter rogati et vocati Gaufredus de Caiosco prior de las Garciniras, Dodonus miles, Poncius de Fossis, Roceaful, P. Bermondus, Petrus frater prioris, Jo. Borgoionus, W. Raimundus de Tolon. Et ego R. de Aurenga, a domino R. B.[2], comite Provincie et Forcalquerii, notarius constitutus, ab utraque parte rogatus, mandato dicti Ugonis de Dragono, hanc cartam scripsi et hoc meo signo signavi.

[1] Sic. Fort. pro *secum*.

[2] Raimundus Berengarius.

976.

f° 145.

De Palaythone.

Pro modernis et futuris temporibus, ad memoriam retinendam, incipit breve recordationis qualiter per sententiam in curia domine Riche imperatricis, ipsa presente, Aquense[1] preposito Henrico assessore, controversia que inter Ademarum de Rocha Bruna et Palliolum, priorem de Palaione, vertebatur, decisa est. Conquerebatur Palliolus quod Ademarus prohiberet eum flumine publico navigabili, videlicet Argentio, in piscationibus et in molendinis aliisque sibi necessariis, uti frui. Quod ita decisum est : ut predictus Palliolus ejusque successores in jam dicto flumine libere piscari et navigare, et molendinos et alia sibi necessaria sine dampno et incommodo ac[c]olentium facere possit, et Ademarus ejusque successores similiter. De navibus vero que per gradum predicti fluminis intraverint ita diffinitum est : nulla ratione, nulla occasione aquote superius in utraque ripa onus levare possint nisi reddant Ademaro ejusque successoribus consuetudinarium redditum, illum videlicet quem habet in sablera. Preterea Ademarus conquerebatur quod Palliolus auferret ei jus suum in ecclesia Palaionis et in villa et in territorio ; quod ita diffinitum est : ut in ecclesia nec in villa Palaionis nec in sponsalicium ecclesie ipsius ville nichil juris habeat Ademarus nec ejus successores ; in territorio vero, si quid incultum quod commune sit ab aliquo sive a Palliolo sive ab hominibus ejus ad culturam redactum fuerit, tam possessionis quam proprietatis Ademarus jus habeat, et redditum partem, tam de palude quam ceterorum, pro ea parte[2] qua territorii dominus est, recipiat ; et, si predictus Ademarus dividere voluerit, sive in fundis sive in vineis dividendis, regionis more servato, possit hoc licite facere. 1165.

Actum in Grassafels, anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi M° C° LX° V°, regnante rege Frederico in Asia[3], Raimundo Berengarii Provincie preside. Testes sunt Ugo Gaufre de Marsela, Raimundus de la Crota, Petrus frater ejus, Gaufre de Torves

[1] Sic.
[2] Fort. suppl. *in*.
[3] Sic.

977.

Item de eodem.

Jul. 1202. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi M° CC° II°, mense julii.

v°. Liqueat... quod ego Po. Guillielmus et ego R. Raibaldi et ego * Ricsenz et ego Palliol, nos omnes vendimus.... tibi, Mainerio abbati sancti Victoris,... universa quecumque habemus... in toto territorio de Palaion et in toto terminio de Pauca Mota, sicut dividitur, ex una parte cum terminio de Marssenz, et ex alia cum terminio d'Esclanz, et ex alia cum terminio Forojuliensis ecclesie, sint dominia vel possessiones, agri vel vinee, culta vel inculta, arbores, nemora vel defensa, aque, ripparie vel pascua, homines vel femine vel usatica et omnia alia que possunt vel poterunt dici... Pro hac autem venditione et confirmatione cognoscimus et profitemur nos habuisse... quattuor milia et D solidorum... Et si quo jure scripto vel non scripto, civili vel pretorio, legali vel canonico, divino vel humano, vel alio quod posset inveniri, umquam possemus contravenire, omni juri, *etc.*, renuncia-

f° 146. mus... * Et ego Ricsenz et ego Palliol minoris etatis auxilio et legi Julie fundi dotalis et omni alii beneficio vel auxilio nobis competenti renunciamus... Horum omnium sunt testes dominus Guillielmus de Ponte, Forojuliensis episcopus, et R. Faraudi prepositus, Au. de Roca Bruna, Guillielmus Raibaudi, Ermengou, Pe Bertran, Ugo de Marssenz, Guillielmus de Sancto Michaele, Guillielmus de Crota, Petrus Priulet, Torretas, Pe. Andreu, Pe. de Palaion, Essamena, Guillielmus de Portal, Arman monachus Massilie, Guillielmus de Roveira, Pe. de Monte Securo, Motet et Pe. de Bes, et magister Johannes fisicus, et magister Guido Juvenis, nepos predicti episcopi, qui hec composuit, et R. Guigo, qui, de mandato ejusdem Guidonis, hanc cartam scripsit, G. Malros, et R. Calia, U. de Calars.

Quando domina Ricsenz laudavit ista, fuerunt testes Po. Guillielmi, Pe. de Be, Po. de Sancto Michaele, monachi, Pe. Bertrandus sacerdos, Pe. de Palaione, Pe. Fulcho sacerdos, U. de Marsenz, Ermengau

gener, Guillielmus de Crota, magister Guido, Guillielmus de Lodeva, R. de Draguina, Bonefacius de Arcubus.

978.

De Scala.

Ad conservandam, *etc.* Bertrandus Rainbaudi de Scala, cum his quorum nomina inferius scripta sunt, juravit se stare mandato domini abbatis Astorgy, fideliter de omnibus querelis quas ipse abbas et Raimundus, prior de Mandanois, habebant adversus eum, et fuit in sacramento quod omnem securitatem quam vellet faceret ei, et daret pignora ei ad voluntatem suam et mandatum quod ei faceret fideliter observare, et, si contra faceret, et commonitus ab abbate vel nuncio suo infra tres menses hoc ad mandatum abbatis non emendaret, promisit ei penam n^orum^ milium solidorum... Eo autem mandante,* juravit Raimundus de Volona filius ejus, et frater suus Isnardus de Podio Michaelis, Raimundus de Vomelio, Garinus nepos ejus, Ugo de Vomelio, W. de Vomelio, Ricavus de Petra Rua, Rostagnus de Beoncio, Fulcho Palleir, Aldebertus Palerius, Palerius, W. Aldeberti, Radulfus Boza, Martinatus, Isnardus Laurentii, Bertrandus de Corbo, W. Feraldi, Michael Laurentius, Pe. frater ejus, Peregrinus, Pe. Faber, Isnardus Beons, P. Esclaugonus, Bertrandus Bontos, Bozo, W. Nigellus, Aldebertus Archinbaudi, W. Ugo, Po. Perdigas, Michael Rostangni, W. Galberga, Ugo Pelliparius, Bonus Par, Isnardus frater ejus, Arnaudus Timidia, Johannes Garcini, Po. Garcini, W. frater ejus, W. Urso, Pe. Blacheria, Cathalanus, Pe. Garcini, Franco, Pe. Willielmi, Amicus, W. Limbardus, W. Delto, Pe. Urso, Michael Burdella, Rai. Boerius, Rai. Rotbaudus, Pe. Bursa, Isnardus Morre, P. Ymbertus, Po. Andrea, Gauraudus Picca, W. Guiraudi, Durandus Pelliparius, Rai. Vellose, Martinus Faber, Imperator, Comes, Isnardus Montanarius, Michael Pinchenarius, Rai. Faber. In sacramento autem hominum de Scala et de Burgueto dictum fuit nominatim quod, si Bertrandus Rainbaudi non servaret mandatum abbatis sicut juraverat, ipsi starent ad mandatum abbatis et voluntatem suam inde facerent et nunquam in vita sua contra

1189 vel 1190.

v°.

hoc mandatum consilium ei darent neque venirent. Testes hujus rei sunt : Pe. Grossus prepositus Forcalcherii, qui consiliarius et assessor abbatis in hac causa fuit et hanc cartam dictavit, et W. de Cerveria camararius, P. de Sancto Crispino, Ozilo de Roca Blava, Solacius, Rai. de Turriis, Radulfus de Moreriis, Guiraldus de Bredola, Pe. Rigaldi, W. de Volona, Guigo de Brianso, J. Palerius, Rainbaudus de Dromo, Guiraldus de Poscheriis, omnes isti monachi; Isnardus de Petra Rua, W. de Volona, W. Deus Dedit, Bernardus de Salellas, Guiraldus Rentin, Ber. Laurentii, W. Montnerii et multi alii.

Mandatum quod abbas Austorgius fecit.... tale est : in primis mandavit ei quod ecclesiam de Mandanois et homines suos, ubicunque eos habeat, vel sursum in castro vel in villa de Mandanois, cum possessionibus ad ecclesiam in terra de Scala pertinentibus, amplius non vexaret, et ecclesiam liberam et * francam et homines suos liberos et francos ei relin- f° 147. queret, et nullam omnino exactionem vel quistam in hominibus nec in rebus ecclesie faceret, quia antecessores ejus nunquam hoc fecerant. Sed si homines ecclesie terras vel vineas vel prata a Bertrando Raimbaudi haberent, tascam vel seise vel aliud servicium ibi constitutum facerent ei. Et hoc ideo mandavit ei quia monasterium Massiliense nichil in terra de Scala habebat ab eo, sed ipse quicquid habebat in eadem terra ab abbate et monasterio habebat. Et ipse Bertrandus Raimbaudi primus corroadas et quistas denariorum et aliarum rerum in hominibus ecclesie fecerat, et jam bis vel ter aliis abbatibus, scilicet Willielmo Petri, Petro de Nogareto, Deus Dedit de Seveiraco, ne amplius hoc faceret promiserat, et conventionem nominatim super hoc fecerat. Duas tantum solas corroadas de bobus, unam in annona et alteram in ordeo, probatum fuit patrem suum habuisse et eas debet habere. Et homines ecclesie qui infra castrum sunt gaitam et clausuram castri, sicut alii homines de castro, debent facere, quod non faciunt illi de monasterio. Inter cetera de vinteno[1] dictum fuit nominatim quod nullus homo donet illud de terris sancte Marie. De Yscla dictum fuit quod prior colligat ibi ligna ad reficiendam esclausam molendini et faciat ibi opus suum, sicut

[1] Cod. *junteno*.

facere solebant antecessores sui. Preterea, quia quicquid habebat in castro de Scala et in territorio ejus ab abbate hoc habebat et a monasterio, et propter hoc fidelitatem et homin[i]um ei faciebat, mandavit ei ne amplius esset contra monasterium cum adversariis suis, laicis vel clericis, quia non debebat hoc facere; sed pocius monasterium et monachos et homines et res eorum debebat manutenere et defendere. De banno autem in quo prior et Bertrandus Rainbaudi discordabant, quia predictus Bertrandus nec in banno nec in aliis rebus ecclesie justitiam habebat, mandavit abbas ut de accipiendo banno tam vinearum quam cyrogrillorum vel aliarum rerum cum priore ecclesie de Madanois concordaret, et ecclesia de sua terra propria bannum haberet, sive unusquisque sive communem ibi custodem seu bannarium ponerent, ita quod prior non acciperet bannum de domo et familia Bertrandi Rainbaudi nec ipse Bertrandus de domo ecclesie, nulli super hoc vel ex hac occasione data contra alium malignandi licentia. Item de navi mandavit abbas ut nichil exigeretur [1] a monachis Massilie vel a priore vel a familia sua; homines autem ecclesie, sicut alii homines ejusdem loci, darent, et cum aliis ad emendam navem, consilio prioris, pro parte sua * bona fide conferrent. Similiter mandavit [ut], cum albergum v°.
darent regi vel comiti vel suis, vel cavalgadas ei facerent, homines ecclesie non gravarentur; sed secundum arbitrium et juramentum eorum in quibus res hinc inde bona fide posita esset, darent et conferrent. Item mandavit ut nec Bertrandus Rainbaudi homines ecclesie, nec ecclesia homines Bertrandi Raimbaudi retineret; et, si hoc facere vellent, homines qui de uno domino ad alium dominum transirent, domos et possessiones sine aliqua contradictione primo domino suo relinquerent. Et, quia voluntate Raimundi prioris et Bertrandi Rainbaudi Isnardus Laurentii et Pe. Esclango et W. Urso terras per sacramentum ad ecclesiam et ad Bertrandum Raimbaudi pertinentes monstraverant, mandavit ut, si forte inter eos aliqua contentio esset de terris, quod predicti homines antiqui dixerant sequeretur. Ad ultimum mandavit ut, sicut antecessores ejus et ipse aliis abbatibus fecerant et

[1] Cod. *exigentur*.

castrum de Scala reddiderant, ita Bertrandus Raimbaudi fidelitatem et hominium ei faceret, et castrum ei redderet. Et hoc totum ita Bertrandus Raimbaudi fecit et complevit, sicut consuetudo est et sicut in aliis sacramentalibus monasterii et in sacramentali abbatis Petri de Nogareto, cui nuper Bertrandus Raimbaudi juravit, scriptum est.

Ego Ildefonsus, Dei gratia comes et marchio Provincie, hanc cartam signo meo corroboro et sigillo confirmo, assistente Lu. Exem., procuratore meo in Provincia. Testes : Fu.[1] Forojuliensi episcopo, et B. electo Regensi[2], et W. Bernardi, et P. Aldeberti, et W. Raimundi Gantelmi, et W. Datili, et Johanni de Artason., Gauzbertus, notarius domini comitis et domini L. Exem., qui vicem ejus tenet in Provincia, qui precepto illius sigillum apposuit et signum fecit.

979.

De Scala.

1166 — 1179. Audis tu, Petre abbas. Ego Bertrandus Raiambaldi et ego Isnardus de Scala et ego Ugo de Sestaro castellum quod vocatur Scala non
f° 148. tollemus sancto Victori neque tibi, Petre, *etc.* * Et hoc factum est in presentia multorum monachorum, clericorum et laicorum, Petri videlicet de Rosseto, et Richavi, et Guillielmi de Maderiis, Guirardi et Bertrandi de Monte Mirato, et Ugo de Lauces, et Berengarii, et Johannis de Monte Rodacto; clericorum eorum, videlicet : Petri Grossi et Petri de Drola et Petri de Nefas et Bru presbiteri; laicorum, videlicet : Eme de Miso, Fulco de Volona, Poncii de Toart, Ugonis Sancti Crispini, Guigo de Peira Rua, et Richavi fratris ejus, et Rostangni de Bonz, et Aldebert de Castello Novo, Petri de Born, et Poncii Raimundi, et Rostang de Besaldu, et Isnardi Jathert, et Frogerii, et Isnardi Laurenz, et Petri Arnaldi, et Johannis Fabri, et hii omnes interfuerunt quando domnus Petrus abbas suscepit a tribus jam dictis homin[i]um et supra dictum castrum, scilicet Scalam.

[1] Fredoldus II.

[2] Bertrandus III.

980.

Compositio super decimis de Penna.

Ay., Dei gratia Ebredunensis archiepiscopus. In nomine Domini Jesu Christi. Amen. Noverint universi quod, cum venerabilis frater P., episcopus Glandetensis, et capitulum Glandetense, videlicet: Willielmus sacrista, P. Bonus Johannes, Raimbaldus, Willielmus Romana, Rostangnus de Peona, Willielmus de Gars, Laugerius, Raimundus, pro se et suis successoribus et ecclesia Glandetensi, ex una parte, et Bertrandus, prior de Penna, pro se et suis successoribus et prioratu beate Marie de Penna, ex altera, propria et spontanea voluntate promisissent, sub pena M solidorum raimundensium a parte parti * sollempniter stipulata, v°. stare.... voluntati nostre super omnibus rancuris.... quas habent.... ad invicem.... super decimis Sancti Petri que dicuntur de Proprietate, quas dictus prior solus consuevit recipere, ut dicebat, et super decimis omnium terrarum et possessionum quas nunc habet.... dictus prior...; receptis etiam pro utraque parte fidejussoribus Anselmo de Glans et Bertrando de Adolosio, pro pena solvenda parti cui comitteretur...; mandamus quod decimas omnium terrarum quas nunc habet.... dictus prior.... habeat precipuas ipse prior et ecclesia supradicta...; reliquas[1] vero omnes decimas tocius parrochie, et nominatim dictam decimam Sancti Petri que dicitur de Proprietate, quam solus consuevit recipere dictus prior, soluta retrodecima, dividant per medium predicti episcopus et capitulum, ex una parte, et, ex altera, dictus prior de Penna.... 23 sept. 1213.

Actum apud sedem, in choro majoris ecclesie, anno Domini millesimo CC° X° III°, IX° kalendas octobris, presentibus.... venerabili fratre Willielmo Senecensi episcopo, domino abbate burgi Sancti Dalmacii, magistro Umberto canonico Ebredunensi, Willielmo Romana, Rostagno de Peona, canonicis Glandetensibus, et omnibus aliis ejusdem ecclesie predicte[2] canonicis, B. priore Boni Vilarii, sacerdote de Clusella et pluribus aliis.

Ad majorem autem predictorum omnium firmitatem et in testimo-

[1] Cod. *reliquis.*

[2] Cod. *predicti.*

nium rei geste, nos et predicti venerabiles fratres Willielmus Senecensis P. Glandetensis episcopi, et B. prior dictus de Penna, presentem cartam fecimus sigillorum nostrorum munimine roborari. Retinemus et nobis auctoritatem et potestatem interpretandi et declarandi si quod appareret dubium in predictis.

981.

De Sancto Genesio de Dromo.

1010 — 1040. In Dei nomine. Ego F.[1], Dei gratia Vapicensis episcopus. Notum facio omnibus, tam presentibus quam futuris, quod W. de Dromo
f° 149. concessi x novenas in feudo de Dromo quas tenuerat * et possederat. Preterea concessi ei decimam carnium et vini et receptionem feudi quamdiu dictus W. de feudo collecto Vapicensi episcopo sufficienter respondebit. Et si aliquid de hac donatione illi injuriose ablatum fuerit, ego episcopus Vapicensis me im posterum donationem istam fovere et manntenere dicto Willielmo promitto.

982.

Item de eodem.

1190. Notum sit.... quod ego Raimundus de Rocca, consilio et voluntate Fulche matris mee,... dono Domino Deo et sancto Victori Massiliensi Raembaldum, fratrem meum, per monachum, et pro illo dono eidem monasterio domuique sancti Genesii de Dromo mansum Guillielmi Disderii cum omni possessione sua quam nunc per me possidet. Dono etiam eidem domui duo loca domorum juxta ecclesiam de Dromo, et albergum quem in eadem domo habebam cum VIII[to][2] sociis et III[or] equitaturis, et duas corroadas similiter quas in suis hominibus habebam, et sextarium avene et I pollacium in unoquoque suorum hominum. Preterea reddo.... domui sancti Genesii quattuor homines qui vocantur Isnardi, cum suis omnibus rebus et possessionibus. Reddo etiam unam peciam terre infra meam condaminam eidem domui vel

[1] Faraldus. [2] Cod. *VIII*[a].

valentem commutationem. Quartam etiam partem cujusdam molendini reddo eidem domui, vel omnem expensam ejusdem domus in eundem molendinum molere absque moltura. Insuper quicquid juris.... in ipsa domo aut in suis alicubi hominibus aliquo modo exigere poteram, totum penitus.... in pace dimitto. Et ego Raembaldus, frater predicti R. de Rocca,... hanc donationem seu redditionem.... confirmo, et, ut firmius im perpetuum permaneat,... omnem hereditatis mee partem eidem fratri ac suis heredibus legittimis dono et concedo, *etc.*

Facta sunt hec in manus domini Austorgii abbatis Massilie, anno ab incarnatione Domini M° C° XC°, regnante Frederico imperatore, et Ildefosso, Aragonensi rege. Hujus igitur donationis vel ablatum[1] restitutionis juratores, testes et fidejussores sunt isti : Raimundus de Rocca jurat; Pharaldus Bos jurat; Bermundus Augerius jurat; W. de Dromo jurat; W. de Petra testis; Berengarius de Gardana testis; Ugo de Limet testis; W. de Volona, Guigo de Brienzo, Bertrandus de Saltet, et omnis conventus, in cujus presentia, in monasterio, in claustro veteri, istud actum est. W., scriptor ejusdem monasterii, rogatus scripsit. v°.

983.

De Solla.

Noscant omnes.... quod ego G. de Galberto absolvo Deo et monasterio Massiliensi in manus Bertrandi, prioris majoris ejusdem monasterii, in presentia domini U.[2], Regencii episcopi, apostolice sedis legati, et in presencia domini L.[3], Dignensis episcopi, et Ronsolini et plurium aliorum, quicquid homines de Sulla, qui proprie universi ad monasterium ipsum pertinere noscuntur, michi juraverunt vel quicquid quocumque modo mecum convenerunt vel pepigerunt, *etc.* 1211 — 1223.

[1] Fort. corrig. *ablatorum.*
[2] Hugo Regensis episcopus ab. a. 1195 ad a. 1223.
[3] Lantelmus, ab a. 1211 ad a. 1232.

984.

Carta prioratus de Ceseresta.

C. 1200. Noverint universi... quod, cum nobis G., Dei gratia Aptensi episcopo, relatione fide dignorum et rei evidencia constiterit manifeste quod ecclesia beate Marie de Bresis prioratui vel ecclesie de Ceseresta, predicte diocesis, tanto tempore cujus non extat memoria annexa fuerit...,
f° 150. unionem vel subjectionem et annexionem predictarum ecclesiarum * gratam et ratam et firmam habentes, ad instantiam P. prioris earumdem ecclesiarum, monachi Massiliensis monasterii, confirmamus, *etc.*

985.

Compositio de Villa Crosa.

8 maii 1227. In nomine *etc.* Cum controversia esset inter B. dominum de Castellana, ex una parte, et B. abbatem sancti Victoris Massiliensis, ex altera, super quibusdam demandis et rancuris quas dictus abbas de dicto B. de Castellana faciebat nomine ecclesie de Villa Crosa, super quibus.... dominus J. Senecensis et B. Forojuliensis episcopi habebant litteras domini pape in hunc modum :

27 jul. 1223. « Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Forojuliensi et Senecensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Querelam dilectorum filiorum abbatis et conventus monasterii sancti Victoris Massiliensis recepimus continentem quod nobilis vir B. de Castellana, Senecensis diocesis, ecclesiam sancte Marie de Villa Crosa, que ipsorum juris existit, et homines ejusdem contra justiciam aggravat et molestat.... Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, prefatum nobilem ut ab ipsorum super premissis molestatione indebita conquiescat, *etc.* Datum Signie VI kalendas augusti, pontificatus nostri anno octavo. »

v°. Dicte partes.... * miserunt se in mandamento et mandamentis supradictorum judicum, sub hac forma : quod V homines de Vil[l]a Crosa et V de Sallernis jurent bona fide dicere veritatem de omnibus capitulis

de quibus interrogaverint eos dicti judices, *etc.* Ex parte abbatis juravit G. monachus; pro B. de Castellana juravit Guigonetus de Romulis.

Postea, anno M° CC° XXVII, pro eadem causa, juravit, ex parte abbatis, 1227.
R. de Munet prior de Villa Crosa, et Bernardus prior de Tortor; ex parte B. de Castellana, juravit U. de Salernis, et Poz Marseles. Fidejussores fuerunt pro B. de Castellana W. de Blieus et Is. de Calars; pro abbate idem W. de Blieus et idem Is. de Calars. Dicti vero judices, auditis et intellectis querimoniis et rancuris que erant super albergis et talliis et exactionibus et aliis gravaminibus que B. dominus de Castellana faciebat in hominibus de Villa Crosa, et auditis et intellectis attestationibus v testium de Sallernis (scilicet R. Doso, P. Gautier, Rarbert, Guitardi, Bermundi), et v de Villa Crosa (scilicet B. sacerdotis, A. Rancarel, W. Rainaunt, P. Nadal, G. Lombart), tale.... dederunt mandamentum, scilicet : quod dominus de Castellana im perpetuum habeat in hominibus de Villa Crosa III modios bladi annuatim, sicut habere consuevit. Item mandaverunt quod dominus de Castellana possit guerreiare et placitare cum castro de Villa Crosa. Item quod dominus de Castellana habeat in hominibus de Villa Crosa singulis annis duo alberga, unum in hyeme et aliud in estate, utrumque cum viginti bestiis ad plus. Item mandaverunt quod domus propria prioris de Villa Crosa ab omni exactione im perpetuum sit inmunis quantum ad dominum de Castellana. Item mandaverunt quod, quandocumque dominus de Castellana vellet venire in castro de Villa Crosa et ibi stare, posset hoc facere, et reciperent eum homines, suis tamen expensis propriis, non expensis hominum, nisi gratis vellent ei servire. Item mandaverunt quod pro cavalcatis posset exigere ab hominibus x libras raimundensium singulis annis cum per aliam terram communiter fierent cavalcate. Item mandaverunt quod dominus de Castellana tantum * in duobus casibus f° 151.
faceret in hominibus de Villa Crosa quistam, scilicet pro filia maritanda sive dotanda, et pro redemptione proprie persone si capta esset, et tunc in his duobus casibus pro quolibet posset exigere CCC solidos raimundensium. Item mandaverunt quod omnes justicias peccuniarias habeat prior in hominibus de Villa Crosa, exceptis illis quas acciperent pro effusione sanguinis, quia de illis habeat dominus de Cas-

tellana medietatem et prior aliam medietatem, et ille justicie exigerentur secundum illam formam que constituta est in terra domini de Castellana; justicias vero propter effusionem sanguinis accipiat baiulus domini de Castellana, si affuerit, cum priore vel cum ejus baiulo, vel, si baiulus domini de Castellana non interfuerit, baiulus prioris vel prior accipiat pro se et pro domino de Castellana. Item mandaverunt quod pascherium habeat dominus de Castellana in territorio de Villa Crosa, sicut habuit usque nunc; avere tamen alicujus domus religiose non possit mittere in territorio de Villa Crosa sine consensu et voluntate prioris de Villa Crosa. Item mandaverunt ut donationes et remissiones quas dictus B. de Castellana et R. ejus pater fecerunt hominibus de Villa Crosa firme et illibate perseverent in perpetuum, sicut in quibusdam cartis continetur, quas ipsi suo sigillo fecerunt sigillari, quarum una ita incipit[1] :

Oct. 1214. « In nomine Domini. Anno incarnationis ejusdem M°CC°X°III°. Notum sit omnibus.... quod ego Ruffus de Castellana et B., filius meus, ad emendationem malorum que fecimus ecclesie de Villa Crosa, tempore Radulfi prioris, donamus.... predicte ecclesie unum hominem cum toto tenemento suo, scilicet P. Malletum nomine, de Sallernis; preterea unum casalum[2] in eodem castro, ubicumque prior habere voluerit; de decimis pascherii[3] redecimationem, et corroatas quas in hominibus[4] [de] Villa Crose habebamus, ecclesie relinquimus; et unam pariam de ovibus potest prior in territorio Sallernarum adducere ad luminariam sancti Alexii, et, si non adduxerit[5] pariam, III sestaria annone habeat[6] annuatim. Hujus facti sunt testes B. de Robion[7], B. Dalmaz[8], Pellagoz Esparon[9] et multi alii. Actum fuit hoc in mense octobris[10]. »

Et alia ita incipit[11] :

[1] Sequentem chartam contulimus cum altero exemplari f° 183 v° nostri Cod. descripto.
[2] F. 183 *casale*.
[3] F. 183 *pasquerii*.
[4] *In hom.* deest f. 151.
[5] F. 151 *adduxerat*.
[6] *Habeat* deest f. 151.
[7] F. 184 *Robiano*.
[8] F. 184 *Dalmas*.
[9] Ibid. *Pelagoz et Sparonus*.
[10] *Actum f. h. i. m. oct.*, omissum f. 184.
[11] F. 184 *Chartularii Minoris* exstat alterum ejusdem chartæ apographum.

« In nomine Domini. Anno incarnati Christi M° CC° V°, mense maii. Mai. 1205.
Notum sit.... quod ego Ruffus de Castellana, testimonio proborum hominum certificatus, cognosco tibi Radulfo, priori de Villa Crosa, quod ego non debeo aliquid habere, jure dominii de Sallernis, in asisidis [1] de carteriis [2] cervorum vel aprorum vel aliarum venationum qui vel que capientur ultra la Figuerra [3] Bertaunt et ultra molendinum de Carciera [4], sicut dividit rivus [5] de Pedolcort [6] per vallum usque * ad v°.
rocam de Grimaut et usque ad collem de Sallega; sed, ubicumque caza [7] capta fuerit ultra hos terminos, scio jus dominii ad ecclesiam de Villa Crosa libere pertinere, et, si quid ad me pertinet jure dominii de Sallernis vel alio, totum tibi dicto priori et tue ecclesie desamparo. Quapropter unum carterium [8] cervi, quod mei homines ultra dictos terminos tuis abstulerent de castello de Sallernis, tibi dicto priori confiteor me reddidisse. Actum ante ecclesiam de Salernis. Testes autem ad hoc vocati et rogati fuerunt W. Gralons comendator [9] de Rua, R. d'Orsilac [10] prior de Salernis, W. Adam prior de Fabregas [11], Segonz [12] et Gozalmes, et R. Malet [13]. Ut autem, *etc.* »

Item mandaverunt ut pro alberga comitis dominus de Castellana habeat c solidos regalium in castro de Villa Crosa quamdiu comes voluerit ipsum dominum de Castellana hoc habere, *etc.*

Actum est hoc apud Villam Crosam, in viridario Beate Marie, VIII idus madii, anno Domini M° CC° XX° VII°, in presentia testium subscriptorum, scilicet A. Forojuliensis sacriste, Poz W. sacerdotis, Blanchi sacerdotis, R. Robaut sacerdotis, B. Amiel sacerdotis, R. Grossi de Flaiox, magistri Roberti, Bernardi de Alson, B. de Costa, G. de Podio Lobier, R. Roivera, W. de Blieus, Gralonis, Poz Marseles, R. de Gardana, P. Raimundi, W. Audebert, P. Rancurel, A. Rancurel, Marcellini Bermon, U. de Salernis, W. Rigaunt, Horseti. Et ego P. de Castel-

[1] F. 184 *aficisidis*.
[2] F. 151 *quateriis*.
[3] F. 184 *Figieira*.
[4] F. 184 *Cartieira*.
[5] F. 151 *rius*.
[6] F. 184 *Pesolcort*.
[7] Id est, nisi fallimur, *venatio*, gall. *chasse*.
[8] F. 151 *carcerium*.
[9] F. 184 *Grailons*, *commendator*.
[10] F. 184 *de Orsilac*.
[11] F. 184 *Fabercis*.
[12] F. 184 *Segons*.
[13] F. 184 *Malez*.

lana, tunc scriptor domini B. Forojuliensis episcopi, interfui, qui, de mandato dictorum episcoporum et de voluntate parcium, hanc cartam scripsi.

986.

De Cloquerio.

1206. Noverint universi.... quod ego Raimbaudus de Bello Joco, gravi infirmitate laborans apud Falconum, in ultima voluntate mea,... donavi sancte Marie de Clochario ut de cetero esset libera et quieta, tam ipsa
f° 152. quam ecclesia sancti Clementis del * Verneto et homines sui qui pertinent ad ecclesiam de Clocherio, a taliis et quistis et ab omnibus aliis exactionibus que poterant a me exigi vel heredibus meis, et ut de cetero nulle in eis exactiones a meis heredibus fiant modis omnibus prohibeo, exceptis albergiis et cavalcatis que majori domino pertinere noscuntur.... Inde fuerunt testes Pe., Ismido Dignensis episcopus, et Raimundus prior sancti Petri de Jochis, Agnes uxor ipsius Raimbaudi, Arnulfus Motetus, Po. Richau de Barlis, Bos de Bello Joco et frater ejus Lantelmus, Po. Ricaut de Bello Joco, Datia de Sancto Vincentio, Rostagnus Giraudus, Enavaza, Audebert Dignensis, Jo. Bermundus clericus, Pe. Arnaudus et plures alii.

Factum est autem hoc incarnationis dominice anno millesimo cc° vi°.

987.

De Cloquerio.

Jun. 1227. Notum sit... quod ego R. de Bello Joco dominus recognosco libertatem quam dominus R., pater meus [1], donavit ecclesie de Cloquerio et ecclesie de Verneto et hominibus qui ad ecclesiam de Cloquerio pertinere noscuntur, ita ut ab omnibus exactionibus, talliis et quistis que poterant ab illis exigi vel ab heredibus suis predicti homines liberi et exempti in eternum permanerent, preter albergias et cavalcatas que ad majorem dominum pertinere videntur.... Hanc predictam libertatem

[1] Vid. superiorem chartam.

ego R. de Bello Joco dominus confirmo tibi R. de Buxeto priori de Cloquerio, laudo et concedo.... Specialiter autem dono, concedo et laudo hanc eandem libertatem P. Bona Fos et Johanni Bona Fos et P. Arnaudo et Juliano Arnaudo et heredibus eorum qui morantur apud Vernetum, sicut libere et pacifice domina Raibalda de Roago possidebat et habebat pro dote, exceptis albergiis et cavalcatis et quistis semel in anno factis, *etc.*

Actum est hoc anno Domini M° CC° XX° VII°, mense junii, apud Bellum Jocum ante Sanctum Marcellum, presentibus ad hoc vocatis testibus : domina Roais, Lantelmeto, M. Douza, P. Douza, Audebert Douza, P. Laugerii, Bruneto, Bonofazi, Guidone, W. Canportino, et Bertrando canonico, qui hanc cartam scripsit. v°.

988.

De Cloquerio.

Noverint universi quod, cum controversia verteretur coram venerabilibus domino Bernardo archiepiscopo Ebredunensi et Petro abbate sancte Crucis et Petro Rotberti canonico Ebredunensi, a domino papa judicibus delegatis, inter ecclesias de Cloquerio et de Ouchis, super decimis terrarum quinque hospiciorum militum, scilicet domini de Bello Jocco, et quattuor hospiciorum militum, videlicet Bosonis, Rostagni Giraldi, Hugonis Galfredi, Poncii Rigaudi, et eorumdem sepulturis, et parrochianorum Belli Joci sepulturis, et de decimis vinearum de Ponte et de Condamina et de Recocto superiori et inferiori et de Villa Croso [1] et de Cerasia et de Deveso et de Ouchis et de Scala et de Colla Rotberti, et de octo sextariis [2] bladi de Mariaudo, tandem in nos, qui eramus super ista controversia a domino papa judices delegati, compromiserunt, de assensu abbatum utriusque prioris, prestito juramento ab Andrea priore de Ouchis et ab Jordano tunc priore de Cloquerio, sub pena mille solidorum viannensis monete hinc inde a partibus sollempniter stipulata. Nos autem.... sic composuimus inter ipsos, videlicet ut decime terra- 1218.

[1] Fort. pro *Villa Crosa.*

[2] Cod. *sextarii.*

rum agriculture dictorum quinque hospiciorum et eorumdem decendencium[1], si eas excolerent, domus de Ouchis medietatem perciperet et domus de Cloquerio aliam medietatem; si vero eas darent ad excolendum vel ad servicium usque ad taschiam que nona pars appellatur per medium dividerent decimas pretaxatas[2]; si autem ad taseam darentur predicta, ex tunc tota decima esset ecclesie de Ouchis. Item diximus de Mariaudo quod redderet domus de Ouchis octo sextarios bladi, per medium annone et tremsalle, domui de Cloquerio annuatim. Si vero dicte terre reducerentur ad vineas, sicut dictum est, communiter dividerentur inter eos decime. Item decime vinearum de Ponte et
f° 153. de Condamina que est de Recocto Inferiori, * quam tunc possidebat domus de Cloquerio, similiter essent predictis ecclesiis communes. Omnes vero decime alie vinearum predictorum locorum essent ecclesie de Ouchis. Item diximus quod domini quinque hospiciorum dictorum et ab eis decendentes tantum sepeliantur apud Cloquerium, ita quod apud Ouchas non possent eligere sepulturam nec apud ecclesias de Bello Joco; ceteri vero parrochiani de Bello Joco habeant liberam electionem sepulture sine admonitione tamen utrinsque domus; electio autem sepulture parrochianorum dictorum debet fieri coram cappellano de Bello Joco vel ejus clerico; qui vocati, si presentes esse non poterint, coram ydoneis personis fiat dicta electio sepulture.

Acta sunt hec apud Ebredunum, in ecclesia sancti Saturnini extra muros, anno ab incarnatione Domini M° CC° X° VIII°, in presentia testium subscriptorum, ad hoc vocatorum et rogatorum, videlicet Willelmi Bermundi Ebredunensis canonici, Bertrandi Raumbaudi canonici Ebredunensis, Giraudi de Roca monachi prioris de Romolon, Willelmi monachi prioris de Caturicis, Garnerii cappellani Ebredunensis, magistri Eligii cappellani domini archiepiscopi, Trucheti cappellani Ebredunensis, Bertrandi de Salice, Johannis Gueelini clerici, Poncii Arberti militis Castri Radulfi, Mazoti burgensis Ebredunensis, Bermondi de Romolon monachi, magistri Radulfi notarii domini archiepiscopi. Ad majorem, *etc.*

[1] Sic.

[2] Cod. *pretexatas.*

989.

De Cloquerio.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ejusdem secundum carnem millesimo CC° XXX° VI°, III° idus novenbris. 11 nov. 1236.

Nos R. Berengarius, Dei gratia comes et marchio Provincie et comes Forcalcherii,... concedimus Deo et beate Marie et monasterio sancti Victoris Massiliensis et tibi Raimundo de Boisseto, priori beate Marie de Clocherio, ut tu vel prior quilibet in dicta ecclesia futurus possitis ad fidelitatem nostri et nostrorum edificare munitionem, castrum seu villam facere ubicumque volueritis in territorio de Chaudol, sub ea libertate, franquisia seu immunitate quam dicte ecclesie et tibi et hominibus de Chaudol concessimus et donavimus, sicut in instrumento inde facto per manum B. Raimundi, publici nostri notarii, et sigilli nostri munimine roborato, plenius continetur, scilicet quod dicti homines de Chaudol, * pertinentes ad dominium predicte ecclesie beate v°.
Marie de Clocherio seu monasterio sancti Victoris supradicto, non teneantur nobis vel nostris facere cavalcatas, volentes etiam ne dicti homines pro nobis vel pro alio aliquo ire teneantur in aliquem insultum vel in aliqua malefacta.

Actum apud Brinonem, in palatio, in camera domini comitis. Testes fuerunt Rommus de Villa Nova, frater Gilius monachus de Monte Rivo, P. de Bromeses, Jo. Cannabancius, Durantus Spica, P. Balbus, Phylippus, et ego Raimundus, publicus notarius a domino R. Berengario illustri comite Provincie institutus, qui, mandato ipsius, hanc cartam scripsi et sigillo suo sigillavi et hoc signum meum apposui.

990.

De Gigorz.

(Ed. in *Gall. christ.*, III, instr., 206.)

Anno ab incarnatione Domini M° C° XL° VI°.

Ego Willelmus, Ebredunensis archiepiscopus, tenebam sub excommunicatione Isoardum Bastart pro injuriis et injustis oppressionibus 1146.

quas faciebat in villa de Gigorz. Convocatis igitur tam abbate Massiliensi quam predicto Isoardo, in presentia nnostram Ebredunum venire jussimus, ibique, presentibus episcopis Dignensi, Senecensi, Glanatensi, Vincensi et canonicis nostris, utriusque partis rationes diligenter audivimus. Conquerebatur enim abbas de predicto Isoardo quod in predicta villa de Gigorz injustas exactiones, videlicet quistam et toutam et albergos et justicias faceret et feudales suos sibi auferret. Ipse vero Isoardus conquerebatur de abbate et monachis ejusdem ville de quadam condamina quam dicebat eos habere tantum in pignore, et de decimis quibusdam, videlicet Rodulfo Zufet. Quia vero Isoardus propter predictas et multas alias injurias et exactiones abbati et monachis de jure satisfacere non poterat, jussimus ut Isoardus poneret se in manu abbatis sub jurejurando cum septem militibus, pro omnibus istis arbitrio suo ei satisfacturus. Quo peracto, et sacramentis omnibus, sicut jussimus, prestitis, et causa diligenter examinata, consilio predictorum episcoporum qui aderant, in presentia nostra et canonicorum nostrorum G. prepositi et aliorum canonicorum et predictorum episcoporum, Isoardus remisit abbati querelam quam faciebat de condamina et de decimis et de omnibus de quibus conquerebatur, et insuper juravit cum duobus militibus, Isnardo, Petrus Oli, quod in predictam villam de Gigorz quistam neque toutam neque albergos neque aliquam
f° 154. *exactionem deinceps per vim faceret nec justicias, excepto de tribus causis, scilicet de adulterio et homicidio et campali bello, et etiam si aliqua controversia esset quam prior terminare non posset, hoc observato ne priori ipsius loci aliquam occasionem quominus justiciam facere posset aliqua calliditate impediret et ne homines in justicia facienda inmoderate condempnaret.

Signum G., Ebredunensis archiepiscopi. Signum Guillelmi prepositi. Signum Guigonis. Signum B. sacriste. Signum Berengarii Magistri. Signum G. de Roca Fort. Signum G. Rotbert. Signum R. de Bel Joc. Signum A. de Turias. Signum Giraut de Turias. Signum B. Ripert. Signum R. Ripert. Signum Guidonis, Dignensis episcopi. Signum Aldeberti, Senecensis episcopi. Signum Humberti, Glamnatensis episcopi. Signum Lamberti, Vencensis episcopi.

991.

De Gigorz.

Anno ab incarnatione Domini M° C° LXXX° III°.

Ego P., Ebredunensis archiepiscopus, audivi causam que inter 1183.
W. de Turriis et monasterium de Gigorz vertebatur, et..., inspecto instrumento et litteris predecessoris nostri W. bone memorie Ebredunensis archiepiscopi[1],... de consilio domini P. Niciensis episcopi et aliorum virorum prudencium, prescripte cause sentenciam duximus confirmandam. Prefatus etiam W. jurejurando firmavit quod contra latam sentenciam nullatenus veniret. Hec controversia fuit inter Isoardum patrem prefati W. et abbatem, *etc.*

Hujus cause confirmationi interfuerunt magister Gotefredus cano- v°.
nicus sancti Rufi, prior Poncius, Berardus, Attenulfus de Turiis, Radulfus Tornator, P. Arnulfus, P. Audemarius, Gi. Bonosa, Esuvo Broca, P. de Austeu, Lam de Turriis, G. Giral, Jaurellus, Mar. Paustura.

992.

De valle Turriis.

Ne cursu temporis, *etc.* Ad noticiam cunctorum... volumus per- 1193.
venire tenorem compositionis que facta fuit inter R. electum monasterii Massiliensis[2] et Poncium Alberti priorem de Gigornis, ex uno latere, et Raembaldum de Bello Joco[3] et Mateldem ejus uxorem, ex alio. Concessit siquidem et donavit in feudum et secundum feudi tenorem habendum R. electus, consilio fratrum et Poncii Alberti monachi[4], Raembaldo de Bello Joco et liberis suis quos ex Matelde genuerat quicquid, scilicet terciam[5], Pontio Arberti de successione paterna et de successione fraterna contingebat aut pertinebat..., pacto tamen tali... ut Raembal et ejus uxor et eorumdem liberi, more bene-

[1] Vid. sup. n. 990.
[2] Ronselinus, aut Raimundus.
[3] Idem qui testamentum a. 1206 condidit. Vid. sup. n. 986.
[4] Cod. *monachus*.
[5] Subaud. *partem*.

ficiatorum, fideles sint et fautores, adjutores et defensores Massiliensis monasterii in his que in presentiarum quiete possidet vel in antea juste est adquisiturus, et albergas annuatim facerent (non diffinito numero sociorum aut equitaturarum) abbati aut priori majori, ubicumque in valle de Turrias ipsi eligerent faciendas. Pro suscepto quoque beneficio, nomine proprio et liberorum, more feudalium, juravit R. electo et suis successoribus vitam et membra et cetera que superius sunt conprehensa; et successoribus electi ipse et ejus liberi et eorumdem successores idem jurare tenentur. Pro atrocibus quoque et quam pluribus injuriis et dampnis gravissimis et exactionibus violentis monachis et rebus monasterii a Raembaldo et suis inflictis, componunt et emen-
f° 155. dant et vice mutua compensant Raembaldus * et Mateldis ejusdem uxor, et monasterio donant et concedunt et guirpiscunt decimas quas percipiebant etiam tunc temporis in territorio de Narboncia. Concedunt etiam et absolvunt et firmitate perpetua firmari volunt quascunque exactiones, justas sive injustas, antecessores Mateldis, sive nomine cavallatici sive justiciarum aliarumve quarumcunque exactionum quecumque excogitari possunt,... facere consueverunt in hominibus qui in villa Gigornis et in castro de Bellafaire modo morantur vel in futurum aliunde venientes sub nomine monasterii fuerint moraturi. Eadem namque libertate homines monasterii Gigornis et Bellafaire congaudere volunt et concedunt. Donant etiam monasterio, siquidem in villa de Gigornis, quod[1] proprietatem pertinet eorumdem, exceptis dominiis que a militibus in eadem villa eorum nomine possidentur, et excepto eo quod homines monasterii in tribus casibus (scilicet pro duello, pro homicidio et adulterio), non tamen multa peccuniaria, justiciare potest. Donat preterea Raembaldus et concedit et absolvit monasterio Massiliensi et ecclesia[2] de Cloquerio, omni calliditate semota, quicquid, quocunque jure, quacunque ratione, in claustro vel villa vel hominibus de Cloquerio facere consuevit, excepta comptalia; et villam de Cloquerio, etiam quantumcunque fuerit augmentata, libertate jugi et firma in perpetuum gaudere concedit. Ut autem supradicta omnia robur

[1] Fort. suppl. *ad*.

[2] Sic.

habeant et firma permaneant, ipse Raembaldus firmando manu[1] propria, nomine tam proprio quam uxoris et liberorum, juravit. Isti omnes juraverunt : Ismido Broca, Fulcho de Turrias, Raembaldus de Turrias, Geraldus de Turrias, Guichardus de Turriis, Radulfus de Bellafaire, W. Arnulfus, Bertrandus de Aiglezino, Bos de Turriis, Bertrandus Rotbertus, W. Jordanus, Radulfus Tornellus, Ugo Arnaldus, Petrus de Monte Ferran. Fidejussores sunt : Arnulfus Motez, W. Arnulfus del Caire, Poncius Ricavus de Bailes, W. Arnulfus de Savina, Arnulfus de Ventairol. Testes sunt : P. de Cerveria, U. de Doalon, Solatius, Rotgerius, Poncius de Monte Rotato, Isnardus Paillerius, G. de la Bredola, Lantelmus de Turrias, Rai. de Turrias, Poncius Arberti, isti omnes monachi ; Poncius Peregrinus, Radulfus Tornator, Fredelanus, P. Pastura, Johannes Pastura, Petrus Arnulfus, Guirbertus presbiter, Isoardus David, P. de Brachio, W. Arnaldus, Attanulfus de Curbanno, Girenus de Turriis et filius ejus, P. de Podio Nigro, P. Raimbaldi, Geraldus Romeus, Fornerius, Stephanus Flaccus, Petrus Radulfus, Poncius Gauzaldus.

993.

v°.

In nomine, *etc.* Anno incarnationis ejusdem M° CC° XXX° V°, mense aprilis, X° III° kalendas maii. 19 apr. 1235.

Nos W., Dei miseratione Vapicensis ecclesie episcopus, arbiter seu arbitrator super controversiis que vertebantur inter dominum P. abbatem sancti Victoris Massiliensis et P. priorem de Gigorz, ex una parte, nomine ecclesie de Gigorz, et nobilem virum W. de Turriis, ex altera[2].... Petebant siquidem dictus abbas et dictus prior ut ipse W. de Turriis cessaret a cavallatico et a quistis et talliis et ab omnibus aliis exactionibus quas dictus W. in hominibus ecclesie de Gigorz faciebat et percipiebat. Item dicebat quod dictos homines compellebant ire ad malefacta vicinorum suorum et ad faciendas clausuras et edificia castrorum suorum, et quod homines ecclesie compellebat firmare et litigare in manu sua pro civilibus causis. Item petebat ab eo quemdam

[1] Cod. *manu nomine propria tam proprio q.*

[2] De quo compromisso vid. sup. n. 922.

mulum precio cccorum solidorum, quem ipse W. commodatum acceperat ab R. de Bagar, condam priore ecclesie de Gigorz. Item, quia compellebat et prohibebat homines et clericos ecclesie de Gigorz ne extraherent bladum suum, vendendi causa, a valle de Turriis, et de quibusdam querimoniis que in libello eorum continebantur. Et e converso petebat dominus W. a dicto abbate et a priore ecclesie de Gigorz, nomine dicte ecclesie, condaminam quandam de Celaus, cum appenditiis et vineis et quibusdam aliis que dicta ecclesia possidet in dicto territorio de Celaus, et quingentos solidos viennensium nomine pene promisse sibi a Bono Filio, condam abbate Massilie, et commisse, sicut ipse dicebat, et quedam alia que ecclesia possidebat de Gigorz data sibi a quibusdam militibus suis de feudo suo sine suo consensu, et de quibusdam aliis que in libello ejus continebantur. Igitur.... mandamus quod dictus W. de Turriis... desistat et gerpiscat Deo et dicto domino abbati et ecclesie de Gigorz et hominibus dicte ecclesie dictum cavallaticum et quistas et toutas et omnes alias exactiones..., et omnes justi-
f° 156. cias et firmancias in omnibus casibus...*, exceptis tribus casibus, scilicet adulterio et homicidio et campali bello, sicut inveninus in instrumentis venerabilium patrum nostrorum Petri et Willelmi, archiepiscoporum Ebredunensium[1], et in instrumento domini R. de Bello Joco, condam patris ipsius Willelmi[2]..., et excepto banno fracto de nocte, in quo percipiat duas partes dictus W.; scilicet justicias in predictis tribus casibus et bannum predictum volumus predicto W. et heredibus ejus in perpetuum pertinere. Item... quod homines ecclesie de Gigorz non compellantur nec possint compelli ire vel mittere ad insultus vel malefacta vicinorum vel aliquorum hominum per ipsum W. vel per successores ejus. Ad defensionem vero terre vallis de Turriis et ad clausuram castri de Bellafaire, mandamus quod homines ecclesie de Gigorz teneantur et possint compelli, sicut olim consuetum est, in valle ista de Turriis. Item... quod clerici et donati et fratres ecclesie de Gigorz et ipse prior ecclesie libere possint portare et extrahere de valle de Turriis et vendere ubi voluerint, preterquam inimicis terre, omne

[1] Vid. sup. nn. 990 et 991.

[2] Sup. edit. n. 992.

bladum suum et vinum quodcunque habuerunt ex laboribus vel a proventibus suis; cavalcatas vero que colliguntur vel mandantur in valle de Turriis occasione comitis teneantur homines de Gigorz facere, vel si denarii inde colligantur teneantur solvere partem suam sicut olim consueverunt in dicta valle. Ista autem omnia... mandamus quod dominus abbas recipiat pro frairesca et parte Arnulfi, filii dicti W. de Turriis, quem ipse W. donavit et dedicavit monasterio Massiliensi... Item volumus et mandamus quod dominus abbas et prior de Gigorz et monachi qui modo presentes sunt donent et concedant in beneficium personale ipsi W. de Turriis, per totam vitam suam tantum habendum et possidendum, ut possit percipere et habere ab hominibus ecclesie de Gigorz singulis annis cavalcatum sicut percipere consuevit, et pro omnibus aliis talliis et quistis et aliis exactionibus... percipiat dictus W.* singulis annis ab hominibus dicte ecclesie LX solidos viennensium v°. tantum. Item, si dictus dominus W. vel filii ejus milites efficerentur, vel si maritaret filias suas, vel si (quod Deus avertat!) caperentur ipse vel ejus filius, homines dicte ecclesie tenerentur, sicut alii homines vallis de Turriis, mittere et facere partem suam sicut olim facere consueverunt; hoc tamen non transeat vel extendatur ad heredes ipsius Wi... Item volumus et mandamus quod omnia quecunque dicta ecclesia de Gigorz habet hodie vel possidet, sive donata sint vel a[c]quisita ei, sive ex feudo domini Wi. vel aliunde, libere habeat et possideat in perpetuum, sine ipsius Wi. et successorum suorum contradictione. Item... quod, pro tercia parte de valle de Turriis, quam dicebat dominus abbas ad monasterium nomine Poncii Arberti monachi pertinere, dictus W. et ejus heredes teneantur facere albergum domino abbati vel priori majori sancti Victoris Massiliensis, cum venerit in predicta valle, semel in anno, non diffinito numero personarum vel equiturarum, et donare civatam ubicumque abbas vel prior voluerint in predicta valle excepto Gigorz; et fidelitatem pro dicta tercia parte facere teneantur, si de voluntate domini comitis Provincie processerit; et, si contigerit dominum comitem Provincie hoc velle, teneantur facere, infra quattuor menses facta denunciatione dicto W. vel ejus heredibus, supradictam fidelitatem abbati vel successoribus suis. Ab omnibus vero aliis, *etc.*

Actum anno Domini et mense et die quo supra, apud Gigorz, in viridario post ecclesiam, presentibus infra scriptis, videlicet : W. de Sancto Michaele, B. procuratore Vapicensi, W. sacrista Mimatensi, R. de Mont Bonot, Heme canonico Vapicensi, G. de Bonna, P. Bon, G. de Podio, canonicis Sistaricensibus, B. Maceia, B. Riperts, W. Pastura, sacerdotibus, W. Rognini, R. Tronel, W. Achartz, G. Mol, Olivarius clericus, Po. de Mont Ferrant, Bergier, G. Rolant, monachis. Et nos W., Dei gratia Vapicensis episcopus, hujus cause arbitri sive arbitratores, hanc presentem cartam bulla nostra plumbea hic pendente sigillari fecimus in testimonium rei geste.

f° 157.

994.

17 sept. 1235. De Gigorz.

In nomine, *etc.* Anno ejusdem secundum carnem millesimo cc° xxx° v°, x° v° kalendas octobris.

Nos Raimundus Berengarius, Dei gratia illustris comes et marchio Provincie et comes Forcalcherii, ad postulationem venerabilis patris Petri, abbatis sancti Victoris Massiliensis, approbamus et confirmamus compositionem... seu mandamenta que inter prefatum P. abbatem et Petrum tunc priorem de Gigorns, ex una parte, et nobilem virum W. de Turriis, ex altera[1],... cognovimus esse prolata,... exceptis tamen justiciis que in tribus casibus prefato W. de Turriis .... sunt adjudicate in hominibus ecclesie de Gigorns, videlicet de adulterio, de homicidio et campali bello, quas ad nos de jure dicimus pertinere, et excepto quod ibidem dicitur de denariis pro cavalcatis nostris colligendis, quod fieri posse dicimus per quandibet personam, prout de nostra fuerit voluntate... Item, eodem anno et die, vobis, memorato P. abbati, ... confirmamus totum jus et dominium quod vobis.... est acquisitum in tercia parte terre tocius vallis de Turriis, *etc.*

Actum apud Sistericum, in viridario quod est infra curtem domus

[1] Vid. sup. n. 993.

domini comitis supradicti. *Testes fuerunt dominus R. Regensis [et] v°.
dominus R. Forojuliensis episcopi, magister Galterius cantor Regensis, P. cappellanus, et P. scriptor dicti domini episcopi Forojuliensis; R. de Bagarren, P. Rostagnus, monachi Massilienses; frater Dulcianus monachus Floregie, G. de Podio canonicus Sistericensis, W. prior de Valerna, B. Ruphus et Munnius, clerici, et multi alii; et ego Raimundus, publicus notarius a domino R. Berengario illustri comite Provincie institutus, qui, mandato ipsius, hanc cartam scripsi et sigillo sigillavi ejusdem et hoc signum meum apposui.

995.

De Manuasca.

In nomine, *etc.* Anno ab incarnatione Domini M° CC° XVI°, indictione 20 sept. 1216.
III^a^, XII kalendas octobris.

... Cunctis pateat... quod de controversia que vertebatur super jurisdictione sive dominio et libertate quorumdam hominum et possessionum et aliarum rerum apud Manuascam existentium infra villam et extra, coram nobis B. Aquensi archiepiscopo, et B. Cavellionensi et R. Sistaricensi episcopis, qui ex delegatione summi pontificis cognoscebamus de dicta controversia, que inter dominum Bonum Filium, abbatem monasterii sancti Victoris Massiliensis, et Albertum, sindicum ejusdem monasterii, ex una parte, et dominum Seinnoretum, vice priorem hospitalis sancti Egidii, nomine hospitalis Jerosolimitani, ex altera, compromiserunt stare mandato et compositioni nostre.... Promisit siquidem abbas, *etc.*, sub pena X milium solidorum regalium coronatorum.... Johannes Follaquerius, prior claustralis dicti monasterii, mandato expresso dicti abbatis juravit, *etc.* Versa vice dictus Seinoretus, mandato expresso et consensu[1] Aimerici * de Pace, pre- f° 158.
ceptoris majoris in cismarinis partibus hospitalis Jerosolimitani sancti Johannis, promisit sub pena X milium solidorum regalium, *etc.* Conquerebatur siquidem dictus abbas et sindicus ejusdem monasterii[2]

[1] Cod. *concensu.*

[2] Hic nonnullæ voces omissæ fuerunt.

exactiones indebitas faciebat, cum domus helemosine et ecclesia beate Marie et sui homines longissima et pacifica gavisi fuissent plenarie libertate. E contra, memoratum Hospitale et dictus Seinoretus firmiter asserebant quod in memoratis hominibus monasterii apud Manuascam facere poterant exactiones quascumque faciebant in ceteris hominibus Manuasche, videlicet comtaliam, cavalcatas, corroatas, lesdas, tascas, lingas bovum et lumbos porcorum, justicias omnes tam civiles quam criminales, firmantias, fidelitates, juramenta, bannum vini tam in ea quam in domo helemosine quam in hominibus ecclesie, precones, banniarios, claves portalium. Hec omnia abbas dicti monasterii et sindicus denegabant; immo dicebant quod ecclesia beate Marie et domus helemosine et homines monasterii plenissima debebant gaudere libertate. Item dicebat quod ecclesia * sancte Marie habebat breve suum et homines suos in villa de Manuasca, in quibus habebat plenariam jurisdictionem. Item dicebat quod homines commorantes in tenemento ecclesie sancte Marie de Manuascha liberi erant et immunes ab omni exactione. Item dicebat quod prior sancte Marie de Manuascha et homines sui tenementi munire consueverant superius portale, quod portale est in tenemento ecclesie supradicte. Item quod ecclesia vel homines ejus consueverunt ponere precones in villa de Manuascha. Item quod ecclesia sancte Marie mittebat banniarium in Asperels. Item dicebat quod plenam habebat jurisdictionem in hominibus suis, scilicet in firmanciis, in justiciis tam civilibus quam criminalibus; item corroatas. Item petebat ab hospitalariis v solidos censuales quos hospitalarii debebant dare annuatim dicte ecclesie pro foro. Item dicebat quod hospitalarii tenebantur facere pontes super bedalia per que solebat iri ad molendina ecclesie sancte Marie de Manuascha. Item dicebat quod ecclesia beate Marie de Manuascha consuevit coquere panem suum in furno Vetulorum pro dominio. Item quod domus helemosine consuevit tenere cupam vini pro ecclesia beate Marie de Manuascha pro dominio, ad cujus mensuram omnes alie cupe vini communiter mensurantur in villa de Manuascha et consueverunt mensurari. Item dicebat quod emina salis tenebatur pro ecclesia cum qua mensurabatur sal in villa Manuache et pro ea debebat habere eminam salis et VI denarios censuales et hoc

v°.

pro domino. Item dicebat quod homines ecclesie debebant esse immunes ab omnibus quistis, talliis, exactionibus et quibuscumque gravaminibus quantum ad hospitalarios.... De consensu[1] utriusque partis mandamentum nostrum sive compositionem formamus et dicimus in hunc modum : in primis volumus et mandamus quod hospitalarii habeant in hominibus ecclesie de Manuascha contaliam, cavalcatas, quando alii homines ville de Manuascha facient communiter cavalcatas; * linguas bovum et lumbos porcorum, quando boves et porcos 1° 159.
vendent in marcello; justiciam sanguinis in criminibus que mortem exigunt vel membrorum detruncationem; justiciam vero pecuniariam ab hominibus ecclesie nullo modo habeant. Item fidelitatis juramentum prestent hospitalariis quod personas eorum et castrum Manuasche et res eorum omnes contra quemlibet inquietantem[2] fideliter pro posse suo defendant; et hoc juramentum prestent cum alii homines ville de Manuascha communiter prestabunt. Item in ecclesia et in domo helemosine et in hominibus ecclesie bannum vini per xv dies habeant. Item precones instituant et banniarios. Item claves portalium teneant. Preterea volumus et mandamus quod ecclesia beate Marie de Manuascha et domus propria ecclesie et domus helemosine plenariam habeant libertatem, eo excepto quod de banno vini supra diximus. Item quicumque se et sua dare ecclesie jam voluerit dicte, sit ei licitum, ita quod, si de voluntate hospitalariorum illi qui ab eis predia possident vel possessiones, ea in ecclesiam transtulerint, ecclesia ea habeat; si vero hospitalarii possessiones que[3] eorum nomine possidentur in ecclesiam transferri non permiserint, vendantur predia seu possessiones, hospitalariis nullum in ipsis venditionibus impedimentum prestantibus, et precium earum ecclesia habeat. Item sepe dicta ecclesia beate Marie plenariam habeat jurisdictionem in hominibus suis de Manuascha, scilicet in firmanciis, in justitiis, exceptis his que supra diximus ad hospitalarios pertinere. Dicimus autem homines ecclesie esse illos qui sunt infra tenementum a testibus[4] designatum, quod est a portali superiori usque ad furnum superiorem et usque ad ecclesiam sancti

[1] Cod. *concensu.*
[2] Cod. *inequietantem.*
[3] Cod. *qui.*
[4] Cod. *attestibus.*

Johannis, et a domibus Robertorum et Bernardoni[1] usque ad domum que fuit Odonis, et, ex alia parte, a domibus Rostangni Rainaldi usque ad domos des Guerricus, et a domibus Imberti Fabri usque ad ecclesiam beate Marie, et subtus ecclesiam domos dels Viels et usque ad domos W. Borgondionis, et tenementum Johannis Fanditi et molendinum P. Gausi, sicut nobis sufficienter per testes ydoneos est probatum. Item corroatas habeat ecclesia in hominibus suis; item, bannarium in Asperels; item, mensuram salis habeat, et pro ea eminam salis et vi denarios censuales. Item habeat v solidos pro foro ab hospitalariis censuales. Item in furno Vetulorum dequoquant panem suum absque furnagio. Item hospitalarii teneantur reficere pontes bedalium quo[2] itur ad molendina monachorum. Item homines ecclesie immunes sint a lesdis et coseis[3], a talliis et quistis, exactionibus et quibuscumque gravaminibus quantum ad hospitalarios, exceptis, *etc.*

v°. Acta sunt hec Aquis, in cimiterio ecclesie sancti Salvatoris, coram R. Aldeberti preposito Aquensi, et P. Odoni sacrista Aquensi, et preposito Cavellicensi, preposito Insule, Hu. de Forcalcario Aquensi canonico, magistro Martino priore de Bucco, Isnardo de Romulis, Isarno, Salmone, Alberto, W. Laugerii, causidicis, et coram aliis multis viris et probis hominibus ibidem existentibus.

996.

De Cellans.

12 aug. 1157. Ex presentis inspectione instrumenti notum sit omnibus presentibus et futuris quod Oliverius de Cellans, propter inveteratam querimoniam quam Massilienses abbas et monachi de eo faciebant, ad curiam domini Raimundi Berengarii, Barchinonensis comitis, vocatus veniens, ab ipso domino comite semel et iterum requisitus est si mallet quod causa sua judiciario ordine procederet, an amicabili pacto lis sopiretur. Ipse vero Oliverius, injustissime cause sue diffidentia, eventum judicialis

[1] Fort. pro *Bernardorum*.
[2] Sic.
[3] Fort. corrig. *toltis*, vel potius *tascis*.

arbitrii metuens, cum predictis Massiliensibus monachis coram proceribus curie in hunc modum transegit. Illi itaque improbande consuetudini qua consuetudine ipse Oliverius homines monachorum in castello de Cellans, in dimidia videlicet parte castelli ipsorum monachorum, habitantes vexare et gravare exactionibus improbis consueverat, in presentia comitis et nobilium curie, in perpetuum sine retentione aliqua renunciavit; et quod predictis hominibus monachorum contra voluntatem eorum nichil penitus de cetero exigat, suo et filiorum suorum jurejurando firmavit; et, si negligentia seu calliditate aliqua (quod absit!) jusjurandum infringeretur, pro pena jurisjurandi contempti in mille solidos domino comiti se obligavit, et Bertrandum de Signia fidejussorem dedit. Ipse vero comes pro hujuscemodi conventione ab Oliverio et filiis ejus im perpetuum servanda, mandante et rogante ipso Oliverio, Massiliensi monasterio et monachis fidejussor extitit. Quod autem usque ad hujus tempora placiti iste Oliverius hominibus monachorum rapuerat et extorserat, pro bono pacis, ut huic placito perpetuo staretur, remissum ei fuit et condonatum. Hujus autem amicabilis placiti nobiles curie, presentem paginam sua subscriptione signantes, testes facti sunt : Guinandus videlicet de Simiana, Bernardus de Bello Loco, Artaldus de Castro Novo, Arnaldus de Lercio, Arbertus de Castro Vetulo, Gaufridus Massiliensis, Porcellus Arelatensis, * f° 160.
Truandus de Laurada, Ugo de Rocca Fort, Gaufridus de Torreves, et Bertrandus de Signia. Signum Raimundi comes.

Acta sunt hec[1] incarnationis dominice millesimo c° l° vii°, indictione v, pridie idus augusti, in pratis Ciliani residente curia comitis. Ego Guillelmus Petri, scriba curie comitis, subscripsi.

997.

De Guardana.

Noverint universi.... quod, anno incarnationis dominice m° cc° xvii°, Jan. 1218.
mense januarii, ego Mabilia, domina Montilis et vicecomitissa Massiliensis,... dono et concedo.... monasterio sancti Petri de Guardana et

Suppl. *anno*.

tibi B. de Cerveria, priori ejusdem monasterii, et successoribus tuis, donationem... perfectam quam[1] Bonifacius et Claria uxor ejus fecerant eidem monasterio.... Pro hac vero donatione.... recognosco a te habuisse et recepisse LX solidos regalium coronatorum, *etc.*

Acta sunt hec in domo Acelmeti, coram testibus ad hoc convocatis: Sesterone sancti Victoris monacho, Isoardo domini G. Ade baiulo, domina Guitborja, Acelmeto ejusdem filio, domina Tiburga. Et ego magister Juvenis, domini G. Ade et domine Mabilie notarius, eidem donationi interfui, qui, mandato domine Mabilie, presentem cartam scripsi, et sigilli sui munimine dictam cartam roboravi, et desuper signum meum apposui.

998.

De Jullanis.

13 nov 1214. In nomine Domini. Amen. Manifestum sit.... quod ego Roncelinus, Dei gratia dominus et vicecomes Massilie, necessitate compulsus et a
v°. quibusdam creditoribus meis vehementer * coactus,... vendo.... tibi Guillielmo de Aligno, abbati monasterii sancti Victoris Massiliensis,... totum castrum meum de Jullanis..., precio scilicet centum librarum regalium coronatorum, quorum singuli LX solidi valent nunc singulas marcas argenti meri.... Sciri tamen volo quod predictum castrum de Jullanis.... in divisione terre pertinentis extra Massiliam ad dominum tholonei facta inter me Roncelinum, Ugonem de Baucio et Baralam, uxorem ejus, filiam quondam Barralis fratris mei, et Giraldum Aemarium et Mabiliam, uxorem ejus, filiam quondam Guillielmi Grossi,
f° 161. fratris mei, per sortem seu per portionem michi * dicto Roncellino obvenit[2].... Dictum castrum.... tibi.... irrevocabiliter dono donatione inter vivos habita..., ita quod, nomine deceptionis dimidie vel nomine supplementi vel alterius rei occasione, nunquam contra te.... agere valeam..., renuncians illi legi que dicit quod, si venditor deceptus fuerit ultra dimidiam justi precii, vendicio re[s]cindatur vel justum pre-
v°. cium suppleatur....* In vos et in omnes vestros successores omnia pre-

[1] Cod. *quasi.*

[2] Vid. sup n. 930.

dicta.... transfero, sint actiones, petitiones, persecutiones, ordinarie vel extraordinarie, civiles vel pretorie, bone fidei, stricti juris vel arbitrarie, reales vel personales vel mixte rei, persecutorie, pennales[1] vel mixte, temporales vel perpetue, vel exceptiones vel compensationes vel judicum officia, servitutes reales vel personales... Et, si quo jure, *etc.*, ipsi penitus ex certa scientia generaliter et specialiter renuncio, sit jus scriptum vel non scriptum, divinum vel humanum, confectum vel conficiendum, sit civile jus vel pretorium, naturale vel gentium, ordinarium vel extraordinarium, lex vel constitutio vel senatus consultum, vetus vel novissimum, plebiscitum vel magistratus edictum vel jurisconsulti responsum, sit privilegium nunc elicitum vel in posterum eliciendum, sit jus legale vel canonicum, decretum vel decretale, consuetudo generalis vel specialis, tacita vel expressa, vel si quod aliud jus posset de cetero repperiri....* Renuncio illis legibus permittentibus donationem ex causa ingratitudinis posse revocari, et insuper omnibus legibus que donationem absque insinuatione factam cassant in hoc quod excedit summam quingentorum solidorum.... Sciendum autem est quod dicte e libre regalium coronatorum solvi[1] quibusdam creditoribus meis qui me vehementer cogebant, *etc.* f° 162.

Actum fuit hoc in monasterio predicto, in quadam camera ubi est furnellus, anno dominice incarnationis millesimo cc° quarto decimo, idus novembris, indictione secunda. Hujus rei sunt vocati et rogati testes : Radulfus de Villa Crosa, Peregrinus, Bertrandus de Pennis, Arnaldus prior beati Thome, Raimundus de Boisseto, Raimundus de Bagarno, Poncius de Monte Rotato, Raimundus * de Immeto, Guillielmus de Cerveriis, Gaufridus de Roveria, Bonus Filius, magister Ugo de Mira Mare, Pontius de Villa Majore, Berengarius de Villa Majore, Petrus Bonus Par, et ego Guillielmus Charelli, publicus notarius, qui his omnibus interfui, et, mandato et rogatu utriusque partis, hanc cartam scripsi. v°.

[1] Sic.

999.

De Jullanis.

13 nov. 1214. In nomine Domini. Manifestum sit.... quod ego Pontius de Villa Majore.... vendo.... tibi Guillielmo de Aligno, abbati monasterii beati Victoris Massiliensis,... totum castrum meum de Jullanis..., precio
f° 163 v°. scilicet quadraginta librarum regalium coronatorum.... * Actum fuit hoc in predicto monasterio, in quadam camera ubi est fornellus.

Sciendum vero est quod ego Roncelinus, dominus et vicecomes Massilie,... concedo tibi predicto Guillielmo de Aligno abbati...
f° 164. predictam venditionem.... Actum fuit hoc in dicta camera, * anno dominice incarnationis M° CC° XIIII°, indictione secunda, idus novembris. Hujus rei sunt vocati et rogati testes : Pellegrinus monachus, Guillielmus de Colonia, Arnaldus prior beati Thome, Raimundus Richardi, Raimundus de Mineto, Arnaldus de Podio, Poncius de Monte Rotato, Guillielmus Gothofredus, Stephanus de Insula, Bonus Filius, omnes testes predicti sunt monachi; item, Berengarius de Villa Majore, Petrus Bonus Par, et ego Guillielmus Charelli, publicus notarius, qui, mandato et rogatu utriusque partis, hanc cartam scripsi et his omnibus interfui.

1000.

Carta de Vicano.

17 apr. 1218. In nomine Domini. Anno incarnationis ejusdem M° ducentesimo octavo decimo, X° V° kalendas madii, regnante rege Phylippo.

Noscant presentes et futuri quod ego Guillielmus Bertrandus de Rocadu... dono, laudo, cedo, firmo et concedo et nomine acapiti im perpetuum trado tibi Bernardo Merule et tibi Petro Gasc et tibi Giraldo et Bernardo Arcoleni fratri tuo, et vestris omnibus sive juris sive rei successoribus et cui vel quibuscumque personis im perpetuum concedere volueritis, ad dandum, vendendum, pignori obligandum, permutandum seu ad quamlibet alienationis speciem in alium volueritis transferendum, exceptis sanctis et militibus et locis religiosis, meo tamen meorumque successorum consilio mediante, totum videlicet ho-

norem meum de Morese, cum omnibus boschis et nemoribus et lignis et arboribus fructiferis seu non fructiferis, cum terris cultis et incultis, patuis et pascuis et aquis et aqualibus, cum mansis et domibus et tectis et regulis et curtibus, cum feudalibus et hominibus et feminis et cultoribus et colonis, cum quartis, censibus et usaticis et omnibus proventibus et redditibus et albergis et cum omnibus appendiciis, pertinenciis et accessoriis suis; qui dictus honor est in parochia sancti Petri de Vicano, et confrontatur cum honore dicti sancti Petri et attinet usque in crinem podii de Maujoanna; jungitur etiam cum honore de Diviella et cum manso de Bedoz et transit usque in vallatum dal Gasel al Passador; iterum movet a dicto Passador per medium vallatum et vadit usque in strata publica que movet a villa de Vigano * vel de Agantico et vadit versus castrum v°.
Mairosii; movet iterum a dicta[1] strata et vadit per crinem podii sicuti aqua versatur usque in honorem de Gaviac qui est sancti Petri de Vicano; iterum movet a serra de Gaviac et descendit per vallatum quod est inter Morese e [t] Gaviac et jungitur cum honore dicti sancti Petri per omnia loca usque in serra de Maujoanna. Pro acapito autem tocius supradicti et terminati honoris, ego supradictus Guillielmus Bertrandus habui.... a vobis.... quattuor milia solidorum melgoriensium.... Pro censu autem tocius supradicti honoris.... decem solidos melgoriensium annuatim ad festum sancti Michaelis a vobis michi et meis successoribus persolvendos retineo.... Sciendum tamen est quod in predictis rebus..., a me vobis ad acapitum traditis et concessis, michi et meis plenum * dominium et f° 165.
dominationem et seinoriam integram retineo.... Cedo vobis.... omnes actiones et petitiones, reales, personales et mixtas et omnia omnino jura[2] michi competencia contra fevales, vel homines vel feminas, infra predictos terminos aliquid a me possidentes, volens et concedens ut a vobis de cetero feuda et terras se habere et tenere cognoscant. Et, si infra dictos terminos aliqua ad me ratione commissionis erant devoluta, ea vobis et vestris cedo et dono et in vos transfero, tam in agendo quam in defendendo, in rem vestram procuratores constituendo.... Sciendum est quod sine consilio et laudimio meo ad acapitum dictam terram dare

[1] Cod. *addicta*.

[2] Cod. *rura*.

potestis. Item in eadem terra mansos et ascripticios et censitos et colonos qui vobis subjaceant sine consilio et laudimio meo potestis facere et constituere. Ad hec, ego Bertrandus de Rocadu, filius supradicti Guillielmi Bertrandi, supradictam concessionem.... iterum laudo.... Sed et ego Raimundus de Rocadu, filius dicti Guillielmi Bertrandi, hoc idem.... laudo.... Item nos omnes supradicti, *etc.*, super his omnibus omni juri scripto et non scripto, civili et canonico, promulgato* vel promulgando, certi de facto et cerciorati de jure, et patrie potestati abrenunciantes.... Insuper etiam nos.... concedimus vobis.... quod vos sine consilio nostro totum nemus et nemora et omnes et singulas arbores que in supradicto honore.... modo ibi sunt vel de cetero nascentur, possitis tallare, abscidere vel abinde penitus removere..., non opponentes vobis neque obicientes aliquam feudi diminutionem vel rei alicujus detrimentum. v°.

Acta sunt hec omnia apud villam de Vicano, in solerio parvo Benedicti Bulgari, quod jungitur, ab una parte, cum staribus Giraldi Arcol[1]. de Solerio, et, ab alia parte, cum domo Fulcrande. Et fuerunt ibi ad hec omnia vocati testes et rogati, supradictam pecuniam persolvi et enumerari scientes : Giraldus Arcol. de Solerio, Benedictus Bulgari baiulus domini Petri Bermundi, Petrus Salamans, Raimundus Bernardi de Aulaton, Petrus de Genestosis, Matheus Arcol., Raimun Verdelli et Petrus frater ejus, Berengarius Barrasolz, Bomparus de Vicano. Et ego Arnaldus, publicus notarius, his omnibus et singulis supradictis interfui et mandato utriusque partis hanc cartam scripsi, et bulla domini Petri Bermundi bullavi.

f° 166. **1001.**

De Bello Loco.

196 — 1203. Ut rei geste memoria, *etc.* Ego Mainerius, gratia Dei abbas sancti Victoris Massilie,... dono tibi Augustino, in cornu condamine sancti Petri, juxta bivium ubi dicitur Bellus Locus, locum ad honorem Dei

[1] Adjecta compendii nota.

genitricis Marie, ecclesiam et domos ad opus ecclesie, sicut terminatum est, construenda. Tali siquidem conditione dono tibi et quibuscunque eidem ecclesie nomine confraternitatis et perpetue donationis se conjunxerint[1], ut, cum te ab hac vita migrare contigerit, ornamenta ecclesie, scilicet libri, calices, linteamina et quecunque alia, sive terre, sive vinee, ad eandem ecclesiam pertinere dinoscerentur, cuidam monacho dicti monasterii, quem donati et cunfratres vellent, custodienda traderentur, donec alius rector, quem cunfratres et donati quererent, ecclesie nostre prenominate a nobis preficeretur. Preterea tu et omnes posteres[2] tui, rectores scilicet ecclesie, prenominato abbati et conventui obedientiam promittetis.... Insuper annuatim[3] unam libram piperi[4] im perpetuo servitio ad festum sancti Victoris cellerario monasterii servietis. Preterea notum sit omnibus quod domina Cecilia, uxor quondam Guitelmi, et filii sui dant victum prenominato rectori hujus loci et im perpetuum posteris suis dabunt in domo sua.

1002.

De ospitale quod est ante Sepulcrum.

(Fragm. edit. in *Antiq. de l'Église de Marseille*, II, 23.)

4 jun. 1204. v°.

In nomine, *etc*. Manifestum sit.... * quod ego Guillielmus de Petra, Dei gratia sancti Victoris abbas, et nos Guillielmus de Roveria camerarius, Raimundus de Aurella elimosinarius[5], Ugo de Glamis sacrista, Guillielmus Montanarius, Aldebertus Bellinus, Aldebertus de Petra, Jaucelinus de Roveria, Jaucelinus et Jaucelinus,... donamus, tradimus et concedimus im perpetuum ad acaptum vobis Aucelino et Martino cappellano sancti Sepulchri et Johanni Olerio, ad opus hospitalis sancti Sepulchri, quoddam pactuum, scilicet a vallato salinarum usque ad Podium Furmiguerii, habens versus mare a pariete qui contiguatur vie publice qua itur[6] ad sanctum Victorem quindecim cannas; et pro jam dicto patuo habuimus et recepimus nomine acapti a vobis

[1] Cod. *convixerint*.
[2] Sic.
[3] Cod. *annuantim*.
[4] Sic.
[5] Sic.
[6] Cod. *iter*.

unam masmodinam auri novam. Et predictum pactum donamus.... vobis.... ad omnes voluntates vestras inde plenarie faciendas, scilicet ad edificandum ibi domum vel domos vestro arbitrio, vel ortum vel viridarium vel quicquid inde melius vobis visum fuerit faciendum, excepta tamen ecclesia et cimiterio; verumtamen voluntate nostra et assensu ecclesiam et cimiterium ibi edificare possitis, non autem alio modo, nisi prius a nobis requisito consilio.... Et retinemus ibi de censu et servitio unam libram piperis annuatim in vigilia beati Victoris prefato monasterio prestandam. Promittimus etiam per stipulationem.... nos et monasterium de cetero omni tempore omnes fratres dicti hospitalis sancti Sepulchri, habitum hospitalis secum deferentes, et etiam omnes pauperes qui in prefato hospitali decesserint, libere et absolute, sine omnibus expensis prefati hospitalis, in cimiteriis nostris sancti Petri vel sancti Ferreoli vel sancti Victoris diligenter sepelire, et omnes pannos defuncti.... habeat.... predictus hospitalis, *etc.*

Actum fuit in ecclesia sancti Sepulchri, anno dominice incarnationis M° CC° III°, indictione sexta, pridie nonas junii. Hujus rei sunt vocati et
f° 167. rogati testes : * Bertrandus de Bersa, Raimundus Abella, Guichardus de Moirenco, Poncius cappellanus Aucelmi[1], Bernardus cappellanus sancti Sepulchri, Girardus de Garriguis, Giraldus Pela Coira, Stephanus Barrera, Stephanus Bovetus, et ego Guillielmus Charelli, publicus notarius, qui, mandato et rogatu utriusque partis, hanc cartam scripsi.

1003.

Carta Ugonis Ferri.

10 dec. 1212. In nomine Domini, anno incarnationis ejusdem M° CC° XII°, indictione XV^a^, III° idus decembris, in festo beate Eulalie virginis.

... Nos Guillielmus, Dei gratia Massiliensis abbas, notum fieri volumus nos, consilio et assensu Roncelini, et Petri Rauci prioris claustralis, et Ugonis de Glasinis sacriste, et Guillielmi de Cerveria prioris Arcelle, et Fredoli de Barrio prioris Janue, et Arberti de Cabreria, et Radulfi de Moreriis prioris Ville Crose, et Peregrini, et Fulchonis

[1] Sic.

Rostagni, et Boni Filii, monachorum, et totius conventus nostri monasterii, recepisse dominum Ugonem Ferum et dominam Guiborgam, uxorem ejus, in societate et fraternitate nostri monasterii, in vita et post mortem, et constituimus eos participes et consortes omnium bonorum que in nostro monasterio fiunt ad honorem Dei vel im posterum fient, tam in capite quam in membris. Promittimus etiam nos post mortem eorum pro eis facturos quantum [pro] professis nostris facere tenemur et nostra ecclesia consuevit. Et, si in sepulchro parentum suorum apud ecclesiam nostram voluerint sepelliri, nos singulis ebdomadibus, quociens tamen sollempnis processio ibi fiet, ad sepulchrum eorum veniemus et eos faciemus absolvi. Si vero apud ecclesiam beate Marie de Paradiso, que in nostra est jurisdictione, dominio et tenemento, elegerint sepelliri, nos G., predictus abbas, et conventus predicti monasterii, annuatim crastina die sancti Victoris, scilicet in festo beate Marie Magdalene, ad sepulchrum eorum ibi cum processione veniemus, et eos absolvi faciemus, et pro animabus eorum in monasterio missarum sollempnia celebrare statuemus die illa. Et ut, *etc.*

Acta sunt hec in talamo domus Ugonis Feri predicti, coram predictis monachis, in presentia et testimonio * Augerii de Mari, Batsachi, v°. Ugonis Feri filii quondam Guillielmi Ancelmi, Ugonis Andree et Bernardi Massiliensis. Et ego Berengarius de Amiliavo, publicus notarius Massilie, his interfui et mandato domini abbatis hanc cartam scripsi.

1004.

Ecclesia sancte Marie de Paradiso.

In nomine Domini. Anno incarnationis ejusdem M CC° XII°, indic- 10 dec. 1212.
tione XV^a^, III idus decembris, in festo beate Eulalie virginis.

... Ego Ugo Ferus dono Giborgue, uxori mee, post finem meum honorem quem emi ab Oliverio, fratre ipsius Giborgue, cum omnibus pertinenciis et usaticis suis et cum operatorio coiratarie quod ibi est, qui honor confrontatur ab oriente vie publice, a meridie orto Bernardi de Albia, ab occidente honori Batsachi et fratrum ejus, et a septentrione honori Ancelmi, ad faciendum inde voluntates suas in vita et in morte,

retento tamen quod ipsa, et quicunque per eam vel post eam predictum honorem habuerit[1], teneatur annuatim perpetuo procurare pro animabus nostris xxx[ta] pauperes in cena Domini et dare singulis camisiam 1 et c solis[2] ad procurationem conventus monachorum sancti Victoris annuatim crastina die sancti Victoris, scilicet in festo beate Marie Magdalene, et rogo conventum ejusdem monasterii ut singulis annis exeat et processionem faciat super sepulturam nostram et missas celebret pro animabus nostris die illa. Si vero voluntas esset mei et Giborgue, uxoris mee, quod apud ecclesiam beate Marie de Paradiso sepeliremur, *etc.*[3] Et si per biennium Giborga, vel quicunque per eam vel post eam predictum honorem habuerit, cessaret a solutione predictorum c solidorum et helemosina pauperum predicta, dono abinde medietatem predicti honoris monasterio sancti Victoris, ut illam medietatem monasterium petere et habere possit pleno jure, sicut summ,
f° 168. pro c solidis predictis.... * Et ego Guillielmus de Alein, Dei gratia abbas monasterii sancti Victoris,... promitto et concedo.... hec omnia, scilicet de missis celebrandis in monasterio et processionibus faciendis apud ecclesiam sancte Marie de Paradiso super sepulturam vestram adimplere.

Acta sunt hec in talamo domus predicti Ugonis Feri, in presentia domini Roncelini vicecomitis Massilie, et Ugonis de Glasinis sacriste, et Guillielmi de Cerveria prioris Arcelle, *etc*[4].

1005.

Item de eodem.

22 febr. 1213. In nomine Domini. Eodem anno quo supra[5], mense februarii, in cathedra sancti Petri.

Presentibus et futuris sit manifestum quod ego Ugo Ferus, fundator et patronus ecclesie beate Marie de Paradiso, constituo in ipsa ecclesia

[1] Cod. *habuit*.
[2] Pro *solidos*.
[3] Ut supra, n. 1003.
[4] Eadem subsequuntur nomina quæ in principio et in fine superioris chartæ descripta sunt.
[5] Anni initio ab Annunc. vel a Pasch. deducto.

tres sacerdotes et 1 diaconum et 1 clericum qui Deo serviendo in ipsa ecclesia divina celebrent officia et orent pro anima mea et pro anima Giborgue uxoris mee.... Concedo ipsi ecclesie m^or^ viginti eminas annone annuas censuales annuatim medio augusti in Assumptione beate Marie, et cc solidos regalium coronatorum annuatim in Natale[1] Domini et alios cc solidos annuatim in festo sancti Johannis Baptiste (et ita sunt cccc solidi), et LX saumatas racemorum annuatim in vindemiis ferendas predicte ecclesie..., * super totum honorem quem habeo in Laureto in dominicatura mea, videlicet a turre usque ad viam qua itur ad Sanctum Saturninum, scilicet in orto et terra et vinea que sunt in medio constituta et in operatoriis et domibus que sunt in draperia, que emi a Gilio Symiono.... Et volo quod heredes mei retineant in predicta ecclesia jus patronatus, ideo quoniam ego adquisivi solum in quo a nobis fundata est predicta ecclesia, et fundavi ipsam ecclesiam et dotavi, et defendant et custodiant integra et inviolata bona ipsius ecclesie. Et si vellent malignari diminuendo aliquid de predictis a me donatis et concessis predicte ecclesie, dono ipsi ecclesie totum predictum honorem, scilicet Lauretum, et operatoria et domos que emi a Gilio Symono. Et volo et statuo quod Raimundus de Rutena presbiter presit illi ecclesie quamdiu vixerit..., et post mortem R. de Rutena alius subrogetur ab heredibus meis qui presit ecclesie prefate..... et, postquam heredes mei illum subrogaverint, in predicta ecclesia ad voluntatem suam domino abbati representent. v°

Acta sunt hec omnia in talamo domus predicti Ugonis Feri, coram domino G. de Alein, abbate monasterii sancti Victoris, in presentia et testimonio Guillielmi de Bariac et Victoris, monachorum, et Raimundi de Rutena et Guigonis, sacerdotum, et Gaufridi Rostagni, et Karoli et Augerii fratris ejus, et Petri Ruffi, presente etiam in omnibus supradictis Ancelmo, filio domini Ugonis Feri supradicti. Et ego Berengarius de Amiliavo, publicus notarius Massilie, predictis omnibus interfui et, mandato et rogatu domini Ugonis Feri predicti et mandato * etiam domini abbatis, hanc cartam scripsi. f° 169.

[1] Sic.

1006.

Sancti Saturni.

(Edid. D. Martene, *Ampl. coll.*, I, 524.)

1089. Notum sit omnibus fidelibus intra gremium sancte matris ecclesie constitutis quod ego Constantinus, rex et judex Caralitanus, ob remedium anime mee et parentum meorum, uxoris et filiorum meorum, cum consilio fratrum et omnium fidelium meorum, dono, trado atque concedo Domino Deo et sancto Victori martiri, et domno Richardo abbati, et successoribus ejus et monasterio Massilieusi et monachis ejusdem monasterii, tam presentibus quam futuris, ecclesiam sancti Saturni cum suis pertinenciis in potestate[1] et dominio, ut monasterium secundum Deum ibi constituant, et habitantes secundum regulam sancti Benedicti vivant; bonos ad honorem Dei ibi plantent et congregent, malos vero disperdant et eradicent. Dono etiam supradicto monasterio sancti Saturni ecclesiam sancti Antiochi que est in insula de Sulcis[2], et ecclesiam sancte Marie que est in Palma, et ecclesiam sancti Vincenti de Sigherre[3], et ecclesiam sancti Evisi de Nura[4], et ecclesiam sancte Marie de Sapullo[5], et ecclesiam sancte Marie de Ghippi, et ecclesiam sancte Marie de Arco, et ecclesiam sancti Elie de Monte, cum omnibus rebus quas habere videntur vel ad eas pertinent, mobilibus et immobilibus, redditibus, terris tam cultis quam et incultis, vineis, pratis, silvis, pascuis, servis et ancillis, cum omnibus animalibus, equis, jumentis, bubus, vaccis, ovibus, yrcis, capris, porcis. Dono[6] insuper medietatem decime mee ex integro prefato monasterio sancti Saturni. Hec omnia que predixi bono animo et ex bona voluntate volo, mando et precipio ut inconvulsa im perpetuum firmaque permaneant, tali tenore ut neque abbas vel successores ejus Massilienses alienandi vel tramutandi[7] in alodium vel feodium alteri ecclesie vel

[1] Sic edit.; cod. *potestatem*.
[2] Edit. *Salsis*.
[3] Edit. *Sugherre*.
[4] Edit. *Mira*.
[5] Pro *eccl. S. M. de Sapullo*, edit. habet : *ecclesiam sancti Ambrosii de Itta*.
[6] Cod. *Domno*.
[7] Sic.

alicui persone habeat potestatem. Quod si ego vel aliquis successorum vel eredum[1] meorum seu aliqua persona hanc donationis cartam infringere aut annullare temptaverit, sive (quod absit!) huic dono et precepto meo obviare sive contraire presumpserit, non hoc valeat vendicare; sed insuper iram Dei omnipotentis incurrat, atque anathematis vinculo obligatus a liminibus sancte universalis ecclesie segregetur nisi resipuerit; ad hec etiam mille libras argenti * optimi dinoscat v°. se compositurum, hac carta firma et stabile [2] permanente.

Ego Guido, notarius dompni regis, ex jussione ipsius domni Constantini, regis et judicis, scripsi, anno ab incarnatione Domini millesimo octuagesimo nono, indictione decima[3].

Constantinus, rex et judex, firmavit. Jorgia regina firmavit. Marianus, judex et rex, filius istius Constantini, firmavit. Zerchis, frater judicis, firmavit. Lanbertus subscripsit[4]. Comita, frater ejus, firmavit. Ubertus, filio Raineri[5], subscripsi. Constantinus de Rovu firmavit. Ego Tebaldinus[6] interfui. Ego Rodulfus notarius interfui. Fredericus interfuit. Manfredus interfuit. Ugo, filius Villani, interfuit. Wido interfuit. Rainerius interfuit[7]. Ego Lanbertus archiepiscopus hujus rei inceptor et preceptor ac secundum Deum consiliator fui, atque canonice subscripsi, et suprascriptum[8] anathema firmavi. Bernardus et Ugo, monachi Massilienses, missi a[9] dompno abbate Richardo, vice sua, hujus modi donationis cartam a supradicto rege receperunt et fideliter interfuerunt.

1007.

Sancti Saturni.

(Ed. D. Martene, *Ampl. coll.*, I, 629.)

In nomine, *etc.* Ego Benedictus, gratia Dei Doliensis ecclesię epi- 2 maii 1112.

[1] Cod. *credum*.
[2] Sic.
[3] D. Martene corr. *duodecima*.
[4] In edit. deest *Lanbertus subscripsit*, signumque Comitæ post signum Uberti positum est.
[5] Edit. *Utbertus, filio Rameri*.
[6] Edit. *Ubaldinus*.
[7] In edit. desiderantur subscriptiones Ugonis, Widonis et Rainerii.
[8] *Et supra s.* deest in edit.
[9] D. Martene omittit *missi a*.

scopus,... offero me... beato Victori martiri monasterii[1] Massiliensi[s], omnibusque sanctis ibidem Deo consecratis, venerabilique Oddo, abbati ejusdem monasterii... Deinde offero... ecclesiam sancte Dei genitricis et virginis Marie de Archo, cum omnibus suis pertinenciis, tam in servis quam et in ancillis, vineis, ortis, pratis, pascuis, cultis rebus vel incultis, atque duciis, mobilibus sive immobilibus que nunc habet vel quod in antea, Deo auxiliante, cum absolutione mea successorumque meorum acquirere debet, ut monachi Massiliensi[s] monasterii habeant et possideant ex integro im perpetuum, sicut actenus beate[2]
(c. 170.) memorie antecessor meus Virgilius * episcopus, et ego similiter omnia nunc ex integro concessi, ut supra descripsimus, salva scilicet reverentia atque obedientia et honore sancte matris ecclesie beati Pantaleonis martiris, capud[3] episcopatus Doliensis.

Ego itaque Marianus, judex Karalitanus, omnia que a supra nominatis episcopis Deo et sancto Victori Massiliensi et beato Saturno martiri oblata et concessa sunt, et que prius a matre mea et patre meo domino C.[4] judice eidem sancto Saturno similiter concessa sunt. ita et ego, cum dompna P. et cum dompno C., filio nostro, omnia in omnibus laudo et confirmo atque cum dompno Comita et domno Gonnari et domno Petro et domno Dorbini, avunculis meis, et cum fratribus meis germanis Ythoccor et Therkis, et cum omnibus fratribus meis, hec omnia testifico, et ut, *etc.*

Gualfredus, gratia Dei Karalitane ecclesie archiepiscopus, concessit et firmavit. Johannes, Barbarie ecclesie episcopus, firmavit. Arnaldus. Sulciensis ecclesie episcopus, firmavit. Ubi interfuerunt domnus Petrus, prior ejusdem ecclesie sancti Saturni, et domnus P. sacristanus, et domnus Guillielmus, et domnus P., et domnus Arnaldus, et domnus P., et domnus U., et domnus A.

Data Karalis, anno ab incarnatione Domini M C XII, indictione V. sexto nonas madii.

Ego Gualfredus, Karalitanus (licet peccator) archiepiscopus, sub-

[1] Edit. *monasterio.*
[2] Cod. *a beate.*
[3] Sic.
[4] Constantino. Vid. sup., n. 1006.

scripsi et confirmavi. Ego Benedictus, episcopus gratia Dei Doliensis ecclesie, hanc offersionis cartam a me factam manu mea propria eam cunscripsi et complevi et dedi. Pandulfus et Guido gg. testes. Atho et Bonone gg., testes. Mutus et Veclo gg., testes. Sicherius quod[1] Grime, testis. Ugicione quod Ugicioni testis. Gerardus quod Messarie testis, et alii quamplures. Ugo filius Ugonis vicecomitis. Gerardus Gaietanus. Herithus quod Erithi. Marinianus quod Ildebrandus filius Sibillę.

1008. v°.

Sancti Saturni.

Divina dispensante, *etc.* Ita et ego Costantinus, gratia Dei 1143.
Karalitane ecclesie archiepiscopus,... ut sim particeps eternalis vite atque orationum dompni Petri, abbatis Massiliensis monasterii,... offero, dono, concedo ac trado eidem ecclesie... ecclesiam sancti Saturni martiris, que est sita in archiepiscopatu nostro, cum omnibus jure ad se pertinentibus... Nunc itaque nominatim describere precepimus ecclesias quas nunc detinet congregatio sancti Saturni cum voluntate atque absolutione nostra : scilicet eandem ecclesiam monasteriumque sancti Saturni de portu Karalitano, sancti Helię de Monte, sancte Marie de portu de Sale, sancti Platani, sancti Ananie de Portu, sancti Petri de Ponto, sancte Lucie de Bagnaria, sancti Salvatoris de Bagnaria, sancti Evisi de Quartu, sancti Luxurii de Mara, sancta Victoria de Synai, sancti Evisi de Nura, sancte Felicitatis, sancti Petri de Piscatore, sancti Ambrosii de Uta, sancta Barbara de Aqua Frigida, sancta Maria de Margamillo, sancti Luciferi de Pao, sancta Maria de Vineis, sancta Maria de Leeno, sancta Maria de Ficu Alba, sancti Petri de Ganna, sancta Maria de Sepullo, sancti Andree de Sepullo, sancti Petri de Serra, sancta Maria de Gip, sancti Jacobi de Gip, sancta Victoria de Ursina, sancte Marie de Arcu. Dono in-

[1] Litteras *gg.* et vocem *quod* amanuensi oscitante exscriptas fuisse suspicamur, hic ubi instrumentum habebat pro *gg.*, subscriptionis signa testium nominibus superaddita; pro *quod*, quamdam compendii notam quæ rectius forsan significaret *dictus* vel *cognomine*.

super... equos qui michi et ecclesie mee jure contingebant illorum
f° 171. mortuorum* qui ibidem eos judicaverint, sive sint majorales, sive clerici, sive sacerdotes, sive ibi sive alio loco sepeliantur... Hec omnia..., sicut bone memorie Gualfredus archiepiscopus, antecessor meus, et Marianus, nobilissimus rex et judex Karalitanus, prefato monasterio donaverunt..., ita et ego, *etc.* Denique ego judex Costantinus,... simul mecum mater mea domina Pretiosa, omnia que supradicta sunt concedimus atque firmamus cum donicello Cerches, loco salvatore, et Costantino filio ejus, et Furato de Gunnal, et Costantino de Gunnal....

Data Karalis, anno ab incarnatione M° centesimo quadragesimo primo, ubi interfuerunt domnus Bernardus, ejusdem monasterii prior, et domnus Petrus et Berengarius et Guillielmus et Ugo et Thomas et Ugo et Bernardus et Petrus et Constantinus et Furadus, monachi[1].

1009.

Sancti Saturni.

19 mart. 1163. Villanus, Dei gratia Pisanorum archiepiscopus ac Sardinie primas et legatus, venerabili fratri F., Massiliensi abbati, salutem et orationes in Domino. Cum inter vos et dilectum fratrem nostrum B., Karalita-
v°. num archiepiscopum, super monasterio sancti Saturni et quibusdam* possessionibus olim questio verteretur, essetque nobis a domino papa Adriano atque Alexandro commissa tractanda et terminanda, venientes Karalim, invenimus vos transegisse. Verba autem transactionis ista fuerunt : dominus archiepiscopus reddet possessiones omnes cum integritate Massiliensi abbati et monasterio sancti Saturni, excepta possessione sancte Marie de Lena, quam retinet secundum beneplacitum suum tempore vite sue, nisi forte proprio benignitatis motu, aut precibus amicorum persuasus, vellet interim sancto Saturno eandem restituere, alias tempore vite sue nulla infestabitur lite, possessione tamen predicta domini archiepiscopi aut circa possessionem aut circa

[1] Contulimus cum autographo, n. 118.

proprietatem, licet in ea perseveret usque ad obitum, nullum Massiliensi monasterio vel ecclesie sancti Saturni in justicia sua, si quam habent, prejudicium generante. Domino autem archiepiscopo B. ille qui preerit monasterio sancti Saturni promittet canonicam obedientiam et exhibebit et ejus successoribus, si domino pape placuerit de successoribus, ita tamen quod domino pape neutra pars mittat nuntium vel ad eum vadat sine altera, et, si miserit vel ierit propter hoc, quod impetrabitur nullum consequatur effectum. Sed si dominus abbas vel suus nuncius ad curiam iverint, et aliquid super verbo obedientie remittende impetraverint vel persuaserint, illi qui pro tempore monasterio preerunt teneantur promittere obedientiam tam archiepiscopo B. quam ceteris successoribus suis; et, si dominus archiepiscopus vel suus nuncius idem fecerint, illi qui monasterio pro tempore preerunt non teneantur promittere obedientiam sibi neque successoribus suis; et, si non placeat domino pape quod exigatur promissio obedientie, salva quidem sit semper in monasterio sancti Saturni canonica obedientia et reverentia Karalitane ecclesie, verumtamen absque corporali promissione, salva tamen semper obedientia et reverentia Massiliensis abbatis et capituli et salva in omnibus et per omnia justicia Massiliensis monasterii. Sane ab obedientia domini archiepiscopi aliquatenus ille qui preerit non valebit absolvi quamdiu permanebit cum gratia et voluntate Massiliensis abbatis et capituli in commissa sibi amministratione sancti Saturni. Dominus etiam archiepiscopus, intuitu omnipotentis Dei et reverentia sedis apostolice et domini pape, monasterium sancti Saturni et cetera omnia que in partibus istis ad jus Massiliensis monasterii pertinent, consilio et auxilio suo integre conservabit et in justicia sua manu tenebit, adjuvabit* atque defendet. Concordia etiam hec inter Karalitanam ecclesiam et Massiliense monasterium super monasterio sancti Saturni et possessionibus supradictis et aliis omnibus que possidet, omni de cetero lite sopita, communibus hinc inde instrumentis firmabitur, et auctoritate ipsius archiepiscopi Caralitani corroborabitur, et insuper supplicatione utriusque partis auctoritate domini pape et domini legati munietur. Quam utique conventionem inter vos amicabiliter factam et in nostra

1° 172.

presentia concorditer approbatam ego Villanus, Dei gratia Pisanorum archiepiscopus, Sardinie primas et legatus, auctoritate domini pape et nostra firmamus, et, ut magis firma et inconvulsa teneatur, nostro sigillo corroborari jussimus.

Ego Villanus, Pisanus archiepiscopus et Sardinie primas et legatus, subscripsi. Ego Bonatus, Karalitane ecclesie archiepiscopus, subscripsi. Ego Valentinus sacerdos, Pisane ecclesie canonicus, subscripsi. Ego Aymo, Sulcensis ecclesie episcopus, subscripsi. Ego Constantinus, rex Karalitanus, subscripsi. Ego Ugo comes, Pisane[1] ecclesie subdiaconus et canonicus, subscripsi. Ego Petrus, Barbariensis ecclesie episcopus, subscripsi. Ego Fredolus, Massiliensis abbas, subscripsi. Ego Guillielmus monachus subscripsi. Ego Rodulfus, Doliensis ecclesie episcopus, subscripsi. Ego Guillielmus monachus subscripsi. Ego Deodatus monachus subscripsi. Ego magister Albertus, sancte Karalitane ecclesie indignus archipresbiter, subscripsi. Ego Constantinus, ejusdem ecclesie canonicus, subscripsi. Ego Johannes, ejusdem ecclesie canonicus, subscripsi.

Actum est incarnationis dominice anno M°C°LX°III°, quarto decimo kalendas aprilis, indictione XI.

1010.

[Sancti] Saturni.

C. 1089. In nomine Domini. Ego Constantinus, gratia Dei judex Karalitanus,.... cum uxore mea Jorgia, et filio meo Mariano judice, et fratribus suis, et matre mea domina Vera, et fratribus meis Cercle et Comitano et Gonario et Turbiunio et ceteris fratribus, dono Domino Deo et sancte Marie semper virgini et beato Victori Massiliensi martiri et sancto Saturno et abbati Richardo et monachis Massiliensibus in monasterio ejusdem sancti Saturni Kalaris habitantibus, ecclesiam sancti Luciferi de Pau, cum ecclesia sancte Marie ad Vineas et cum
v°. aliis ecclesiis et omnibus ad se pertinentibus.... * Ecclesiam quoque sancti Antiochi de Sulcis, et ecclesiam sancte Marie, ecclesiamque

[1] Cod. *Pisanus*.

sancti Evisi de Noras, et ecclesiam sancti Petri de Piscatore, ecclesiamque sancti Vincentii de Siguerra, et ecclesiam sancte Barbare de Aqua Frigida, et ecclesiam sancti Ambrosii, et dominaturam de Curte Picta de Pau cum ecclesia sua sancta Maria de Paradiso, et ecclesiam de sancte Marie de Sabolla, et sancto Petro de Serra, et ecclesiam sancte Marie de Gyp, et ecclesiam sancte Marie de Arcu, et ecclesiam sancti[1] Helye de Monte, et ecclesiam sancte Marie de portu Salis, cum omnibus ecclesiis et prediis suis, servis et ancillis et omnibus omnino rebus que ad easdem ecclesias pertinent et pertinere debent, dono et confirmo sancto Victori et abbati Massiliensi et ejus monachis, presentibus et futuris. Ecclesiam vero sancti Georgii de Decimo et ecclesiam sancti Genesii..., sicut mater mea domina Vera, consilio et voluntate mea, predicto sancto Victori et monachis ejus contulit, dono et confirmo.... Et sunt testes domnichel Arzec, domnicel Cerchis loco salvatoris, domnicel Comita, et domnicel Gonnar, et domnicel Petro, et domnicel Turbini, et domnicel Marian, et domnicel * Trogotore, Cerchif de Gonal, Trogoton de Rou, Constantin de Rou. f° 173.

1011.

Sancti Nicholay de Gosoli.

In nomine, *etc.* Ego Johannes, episcopus de Sorra, dimitto et de- 15 apr. 1151.
sero omnino et abrenuntio querimonie quam habebam adversus Massilienses monachos pro ecclesia sancti Salvatoris de Villa Vetera. Dono igitur et concedo et confirmo predictam ecclesiam sancti Salvatoris de Villa Vetera.... monachis Massiliensibus et Guillielmo, Massiliensi abbati,... cum voluntate domini judicis Turrensis Gunnarii de Lacon, et filii ejus judicis Barusonis.... Testes sunt primum Deus omnipotens, deinde dominus judex Gunnarius de Lacon, et filius ejus Baruson, et comita de Gonale frater judicis, et comita de Gonale cognatus judicis, et Marianus de Maronvi, et presbiter Ithocor de Monte, qui fuit prior de toto suo episcopatu, et Istephane Mannias archipresbiter, et Albertus presbiter, et Stephanus Calva, et Johannes de

[1] Cod. *sancte*.

Acben, et Mathias, et Gavinus Pinetu canonicus Turrensis, et Paulus presbiter, et Constantinus presbiter Turresii.

Facta est hec carta xvii kalendas maii, anno ab incarnatione Christi MCLI.

1012.

De Ambileto.

1185 — 1226. Notum sit omnibus litteras istas videntibus quod ego G.[1], Dei gratia Albiensis episcopus, dono et concedo tibi Aldeberto, priori monasterii de Ambileto, et tuis suc[c]essoribus et monasterio sancte Marie de Ambileto, ecclesiam sancti Petri de Condomina et omnia jura ad ecclesiam pertinentia, videlicet cum omnibus decimis et primiciis tocius parrochie predicte ecclesie, et cum omnibus aliis suis pertinenciis, salvo tamen jure nostro episcopali et ecclesie Albiensis, videlicet paratis et procurationibus et aliis usibus episcopalibus. Hanc dictam v°. ecclesiam predicto monasterio * sancte Marie de Ambileto concedimus im perpetuum.

1013.

De Malausena.

(Fragm. edid. D. Martene, *Ampliss. coll.*, I, 638.)

28 jun. 1117. Auctoritas jubet ecclesiastica et lex precipit Romana, *etc.* Quapropter ego Rostagnus, Vasionensium ecclesie episcopus, dono Deo et sancto Victori, videlicet cenobio quod vulgo dicitur monasterium Massiliense, ecclesias de castro Malancine, videlicet sancti Michaelis et sancti Petri et sancte Marie de Valle et sancti Martini et sancti Sebastiani, excepto mansum[2] quod est circa ecclesiam sancti Sebastiani quod canonici nostre ecclesie possident, et ecclesias de Corno et de Albaros, et ecclesiam sancte Marie de Velzs, cum omnibus sibi pertinentibus, excepto medietatem decimarum ecclesiarum supradictarum, quas in presenti habent vel in antea adquisierint interdictu vel pecunia ipsius episcopi seu monachorum (si quis vero nostrorum, ego vel monachi,

[1] Guillelmus VI, ut conjicimus. [2] Sic.

pro decimis recuperandis pecuniam dederit, medietatem ab altero recupero[1]), et excepto quartam partem tocius mortalitatis, et sinodales censuras, et questus, et hospicia, et III libras cere quas unoquoque anno ad synodum octobris monasterium sancte Marie de Grausel sacriste nostro persolvere debet. Hec omnia nobis et posteris nostris im perpetuum reservo. Facta carta ista III kalendas julii, anno ab incarnatione Domini M C X° VII°.

Hoc donum facio ego episcopus Rostagnus atque confirmo communi consilio canonicorum meorum. Ego Petrus Theotelmus laudo et confirmo. Ego Gaucerannus sacrista laudo et confirmo. Ego Petrus Rostagnus confirmo. Ego Petrus Johannes laudo. Ego Guigo Grailla confirmo. Ego Bermundus Bonotus laudo. Ego Gerardus confirmo. Omnes videlicet canonici hoc donum pariter laudamus. Capellanos qui in supradictis ecclesiis constituendi sunt eligat prior et conducat eos de beneficiis ecclesiarum de sua parte et presentet eos episcopo qui commendet eis curam animarum. Si fieri potest, de ordinatione Vasionensis ecclesie sint; si vero extranei fuerint, proprii episcopi litteras afferant. Postquam vero in ecclesiis constituti fuerint, absque episcopali juditio non eiciantur. Si vero cappellani forisfecerint monachis, prior potestatem * habeat constringendi eos in eodem benefitio. f° 174.

1014.

De Valle Clusa.

Presentium ac posterorum pateat memorie quod ego B., Cavellicensis ecclesie episcopus, LX solidos raimundensium nomine acapti recipiendo a te Stephano de Neumaso, priore sancte Marie de Valle Clusa, Deo et beate Marie et tibi et successoribus tuis, illam quartam partem quam habebam in eo mollendino quod est ante portam ejusdem ecclesie, donavi et concessi tibi, tal[i] conventione inter me et te apposita ut, hoc molendinum destruendo, in ejus loco duos paratores constituas, et pro illis, singulis annis, nomine census VIII solidos et II denarios talis monete qualis in regione ista cucurrerit, ad Natale 1202.

[1] Sic.

Domini, te michi prestaturum promisisti, et telas meas proprias, secundum illud jus quod in aliis paratoribus de Valle Clusa habeo, in his paratoribus parare teneberis. Si quo etiam fortuito casu hii paratores ad pristinum statum redierint, ita etiam ut in eorum loco, sicut olim, molendinum construatur, illam quartam partem quam habere solebam in eo retinui.

Hec siquidem pactiones inter nos sic fuerunt interposite in eo viridario Y. Guarnerii, quod est juxta pontem de Valle Clusa, anno ab incarnato Domino m°cc°ii, in horum testium presentia, scilicet: B. de Durfort Cavellicensis sacriste, et Bertrandus capellanus ejusdem ecclesie, et Clementis Regis, et Andree, et P. de Sancto Johanne baiulo, et R. Borgono, et B. Rainoardi, et Aldebrandi, et P. Justacii, et W. Caym, et Poncii Maccabou, et B. Paschalis, et Ynardi Guarnerii, et P. Alvernacii.

1015.

De Valle Clusa.

Febr. 1217. Anno ab incarnatione Domini m°cc°x°vi°, mense februarii.

Sciant presentes et noscant posteri quod ego B., Dei gratia Cavellicensis episcopus, concedo, trado et laudo bona fide tibi G., priori sancte Marie Vallis Clusc et successoribus tuis,... ut tu possis molendina construere seu successores tui in tali loco tuo proprio qui dicitur Vallurs. Item concedo... quod in fluvio Sorgie possis facere paxeriam sive resclausam, et aquam seu cursum fluvii ad locum illum

v°. ducere in quo debes construere molendina, acceptis * a te LX solidis raimundencium[1] nomine investiture, ex quibus teneo me pro pacato, et tali conventione adhibita ut tu tuis expensis propriis construas molendina et ex quo molent quartam partem reddas nobis vel nostris successoribus de multura. Si vero, postquam molendina moluerint, in mollis vel in ferramentis vel in aliquo apparatu molendinorum vel in aliquibus rebus ad ipsa molendina vel ad domum ipsorum molendinorum pertinentibus alique expense fuerint necessarie, debeant fieri

[1] Sic.

de communi. Si autem domum molendinorum, ex quo esset unius solaris, velles elevare vel aliquid super eam construere ad defensionem ipsorum molendinorum, volo et concedo quod expense fiant de communi.... Ad majorem firmitatem presentem cartam bulle mee munimine roboravi.

Actum publice in castro Vallis Cluse, in presentia istorum testium : Isnardus Garnerius baiulus ejusdem castri, Poncius prior sancti Juliani, Attanulfus commendator domus militie Templi Cavellionis, B. Augerius, Clemens, Raimbaldus, W. Ugo et frater ejus P. Guillielmi, W. Massabois, B. Pascals, W. Bernardus, R. Gaima, W. Faverius, Isnardus Andree, Andreas, R. Alfantus, W. Alfanti, J. Massabois, G. Folco, W. Rolans, R. Enaus, R. Bernardus, W. Dederius, B. Michael, R. Durantus, W. de Genac, P. Ripertus, R. Andreas, Isarnus, Ugo de Jauson, Po. Monerius, U. super Furnum, R. Niger, W. Giraudus, Stephanus Uxorius, U. Lonbardus, Martinus Troterius.

1016.

Sancti Savini.

Venerabili in Christo patri ac domino W., divina permissione mo- 31 aug. 1246.
nasterii sancti Victoris Massiliensis abbati, et toti ejusdem loci fratrum conventui, Fortanerius, Dei gratia abbas sancti Savini, et totus fratrum conventus, debitam reverentiam cum salute. Pie recordationis
affectum quem habuit erga nos filios et fratres et ipsum * monasterium f° 175.
sancti Savini pia mater nostra sancti Victoris Massiliensis ecclesia, frequentius cognovimus evidenter, tum propter directionem fratrum de vestri monasterii gremio ad nostrum factam sepius monasterium, tum propter quos nostros aliquando fratres vobiscum summe humilitatis ac reverentie gradibus honorastis. Et nunc siquidem regraciari vobis ampliori compellimur studio, quia dilectum in Christo fratrem Bermundum de Mairosio, monachum, ad inquirendum, corrigendum et reformandum ad nostrum monasterium de[s]cendere precepistis, maxime cum ejus vita et conversatio nobis in normam fuerit et exemplum, et ea que de novo et bene instituit in nostro monasterio reli-

gioni et ordini consona videantur. Que quidem omnia gratanter et grato proposito complectimur observare pro posse virium, sicut inferius ordinantur :

« In nomine Domini, anno incarnationis ejusdem M° CC° XL° VI°, pridie kalendas septembris. Presentibus sit manifestum et posteris non cadat in dubium quod nos Bermundus de Mairosio, monasterii sancti Victoris Massiliensis monachus, de mandato venerabilis patris domini W., Dei gratia abbatis monasterii sancti Victoris Massilliensis, ad monasterium sancti Savini personaliter accedentes, recepto a singulis fratribus juramento, ad inquisitionem faciendam processimus generalem. Denique, inquisitionis cursu fine debito terminato, in tantum percepimus dictum[1] monasterium spiritualiter et temporaliter ita collapsum quod sine correctione ac reformatione, salva con[s]ciencia, nequivimus preterire. Verumtamen, quia spiritualia preferuntur temporalibus sicut digniora, ideo de spiritualibus in eodem monasterio primo duximus ordinandum. In primis cantores in ecclesia, scilicet majorem et minorem, ordinavimus perpetuo successive. Item statuimus ut semper in missa conventuali diaconus monachus vel sacerdos evangelium et subdiaconus epistolam cantet, et uterque ministret more debito ad altare. Item reformando mandavimus quod mense fratrum continua lectio nunquam desit. Item statuimus quod prior claustralis bis in nocte lectos fratrum visitet cum candela, scilicet post complectorium fratribus ad lectos euntibus, et [h]ora illa qua sacrista signum fecerit ad surgendum. Item statuimus quod prior claustralis quolibet sero, visitatis fratribus cum lumine, sicut diximus, hostia dormitorii clandere non obmittat. Item statuimus quod unus donatus, clericus vel laicus, ponatur ad portam monasterii regularem, agens eo modo quo in beati Benedicti regula continetur. Item instituimus ut a Pascha usque ad festum sancte crucis mensis septembris, [h]ora qua fratres dormire de-
v°. bent, claudatur porta regularis, * et nullus ingrediatur vel egrediatur, nisi forte abbas vel ejus familia, vel nisi necessitas hoc exposcat. Item instituimus quod nullus monachus presumat exire portam regularem

[1] Cod. *dein* cum compendii nota.

post complectorium usque post capitulum celebratum, nisi evidens causa requireret, et hoc de licencia abbatis vel prioris, vel manifesta neccessitas postularet. Item constituimus ut, quando monachos villam adire contingerit[1], bini et honeste incedant, nec presumant vacare ludis vel confabulationibus laicorum. Item constituimus quod illis festivitatibus quibus laici et mulieres consueverunt vigilare in ecclesia, nullus monachus intret vel sit in ecclesia nisi quando divinum officium ibi celebrabitur, ut per hoc deponant speciem suspectivam. Item constituimus quod aliquo tempore mulieres non intrent claustrum monachorum nisi in processionibus et exequiis mortuorum. Item constituimus quod alique cause, sive sint canonice sive sint civiles, in claustro vel ecclesia minime ventilentur. »

His itaque per ordinem gestis, nos Petrus prior claustralis et totus conventus sancti Savini juravimus super sancta Dei evangelia semper subesse monasterio sancti Victoris Massiliensis et eidem obedientiam et reverentiam in omnibus et per omnia exibere. In cujus rei testimonium, presentem cartam sigilli domini abbatis et conventus munimine fecimus roborari. Actum est hoc die et anno quo supra, domino abbate et conventu in capitulo congregatis.

1017.

Sancti Savini.

Universis pateat presentem paginam inspecturis quod, cum nos Ber- 1246.
mundus de Mayrosio, monachus sancti Victoris Massiliensis, de mandato venerabilis patris domini W., Dei gratia abbatis ejusdem monasterii, ad monasterium sancti Savini, monasterio Massiliensi subditum pleno jure, ad inquisitionem faciendam, ibidem personaliter de[s]cendissemus, recepto a singulis monachis dicti monasterii juramento de veritate dicenda et mandatis nostris pariter comparendo, invenimus ibi quosdam fratres adeo dissolutos necnon in tantum a religionis tramite deviatos, quod eorum excessus salva consciencia preterire nequivimus impunitos. Igitur, eorum considerantes inbecillitatem, volentes

[1] Sic.

pocius redargui de misericordia quam de juditio reddere rationem, de consilio venerabilis F., Dei gratia abbatis sancti Savini, ne im poste-
f° 176. rum dictis * monachis audacia impunita ansum prebeat licencius delinquendi, Arnalldum de Scillen, W. de Marchos, Petrum de Solono infra claustrum dicti monasterii sancti Savini per quinque annos continuos et completos, et Arnaldum de Plano per 1 annum duximus includendos, nisi forte consuetudo dicti loci conventus eos exire evidencius exposcat. Raimundum Blanc arbitrio domini abbatis Massiliensis relinquimus puniendum. Ceteris vero fratribus, presentibus et futuris, ne curiam monasterii, sicut terminatur, ex una parte ad portam turris nove, et ex alia in pristinorum[1] in fonte communi, transire presumant sine licentia sui majoris districtius prohibemus. Et nos F., Dei gratia abbas sancti Savini, huic[2] sententie nostrum sigillum apponi fecimus, ad majorem firmitatem et in testimonium rei geste.

Actum est hoc anno Domini M° CC° XL° VI°.

1018.

De Toramina

(Fragm. ed. in *Gall. christ.*, III, instr., 237.)

7 aug. 1174. Omnibus, tam presentibus quam futuris, ego Guillielmus Feraldi certum et manifestum fieri volo quoniam querela quam Massiliense monasterium de me diu fecerat, propter exactiones quas in hominibus ecclesie sancte Marie de Toramina faciebam, per manum domini Poncii, Senecensis episcopi, terminata est.... Ego Guillielmus Feraldi.... exactiones quas ab hominibus sub dominio ecclesie sancte Marie de Prediis et honoribus causatis[3] faciebam, scilicet corroatas, asinarias, clausuram castelli et excubias ad custodiam castelli, et omnes injustas exactiones reliquo.... in manu sacra domini Poncii, Senecensis episcopi, et in manu A. de Morers, Massiliensis camerarii.... Omnes honores et possessiones quas huc usque habuit et possedit laudo, et

[1] Sic.
[2] Cod. *hanc*.
[3] Pro *casatis*.

omnes homines de honoribus istis casatos, liberos ab omni exactione et inquietatione absolutos predicte ecclesie im perpetuum concedo...* v°
Sciendum tamen est quod de bannis et justiciis ita dictum est, quod, posito banno, si homines prioris bannum fregerint, a me justitia banni ab eis non exigatur. Si vero in terris meis, tam cultis quam incultis, que sub banno[1] posite fuerint infra terminos tocius vallis, homines ecclesie bannum fregerint, dampnum restituere et justiciam banni michi dare coguntur, ita tamen legittime sicuti et mei. Si autem homines ecclesie homicidium seu proditionem commiserint, justitia michi conceditur. De ceteris vero criminibus que commiserint, dampna juxta consuetudinem terre restituant, sed pena justitie per me ab eis non exigatur, et sic concedo et laudo. Hoc autem pretermittere nolo quod civadam quam ab hominibus exigebam deinceps relinquo. Et, ut omnia supradicta firmius teneantur, fidejussores exhibeo Poncium Salvam pro mille solidis, Laugerium de Vergons pro M solidis, Bonifacium de Castellana pro M solidis, Aldebertum Feri pro M solidis.

Facta est hec terminatio anno ab incarnatione Domini M°C°LXX°III°, septimo ydus augusti, luna VI^ta^, in presentia horum testium : M. Senecensis prepositi, R. prioris de Mura, Petri prioris de Toramina, Johannis prioris de Castellana, Bonifacii prioris sancti Poncii, Petri de Salvenciaco, Aldeberti presbiteri de Toramina, Martini canonici Senecensis, Stephani Gaucelini, Aldeberti filii sui, Bonifacii Gaucelini, Salvaire, Astraldi, Aldeberti Ricardi, Guillielmi de Poiet.

1019.

De Toramina.

Sancti Spiritus adsit nobis gratia. Filium quem Deus diligit, illum 9 jan. 1218.
corrigit, et illum quem non diligit dimittit. Cum ex iniquitate mea devenerim ad morbum incurabilem, gratias ago Deo meo. Revera, cum magnam emendam Deo facere non valeam, me ipsum emendo. Ideo noscant tam presentes[2] quam posteri quod ego W. Feraudus me dono

[1] Cod. *sub anno.*

[2] Cod. *presentis.*

et concedo beate Marie de Toramina, pertinenti monasterio sancti Victoris Massilie, et, pro redemptione anime mee et parentum meorum, luminarie beate Marie de Toramina B. Leoncium, cum suis rebus et cum suis possessionibus, etiam dono, et perpetuo illum sacristarie concedo. Hanc donationem coram L., Dei gratia Dignensi episcopo, facio,
f° 177. et in cujus custodiam et R. * de Bello Joco terram meam et filiarum mearum tutelam dimitto. Sed, ut fortior esset donatio, dominus J. episcopus, judex noster ordinarius, ad Toraminam accessit, ad quem totum testamentum declaravi, et eum rogavi ut esset tutor et defensor B. Leoncii et sui patrimonii, ita quod nullus abbas vel monachus in eum tollas vel servitutem faciat, et ipse bonus dominus promisit episcopus B. custodire et ab omni servitute defendere.

Donatio hec fuit facta in castro Toramine superioris, v° idus januarii, M° cc° xvii anno dominice incarnationis. Inter hec fuerunt isti testes : R. presbiter, Ranuardus, P. Ranuardus, P. Nauga, B. Saurimus, Borellus, P. Rauls, W. Torca, P. Torca, Cornila, P. Ricardus, J. Ricardus, S. Boer, W. Issoardus capellanus episcopi, qui ex dicto domini sui episcopi hanc cartulam scripsit et cum sigillo domini episcopi, ex ejus mandato, confirmavit.

1020.

De Toramina.

30 apr. 1218. Noscant tam presentes quam posteri quod ego Guillielmus Feraudus.... omnes exactiones quas ab hominibus sub dominio ecclesie sancte Marie de Toramina, de prediis et honoribus casatis, faciebam, scilicet coroatas, asinarias, clausuram castelli et excubias ad custodiam castelli et omnes injustas exactiones relinquo....; et dono.... eidem ecclesie pararium in Inscla cum ribagio et totum tenementum W. Issoardi, in manu sacra domini J., Senecensis episcopi, et cartam quam
v°. inveni in ecclesia de eadem materia [1] confirmo....* In hanc confirmationem, sicut prenotata est in presenti cartula W. Feraudi, fuerunt

[1] Vid. sup., n. 1018.

isti presentes : B. prior de Castellana, P. Latilus sacerdos, R. cappellanus sancte Marie, B. Leoncius, W. Issoardus, W. de Mosteriis, W. Bos.

Nos vero J., Senecensis episcopus, ex rogatu W. Feraudi, hanc cartulam confirmamus, et eam cum nostro sigillo corroboramus.

Hec cartula est composita in ultimo die aprilis, luna prima, anno ab incarnatione Domini M° CC° X° VII°.

1021.

De Toramina.

Noverint universi quod ego Roais de Bello Joco conveni cum W. priore de Toramina, nomine Massiliensis monasterii et nomine ecclesie beate Marie de Toramina, de septingentis solidis raimundentium[2] quos posueram in dicta ecclesia de Toramina pro expensis domini abbatis Massiliensis, cum debitis et aliis necessariis predicte ecclesie de Toramina, et ita convenimus in presentia Raimundi Clavelli, prioris de Bredulla, Hugonis de Meolas, prioris de Gigors, quod dictus W. prior de Toramina michi reddat duodecim libras raimundentium quas confiteor et recognosco me ab ipso priore in solidum habuisse...; et in redemptionem peccatorum meorum de predictis septingentis solidis absolvo monasterium Massiliense et ecclesiam beate Marie de Toramina, *etc.* 1 febr. 1242.

Actum apud Ebredunum, in domo domini Raimbaudi de Bello Joco, anno Domini M° CC° XL° I°, kalendis februarii, presentibus testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis, videlicet Petro Guiberto presbitero, Bertrando Aalrando diacono sancti Petri, Petro Rainerio presbitero de Bredula, et Arberto scriptore. In cujus rei testimonium, ego Roais presentem cartulam jussi sigilli mei munimine roborari. f° 178.

[1] Anno 1217 nova luna incidit die 10 apr.; igitur chartam a. 1218 adscribendam duximus. a. autem 1218, die 29 ejusdem mensis. Hanc

[2] Sic.

1022.

De Toramina.

(Edit. in *Gall. christ.*, III, instr., 237.)

C. 1190. M.[1], Dei gratia Senecensis ecclesie episcopus, omnibus, *etc.* Vobis omnibus significari volumus quod controversia que inter Guillielmum Geraldi et Massiliense monasterium fuerat, de injuriis quas Guillielmus Faraldi faciebat in ecclesia sancte Marie de Toramina, in manu domini Poncii, bone memorie, Senecensis episcopi, predecessoris nostri, et in manu Aldeberti de Mores, Massiliensis camerarii, ita concorditer terminata fuit, sicut in carta a tineis corrosa et consumpta continetur[2]. Nos enim eam propriis manibus tunc temporis, dum prepositus fueram, conscripsimus, et hoc in verbo veritatis vobis dicimus et testificamur in Domino.

1023.

De Sex Furnis.

27 febr. 1197. Ut rei geste, *etc.* Controversia erat in presentia dompni Mainerii, abbatis Massiliensis, et W. de Petra sacriste, assidente eis Ugone de Burgo, inter P. Mazaparentz, priorem Sex Furni, ex una parte, et infantes Gaufridi de Torreves, ex altera, existente pro eis in judicio Poncio de Vizinis dato eis curatore in hanc litem specialiter, super diversis capitulis. Quorum primum erat de insula delz Embers, quam prior contendebat fore publicum patium et pascuum hominum Sex Furni; Poncius vero contendebat illam fore propriam infantum G. de Torreves; et de ejusdem insule salinis contentio erat inter predictas partes. Secundum vero erat de insula Ricardorum, de qua contendebant inter se. Tercium vero erat super teneamento Mali Fossati, quod
v°. dicebat prior esse patium. Quartum * super domo Bertrandi Gavot in qua facit ignem, et super torculari ejusdem Bertrandi. Quintum super

[1] Maurellius.

[2] Vid. sup., n. 1018.

gasto quod ruperat W. Bernardi juxta ferraginem G. de Torreves. Sextum super domo Caponis et super domo R. Malfait et super quadam domo Bastardorum. Septimum de excubia quam prior contendebat debere fieri ab infantibus G. de Torreves. Octavum vero super instrumento quod episcopus Dignensis B. de Turrias fecit.... Talem inter eos amicabilem compositionem sive transactionem voluntate parcium statuerunt : preceperunt enim ut tocius insule delz Embers venatio cirogrillorum esset infantum G. de Torreves, cum terris que usque ad hoc tempus ibi sunt exculte ; ulterius vero nichil in illa excolant insula vel edificent preter domum unam que sit altitudinis duarum cannarum et non ultra, ad opus granice. Homines vero Sex Furni possint in tota insula illa bestias suas pascere, sine dampno tamen agriculture que ibi aderit, exceptis ovibus, capris et porcis; canes vero nullo modo ibi introducant pastores vel domini quorum erunt bestie. De salinis vero que sunt in dominio prioris et infantum predictorum vel in antea erunt, preceperunt ut essent communes tam priori quam infantibus pro equis partibus, excepta decima parte quam debet primo deducere prior de tota salis universitate, jure decimationis ; saline vero que modo ibi sunt vel in antea erunt possint ampliari per insulam quantum necesse fuerit salinariis sine cujusquam contradictione ; si vero locus salinarum in alium usum opere manu facto mutaretur, fructus inde proveniens, secundum quod supradictum est, sit communis tam priori quam infantibus, primo deducta decima parte a priore ; preterea hominibus Sex Furni, qui in salinis suprascriptis jus aliquod habere se contendunt satisfaciant prior et infantes antequam salem ex ipsis salinis habitum dividant ; salem vero qui succrescet in matribus vel locis preceperunt esse communem omnibus Sex Furni hominibus, ita tamen [quod] in illis nichil faciant quod salinis noceat. Insulam vero Ricardorum propriam G. de Torreves fore cognoverunt. De Malo Fossato preceperunt quod esset patium et gastum, ita quod defensum ibi nullum sit, excepto eo quod ibi ruptum vel excultum est * ad opus agriculture ; ulterius vero nil ibi rumpatur vel excolatur. Domum vero in qua B. Gavot facit ignem cognoverunt esse prioris ratione soli in quo edificata est ; unde preceperunt ut serviat

f° 179.

B. Gavot pro illa priori annuatim[1] XII^cim denarios, vel, si noluerit, illa priori libera et quieta remaneat, restitutis a priore expensis, cognitione et arbitrio proborum virorum Sex Furni, B. Gavoto, vel, si maluerit, superficiem suam inde removeat, et locus purus remaneat prioris. De torculari preceperunt ut remaneret in dominio predictorum infantum G.^de Torreves, ita tamen quod sine voluntate prioris altius edificari non possit. Illud vero quod ruperat W. Bernardi preceperunt in dominio predictorum infantum remanere. De domo vero Caponis in exitu edificata preceperunt quod in dominio infantum remaneret, et non possit ulterius in exitum vel in viam extendi, edificando vel operando ultra quam modo edificatum est. Domum vero R. Malafare, cujus paries edificatus est in loco ubi erat via, preceperunt esse in dominio prioris, ita quod non possit in exitu vel in via que est illi contigua edificando vel operando extendi ultra quam edificatum est. Domum vero Bastardorum, de qua prior habebat censum VI denariorum, preceperunt remanere in dominio prioris; sed non accipiet ulterius pro ea nisi tres denarios. Ab excubia vero infantes liberos esse cognoverunt nisi i[m]minente Sarracenorum timore; tunc enim teneri eos de excubia preceperunt. Preterea instrumentum quod episcopus Dignensis B. de Turrias sigillo suo munivit, autenticum esse cognoverunt, et quicquid in eo continetur firmum et illibatum esse preceperunt, non obstante eo quod linea quedam grossiori littera scripta in ipsius instrumenti apparet serie, super quo pars predictorum infantum questionem induxerat et multum de jure disputaverat. Hanc autem transactionem sive amicabilem compositionem firmam tenere et contra non venire promisit utraque pars sollempni stipulatione interposita. Sciendum tamen quod P. de Vizinis promisit priori prefato stipulanti penam L librarum regalis monete, cujus LX solidi valebant marcham unam argenti fini, si *etc.;* ad majorem autem cautelam, fidejussores prestitit pro predicta pena prestanda P. de Vizinis scilicet Amelium de Coriis, Petrum Berenguerium, B. Gavotum.

Actum in castro Sex Furni, in camera juxta ecclesiam, anno domi-

[1] Cod. *annuantim*.

nice incarnationis M° C° XC° VI°, tercio kalendas marcii, indictione X^a III^a. v°.
*Testes ad hoc vocati et rogati fuerunt : P. de Cerveria prior major, P. de Mairosio, U. de Limet, A. de Petra, Aldebertus Bailinus, (isti sunt monachi); U. Bernardi sacerdos, R. Benedicti sacerdos, Laugerius advocatus prioris, Bozo advocatus, P. de Vizinis, Vitalis Pisanus, Gaufridus Acutus, Bertrandus Salique, W. Pistor, W. Geraldi, P. Aicardi, W. de Valtedena, P. Bartholomei, P. Niel, P. Berengarii, U. Berengarii, Amelius de Coriis, Gaufridus Geraldi, Bertrandus de Caramia, B. Gavot, Guillielmus de Auroneves, B. Aicardus, Guillielmus Stephani, Geraldus, Bertrandus de Porcils, B. de Lescura, Moisacs, Fulcho Aicardi, Rainaldus de Revest.

1024.

De Gardana.

Anno incarnationis dominice M° C° XC° V°, indictione XII[1]. 1195.

Ego Roncelinus, vicecomes Massiliensis et dominus de Gardana, concedo, laudo et confirmo donationem quam fecit Massiliensi monasterio Guillielmus de Gardana, filius Raimundi de Laurias, frater Ugonis et Poncii de Gardana. Donavit siquidem.... partem hereditatis sue que, facta divisione universe substancie et omnium bonorum mobilium et immobilium inter fratres suos, sibi fuerat assignata, et quicquid habebat vel habere debebat infra castrum de Gardana vel extra... Denique, omnibus abrenuntians, seipsum cum universis rebus suis in fratrem et filium predicto monasterio tradidit, et hominem vice Dei super caput suum posuit, obedientie se subiciens, et regulari discipline collum statim penitus submittens. Ego autem.... factam donationem... sigilli mei inpressione corroboro et confirmo.

1025. f° 180.

Sancti Genesii de Dromo.

In nomine, *etc.* Ego Willelmus de Dromo dono meipsum Do- April. 1179.

[1] Vel fort. *VIII*, ut secunda manu correctum est.

mino Deo et beato Victori et Deodato, Massiliensi abbati, in manibus Fredolis, ejusdem monasterii prioris, in fratrem et monachum. Dono etiam ex integro decimas quas habeo in terris et in locis illis omnibus in quibus ecclesia sancti Genesii accipit tascam... Dono preterea cccc solidos sancto Victori, quos debebat michi memorata domus sancti Genesii, *etc.*

Hujus donationis carta facta fuit anno incarnationis dominice M° C° LXX° VIII°, Frederico imperante in Alemania, mense aprili. Ego W. de Dromo, donationis istius actor, subscribendo corroboro per punctum. Et ego Willelmus, prephati Willelmi filius, per punctum
v°. confirmo. Testes sunt : Bonefacius, Beraldus, Attenulfus, B.* de Arcis, R. Aierra, P. Arberti, W. Boveth, Giraut de la Breula, J. Monachi, Aimericus presbiter, D. presbiter, Isuart Segoi, J. clericus, P. Raimundus, P. Boier, J. Ranulfus, Gautart, R. Augerius, Falcho, Ugo Ros, Augerius, W. Pellicarius, Laurencius Vezos, Boneth Forner.

1026.

Confirmatio comitis Provincie.

17 sept. 1235. In nomine, *etc.* Anno ejusdem secundum carnem M° CC° XXX° V°, XV° kalendas octubris.

Quoniam ea que, *etc.* Eapropter nos R. Berengarius, Dei gratia illustris comes et marchio Provincie et comes Forcalcherii, pro remedio anime nostre et parentum nostrorum, et quia scimus et credimus nos ipsos a monasterio sancti Victoris Massiliensis seu menbris ejusdem multa exegisse seu extorsisse aliquando minus juste, que omnia vos, P. abbas dicti monasterii, nobis liberaliter remisistis, castra omnia, villas, domos, possessiones, jurisdictiones et jura omnia, corporalia et incorporalia, quascunque et quecunque in nostro comittatu seu dominio nostro ubicunque usque in hodiernum diem monasterio seu etiam prioratibus et menbris ejusdem monasterii sunt hactenus quibuslibet modis licitis acquisita, vel que etiam dictum monasterium et prioratus seu domus ejusdem monasterii in presentiarum possident vel quasi possident pacifice vel quiete vobis P. dicto abbati, et per

vos monasterio vestro et successoribus vestris, laudamus, approbamus et confirmamus per nos et successores nostros hac carta im perpetuum valitura, non obstante si forte consensus noster super premissis vel aliquibus ex eis expressim non fuerit requisitus; salvis tamen nobis et nostris in predictis omnibus majori dominio et jure nostro, et quod pro castris et villis que et quas in comitatu Provincie possidetis, itemque pro aliis pro quibus fidelitas nobis fieri debet nobis et successoribus nostris per vos et successores vestros, per vos liberaliter fideliter fiat et per successores vestros, cum a nobis vel successoribus nostris fueritis requisiti, exceptis his que pro alio vel aliis tenetis vel possidetis, vos vel domus vobis subjecte.

Actum apud Sistericum, in viridario quod est infra curtem domus domini comitis supradicti. Testes fuerunt dominus R. Regensis, dominus R. Forojuliensis, episcopi, magister Galterius cantor Regensis, R. de Bargan. et P. Rostagnus, monachi Massilienses, et ego Raimundus, publicus notarius a domino R. Berengario, illustri comite Provincie institutus, qui, mandato * ipsius, hanc cartam scripsi et sigillo suo sigillavi et hoc signum meum apposui. f° 181.

1027.

Guidagium seu protectio comitis Provincie.

Cunctis... patefiat quod nos R. Berengarius, Dei gratia comes et marchio Provincie et comes Forcalcherii, per nos et omnes subditos, amicos et valitores nostros, affidamus et sub guidagio et protectione nostra recipimus bona fide, prout melius dici vel intelligi potest, monasterium sancti Victoris Massiliensis ac omnes domos et possessiones et res et alia bona ejusdem ac omnia molendina, paratoria et candoria ipsius monasterii, cum omnibus instrumentis et rebus ibidem existentibus, videlicet blado, farina et telis, ac aliis que ad dicta molendina seu paratoria vel candoria aportari vel inde reportari seu ibidem contingeret inveniri. Affidamus etiam, eodem modo quo supra, molendinarios, candoratores, mulaterios et omnes homines ibidem necessarios ac bestias, eundo, redeundo et comorando ibidem. Insuper 6 oct. 1240.

affidamus, eodem modo ut supra, villam de Revesto, domos Sancti Genesii, ortum monialium de Carvillano, de Sala et Sancti Justi, cum omnibus familis, possessionibus ac rebus omnibus predictorum locorum, et generaliter quicquid ad dictum monasterium pertinet in tota valle Massilie et ejus territorio seu tenemento. Sub guidagio et protectione ac fidancia nostra recipimus bona fide, sicut superius est expressum, xx bestias dicti monasterii preter equitaturas abbatis et aliorum monachorum et fratrum monasterii supradicti, quas utique sub eodem guidagio volumus existere omni hora, promittentes firmiter bona fide vobis, venerabili in Christo patri P., abbati ejusdem monasterii, quod, si dictum monasterium aliquod dampnum vel aliquam offensam incurreret in aliquo vel aliquibus de predictis, nos id totum, ad requisitionem vestram vel cellerarii aut vestri certi nuncii, totum illud ex integro emendaremus vel emendari sine difficultate qualibet faceremus... Et, ut predictis omnibus fides plenior adhibeatur et plenam habeant firmitatem, presentem cartam fecimus sigillo Aquensis curie sigillari. Et ego Perussolus, baiulus Aquensis, pro domino comite Provincie, promitto, mandato dicti domini comitis, vobis domino
v°. Petro, * cellerario dicti monasterii, recipienti pro predicto domino abbate et pro conventu[1] dicti monasterii, me predicta omnia, singula et universa, tenere inviolabiliter et observare[2]. Et ego Guillelmus Nicholay, publicus notarius in universa terra domini comitis Provincie, hanc cartam scripsi mandato domini Perussoli et signum meum apposui.

Data apud Aquis, anno Domini M° CC° XL°, pridie nonas octubri[s].

1028.

De Gardia.

1214. Incarnationis dominice anno M° CC° X° III°.

In nomine Domini. Notum sit... quod nos W., divina miseratione Massiliensis abbas,... concedimus tibi, magister P., collem qui super-

[1] Cod. *abbato et convento.* [2] Cod. *obcervare.*

eminens monasterio nostro Gardia nominatur, ut ibi ecclesiam edifices, et domos que tibi et ecclesie fuerint neccessarie, necnon et ortum vel vineam seu quicquid culture ibidem facere potueris, liberam faciendi habeas potestatem, tali duntaxat tenore ut dictum locum quamdiu nobis vel successoribus nostris obediens ac fidelis extiteris, possideas..., nullam alienandi habens potestatem sine nostro vel successorum nostrorum consilio vel consensu; unde quippe XII denarios regalium coronatorum pro censu cellario nostro in festo sancti Victoris annuatim persolves; qui etiam locus, cum omni melioratione et augmento quod a te ibi factum fuerit, post decessionem tuam sub dominio et jurisdictione nostri monasterii libere remanebit. Et ego quidem supradictus P.... dono meipsum Domino Deo et Massiliensi monasterio in fratrem et fidelem et filium in manibus vestris, domine W., Massiliensis abbas, et ita astringo me monasterio hujus voti promissione ut nullam peregrinationem longinquam sine monasterii licencia michi liceat facere vel causa suscipiendi alicujus religionis habitum ad alium locum divertere, *etc.*

1029. 1° 182.

De prioratu Cesariste.

.... Anno ab incarnatione Domini M° CC° VIII° X°, mense octubris, luna tercia, feria quinta, in die sanctorum Crispini et Crispiniani. 25 oct. 1218.

Notum sit... quod ego Petrus Ferecons dono et reddo Deo et beate Marie de Cesariste et tibi P. Bompar, rectori ejusdem ecclesie, partem illam et dominium quod habeo vel habere debeo in molendino del Teron, et territorium quod vocatur Boissa cum arboribus et cum defensione, et terris cultis et incultis usque ad Ancremam, et pratum de Isolo. Hoc donum factum est in ecclesia superius dicta ante altare beati Stephani, in presentia domini G. Aptensis episcopi, Raimundi, Olerio, Poncii capellano[1], Petri Rigaudo priori[2] de Bonils. Inde est quo dego G., Dei gratia Abtensis episcopus, ... hanc presentem cartam sigilli mei munimine roboravi.

[1] Sic. [2] Sic.

1030.

De priorata Cesarista.

Apr. 1219. Notum sit... quod ego W., Dei gratia comes Forcalquerii, laudo... beate Marie de Cesarista et beato Victori et monasterio Massiliensi dominium et elemosinam quod et quam Petrus Ferreous in fine et etiam in bona memoria dederat et relinquerat[1] dicte ecclesie et monasterio. Et, ut donum denotetur et sciatur, in predicta presenti carta antedictum donum prenominamus : pratum de Isolo et Boiseriam et jus quod habebat in molendino de Torono. Et ut, *etc.*, sigilli mei, *etc.*

Actum fuit hoc in mense aprilis, anno dominice incarnationis M° CC° XVIII°. Ad hoc interfuerunt Raimundus Bosonus tunc temporis baiulus, Petrus Clemens notarius domini comitis, qui, mandato ipsius comitis, cartam istam scripsit.

v°.

1031.

De Villa Crosa.

22 sept. 1244. In nomine, *etc.* Anno [ab] incarnatione ejusdem millesimo CC° XLIII°, mense septembris, die XXII, indictione I.

Ad eternam rei memoriam. Notum sit... quod nobilis vir Bonifacius, dominus de Castellana, ex una parte, et Bernardus, vir discretus, prior de Villa Crosa, ex altera, compromiserunt in Aldebertum, priorem de Tartona,... de omnibus rancuris seu querimoniis que vel quas ad invicem faciebant super facto seu dominio de Villa Crosa, renunciantes omni juris subtilitati, ut est in dilatione libellorum et in testium productionibus et in dilationibus et in sentenciis seu arbitriis in scriptis ferendis, et in omnibus aliis subtilitatibus que ad juris processum spectant... Item actum fuit quod B. dominus de Castellana debeat facere quod B. de Regio et B. de Gualberto, filii sui, debeant arbitrium et mandamenta approbare... Et si aliqua parcium contraveniret, promiserunt sibi ad invicem per sollempnem stipulationem a parte parti stipulata

[1] Sic

et promissa penam centum marcharum argenti...* Fuerunt fidejussores pro parte domini Bonifacii : Amelius, Rostangnus Dammonega, Orsetus, R. Ruffus, Poncius, G. Poncius Marselles, et R. de Vesilia ; pro parte vero prioris fidejussores extiterunt prope dicti omnes... Unde, visis et auditis et intellectis querimoniis et rancuris que erant super albergis et taliis et exactionibus et aliis gravaminibus que nobilis vir dominus de Castellana faciebat in hominibus de Villa Crosa..., visa litis contestatione legittime facta et juramento calumpnie in inicio cause prestito..., Deum solum habendo pre oculis, non declinando ad dextram neque ad sinistram,... dictus Aldebertus, sedendo, in scriptis talia protulit mandamenta : In primis, quod dominus de Castellana im perpetuum habeat in hominibus de Villa Crosa quattuor modios bladi annuatim, sicut habere consuevit. Item mandavit quod dominus de Castellana possit gerrerare et placitare cum castro de Villa Crosa. Item quod dominus de Castellana habeat in hominibus de Villa Crosa singulis annis duo alberga, unum in hyeme et aliud in estate, utrumque cum xx bestiis ad plus. Item mandavit quod, quandocunque dominus de Castellana vellet venire in castrum de Villa Crosa et etiam stare, posset hoc facere, et reciperent eum homines, suis tamen expensis propriis, non expensis hominum, nisi gratis vellent ei servire. Item mandavit quod pro cavalcatis posset exigere ab hominibus de Villa Crosa decem libras raymundensium singulis annis, cum per aliam terram fierent communiter cavalcate. Item mandavit quod dominus de Castellana tantum in duobus casibus faceret quistam in hominibus de Villa Crosa, videlicet pro filia maritanda sive dotanda et pro redemptione proprie persone si capta esset, et tunc in hiis duobus casibus pro quolibet posset trescentos solidos raymundensium exigere ab hominibus supradictis. Item mandavit quod pasquerium habeat dominus de Castellana in territorio de Villa Crosa sicut habuit usque nunc; avere tamen alicujus domus religiose non possit mittere in territorio de Villa Crosa sine consensu et voluntate expressa prioris de Villa Crosa. Item mandavit ut * pro alberga domini comitis dominus de Castellana habeat c solidos regalium in castro de Villa Crosa, quamdiu comes voluerit ipsum dominum de Castellana hoc habere. Item ab-

f° 183.

v°.

solvit dictus Andebertus de omnibus illicite exactis a priore seu ab hominibus de Villa Crosa dictum Bonifacium hactenus, ita tamen si de cetero abstinuerit; si vero contrarium faceret, prior de Villa Crosa qui pro tempore esset suam integram petitionem habeat de predictis. Idem mandavit quod domus propria prioris de Villa Crosa ab omni exactione seu vexatione in perpetuum sit immunis quantum ad dominum de Castellana. Item mandavit quod omnes justicias peccuniarias habeat prior in hominibus de Villa Crosa, exceptis illis quas acciperent pro effusione sanguinis, quia de illis habeat dominus de Castellana medietatem et prior aliam medietatem, et ille justicie exigantur secundum illam formam que constituta est in terra domini de Castellana, que talis est: quod, si aliquis in rixa seu prelio vel ex industria in castro de Villa Crosa alteri sanguinis effusionem fecerit, quoquomodo[1] sanguis emanet, justitia non possit excedere summam LX solidorum et unius denarii raymundensium; si vero aliquis de cultello vel alio gladio, lapide vel fuste attrociter alium vulneraverit, ita quod pocius de morte quam de vita speretur, tunc captus detineatur vulnerator quousque appareat de morte seu vita vulnerati; et, si vixerit, sit vulnerator in misericordia seu dispositione domini de Castellana et prioris de Villa Crosa; si vero vulneratus moriatur, secundum statutum domini Bonifacii judicetur; justicias vero propter effusionem sanguinis accipiat baiulus domini de Castellana, si effuerit[2], cum priore vel cum ejus baiulo, vel, si baiulus domini de Castellana non effuerit, baiulus prioris vel prior accipiat pro se et pro domino de Castellana. Item mandavit ut donationes et remissiones quas dictus B. de Castellana et Ruffus, ejus pater, fecerunt hominibus de Villa Crosa firme et illibate in perpetuum perseverent, sicut in quibusdam cartis continetur, quas ipsi suo sigillo fecerunt sigillari, quarum una ita incipit:

« In nomine Domini. Anno [ab] incarnatione ejusdem M° CC° XIII°. Notum, *etc.*[3] »

f° 184. Alia carta ita incipit:

[1] Cod. *quo quo*, compendii nota super posteriori *quo* addita.

[2] Fort. pro *affuerit*.

[3] Ut in instrumento sup., n. 985, edito.

« In nomine Domini. Anno [ab] incarnatione M° CC° V°, mense madii. Notum sit, *etc.*[1] »

Item mandavit dictus arbiter quod ille due carte que confecte fuerunt condam per venerabiles episcopos, patres nostros, J. Senecensem et B. Forojuliensem, per omnia in sua firmitate debeant remanere[2]...

Actum apud Salernas, ante ecclesiam sancti Andree. Testes fuerunt vocati et rogati : Graila, Paulus, Feraudus, Ugo Rainerius sacerdos, Girardus de Miso, Jordanus Quaiz, Gigo, Fulquo, Blancardus, Hugolenus, Poncius Coirol sacerdos, Bertrandus Bravetus et Guilelmus Adam. Et ego R. Andreas, publicus notarius a domino R. Berengario comite Provincie constitutus, interfui, et hanc cartam, rogatus a partibus et mandato supradicti Aldeberti, scripsi et hoc meo signaculo confirmavi. v°.

1032.

De villa Sancti Maximini.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, hanc publicam cartam legentibus, quod, anno ab incarnatione Domini M° CC° XXI°, nonas octobris, ego Petrus Arnulfus, de villa Sancti Maximini, convenio et promitto per stipulationem vobis domine Agneti, presenti et stipulanti, uxori condam domini Guillielmi de Rians, quod, qualitercunque vel quandocunque vos vel vestri, vel quelibet alia persona habens causam a vobis, solveritis michi vel meis illos M solidos regalium, vel satisfeceritis inde michi vel meis de illis M solidis regalium, quos habuistis a me pro pretio venditionis quam michi fecistis de vestro affari ville Sancti Maximini et territorii ejusdem ville, prout in carta inde per manum G. Odonis factam plenius continetur, quod affare dominus Guillielmus de Rians, condam maritus vester, vobis reliquit, quod, facta michi vel meis satisfactione[3] de dictis M solidis, ut superius continetur, postea incontinenti predicta venditio dicti affaris a vobis michi facta sit cassa et inutilis et inefficax et nullius 7 oct. 1221.

[1] Ut sup., n. 985.
[2] Vid. sup., n. 985.
[3] Cod. *satisfactionem*.

momenti et habeatur pro nulla et non facta, et hoc ex pacto inde habito[1] et expressim inter me et vos facto, ita quod post satisfactionem michi vel meis factam de dictis M solidis qualitercunque, ut superius continetur, ego dictus P. vel mei non possimus postea uti predicta venditione dicti affaris contra vos vel vestros vel contra alias personas que causam a vobis haberent, vel que habent jus vestrum a vobis concessum aliquo jure vel ex aliqua causa, volens et concedens vobis domine Agneti quod, facta michi vel meis satisfactione vel oblatione de dictis M solidis, ut superius continetur, postea vos et vestri et concedens vel quelibet alie persone que causam haberent a vobis vel jus vestrum in dicto affari, possitis vestra propria auctoritate habere et possidere vel quasi possidere et recuperare affare predictum tamquam vestrum proprium pleno jure, non obstante venditione predicta loco pignoris michi facta de dicto affari, a quo volo et concedo me et meos
f° 185. fore reppellendos, et, ex predicta satisfactione M solidorum, vel * ex oblatione inde michi vel meis facta, et etiam pacti conventione habita et facta inter me et vos dominam Agnetem; et hoc tempore contractus et in ipso contractu venditionis michi facte a vobis de affari predicto, hoc salvo michi quod guarachia que habuero in dicto affari in illo anno in quo michi fuerit satisfactum de dictis M solidis sequentur me cum fructibus qui exibunt ex illis guarachiis in eodem anno.

Actum in camera prioris sancti Maximini, et isti fuerunt testes vocati et rogati : Ugo Isnardus de Tritis, dominus Gaufridus de Signa de Rogerio, Guiraldus de Rosset, Ugo Vincentius, Petrus Ruffus, Isnardus Mala Car., Franguetus, dominus Gaiassolus, dominus Peregrinus prior sancti Maximini. Et ego Guiraldus Oddo, publicus notarius Sancti Maximini, interfui et mandato utriusque partis hanc cartam scripsi et in ea hoc signum meum apposui.

[1] Cod. *ex pacte i. habite.*

1033.

[De villa Sancti Maximini].

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Notum sit omnibus... quod, 28 apr. 1231
anno ab incarnatione Domini M° CC° XXX° primo, IIII° kalendas madii,
ego Gaufridus de Sancto Maximino, filius condam Guillielmi Is-
nardi,... vendo... ecclesie sancti Maximini et tibi domino Peregrino,
priori ejusdem ecclesie,... omnes fructus et gausidas sive proventus
sive obventiones omnium bonorum meorum que habeo... in villa Sancti
Maximini et in tenemento sive in territorio ejusdem ville et in castro
de Bajols sive in tenemento ejusdem, pretio MMD solidorum regalium
coronatorum, quos confiteor me habuisse...* Et si dicta venditio plus r°.
valet nunc vel in antea valebit dicto pretio, illud totum, quicquid sit
vel fuerit, etiam si dimidiam justi precii excedit, *etc.* Item vendo tibi...
omnia jura et nomina realia et personalia et omnem jurisdictionem et
senoriam vel dominium que habeo... in predictis locis..., sive sint tale
vel collecte in hominibus vel feminabus, sive sint pascua, defensus vel
venationes, sive sint usatica vel servicia vel alberga vel corroate aut
alia servicia peccuniaria vel non peccuniaria, sive quiste censuales
bladi vel peccunie, sive sit servicium censuale gallinarum vel bladi et
panis, sive quodlibet[1] aliud servicium vel jus aliquod, occasione banni
et lesde et usaticorum, gardiarum et dominii[2] pascuorum et castanie.
Et, pro omnibus supradictis... observandis im perpetuum a me et a
meis, obligo tibi Peregrino dicto et dicte ecclesie omnia bona mea,
habita et habenda, jure pignoris seu ypothece, renuncians in omnibus
predictis et singulis, super hiis expressim cercioratus, specialiter juri
ypothecarum et illis legibus que dicunt venditionem posse remendi[3] si
fuerit in ea deceptio ultra dimidiam justi precii, vel que dicunt justum
precium debere supplere, et illis legibus que dicunt donationem posse
revocari ex causa ingratitudinis, et legi dicenti[4] donationem ultra

[1] Cod. *quolibet*.
[2] Cod. *dni*, cum compendii nota.
[3] Sic. Fort. pro *rescindi*.
[4] Cod. *dicendi*.

d aureos non valere nisi actis fuerit insinuata, et dilationi xx dierum
f° 186. et III mensium et omni alii dilationi et juri * scripto et non scripto, legali et canonico, facto vel faciendo et consuetudinario, per quod, *etc.;* concedens... quod tu et tui successores... possitis ingredi auctoritate vestra propria possessionem vel quasi omnium bonorum meorum habitorum et habendorum, non requisito consilio a majori, et ea bona capere seu occupare et habere et possidere ex causa pignoris, *etc.*

Actum in porticu ecclesie sancti Maximini, ante domum focariam ipsius ecclesie. Et isti fuerunt testes...: Guillielmus Rainoardus, Guil lielmus de Brosa, Guillielmus Bonardus, Petrus Gifredus, Ugo de Pola, Ricardus de Aquis, Arnulfus, Ugo Bonart, Audebertus Ruffus de Sparon, Petrus Johannes, Petrus Arnulfus, Ronsolinus prior de Antraigas, Ugo Airaudus, Gill. Botinus, Raimondus Robertus, Guillielmus Isnardus de Faison, Ugo de Besanduno, Petrus de Roccafolio prior de Caderneto, Raimundus Isnardus de Anriolo, Milos Vitrearius. Et ego Guiraldus Oddo, publicus notarius domini comiti[s] Raimundi Berenguarii, interfui et, mandato utriusque partis, hanc cartam scripsi et hoc signum meum posui.

v°. 1034.

De Sancto Maximino et de Barrjolis.

26 apr. 1231. In nomine, *etc.* Notum sit... quod, anno ab incarnatione Domini M° CC° XXX° primo, VI° kalendas mai[i], ego Gaufridus de Sancto Maximino, filius condam Guillielmi Isnardi, prudens de jure, sciens de facto,... dono... totum illud quod habeo... in villa Sancti Maximini et in castro de Bajols et in eorum territoriis seu tenementis, et in castro de Rocca Forti et in castro de Cura et in eorum territoriis seu tenementis (hoc excepto quod prius donaveram Guiraldo Oddoni, scilicet meam partem de terra Felguerie et meam partem ferraginis del Aiguier, et medietatem terre quam Guiraldus colebat liberam pro patre meo condam Guillielmo predicto, que confro[n]tatur cum prato Auquerio); aliud totum, quicquid sit vel fuerit, quod habeo vel possi-

deo vel quasi vel alius vel alii pro me vel nomine meo in villa Sancti Maximini et in castro de Bajols et in castro de Rupe Forti et in castro de Cura et in eorum territoriis seu tenementis, et totum meum afare et totum honorem meum et omnia bona mea immobilia et omnia jura et nomina realia et personalia et omnes jurisdictiones et proprietates et senorriam vel dominium que habeo in predictis locis seu ad me pertinent vel pertinere possunt usque in hodiernum diem, sive sint predia rustica vel urbana vel suburbana, sive census[1] vel trezeni, dominium vel senorie, vel tale vel quiste vel collecta vel exactiones personales vel reales in hominibus vel feminabus, sive homines vel femine sive possessiones culte vel inculte sive sint prata[2] vel vinee, nemora vel pascua, defensus vel venationes, sive sint utica[3] vel servicia vel alberga aut corroate aut talia servicia peccuniaria vel non peccuniaria, sive census bladi vel peccunie, sive sit servicium censuale bladi vel gallinarum vel panis seu quodlibet[4] aliud servicium vel jus aliquod corporale vel incorporale, omnia supradicta, sicut predictum est, dono donatione simplici inter vivos Deo et beate Marie et monasterio beati Victoris Massiliensis et ecclesie sancti Maximini et tibi Peregrino, priori dicte ecclesie... Recognosco me propria voluntate dedisse... omne jus quod habebam... in affari quod fuit condam
* domine Aines, beato[5] Victori Massiliensi et ecclesie sancti Maximini f° 187.
et tibi Peregrino... ; et hoc dedi post primam donationem factam bonorum meorum dicto monasterio et dicte ecclesie sancti Maximini tribus mensibus elapsis... Et si in solidum vel pro parte aliquid a te vel a dictis locis de dicta donatione evinceretur et propter hoc aliquas expensas faceretis, illud totum quod inde evictum esset et omnes expensas quas occasione illius evictionis faceretis, promitto tibi Peregrino et dictis locis restituere et resarcire in solidum. Et.... obligo tibi et dictis locis jure pignoris sive ypothece omnia bona mea, *etc.*

Actum in camera Isnardi sacerdotis, et isti sunt testes vocati et v°.

[1] Cod. hic et infra *scensus*.
[2] Cod. *prate*.
[3] Fort. pro *usatica*.
[4] Cod. *quolibet*.
[5] Cod. *beati*.

rogati : Raimundus de Mimet prior de Villa Crosa, Ronsolinus prior de Antraigas, Roccafolius prior de Cadeneto, Isnardus sacerdos, Poncius Draconus, Guillielmus de Oleriis clericus. Et ego Guiraldus Oddo, publicus notarius domini comitis Raimundi Berenguerii, interfui et, mandato utriusque partis, hanc cartam scripsi et in ea hoc signum meum apposui.

1035.

Carta Sancti Maximini et Castri Regalis.

10 aug. 1246. In nomine Domini nostri Jesu. Anno incarnationis ejusdem millesimo CC° XL° VI°, III° idus augusti. Notum sit... quod dominus G. Piniacensis prepositus, nomine ecclesie Piniacensis et hominum de Bersa, ex una parte, et Guillielmus Bermundus, rector ecclesie Castri Regalis, nomine dicte ecclesie et de Carnulis et hominum Castri Regalis et nomine monasterii Massilie, ex altera, subposuerunt se mandamento... Nicholay Burgundionis, baiuli illustris domini R., Dei gratia comitis et marchionis Provincie et comitis Forcalquerii, in baiulia Sancti Maximini et Brinonie, et Guillielmi, saeriste ecclesie Barjoli, judicis seu assessoris dicti baiuli in dicta baiulia, super controversiis et raneuris que inter eos vertuntur et deducte sunt et examinate in curia, super contentione finium distinguendorum inter castrum de Bersa pertinens ad ecclesiam Piniacensem et Castrum Regale pertinens ad ecclesiam Castri Regalis et tenementum de Carnulis, et occasione cujusdam ratis quam homines Castri Regalis dicuntur fecisse et homines de Bersa dicuntur comburendo destruxisse...; sub pena c librarum regalium
f° 188. coronatorum...; * renunciantes partes ambe omni juri canonico et civili, scripto et non scripto, quo contra predicta vel aliquid de predictis venire possent, et feriis partes renunciaverint[1]. Et quod predicta firmius attendantur, Ugo de Turre, canonicus Piniacensis et prior[2] monasterii Laudate, in anima dicti domini prepositi juravit; pro parte vero dicti Guillielmi Bermundi juravit Poncius Isnardus, scutifer suus... Actum

[1] Sic.

[2] Cod. *prioris*.

Barjoli, in domo Guillielmi Revelli, in presentia et testimonio Fulchonis Novi prioris de Speluca, Mathei de Forte jurisperiti, Raimundi Grossi, Petri de Turre prioris de Cannosco, Guillielmi Revelli, Ugonis Robaudi, Petri Bermundi, Petri Andree notarii publici[1].

Anno quo supra, xvii kalendas semptembris. Notum sit... quod nos frater Guillielmus, humilis abbas monasterii sancti Victoris Massilie, et devotus fratrum conventus ejusdem monasterii, constituimus et facimus te, dilectum in Christo fratrem nostrum Guillielmum, priorem sancti Zacharie, procuratorem, sindicum vel actorem, in causa que vertitur inter te... et prepositum Piniacensem, *etc.* Actum in dicto monasterio. 16 aug. 1246.

Anno Domini M° CC° XL° VI°, III° idus semptembris. Notum sit... quod dominus G. Piniacensis prepositus, de voluntate et consensu Piniacensis capituli,...* promisit per se et per ipsum capitulum se ratum et firmum habiturum, *etc.* Actum in claustro Piniacensi, ante ecclesiam beate Marie de Piniaco, in presentia et testimonio Mathei de Forte jurisperiti, Guillielmi Ysnardi monachi, Petri Achardi. 11 sept. 1246. v°.

Anno Domini M° CC° XL° VI°, pridie idus semptembris. Super controversia, *etc.* Petebat siquidem dictus Guillielmus Bermundus, prior sancti Maximini et rector ecclesie Castri Regalis, et nomine ejusdem ecclesie et ville de Carnulis[2] et Castri Regalis, quod territorium Castri Regalis et de Carnulis distinguebatur per hos terminos : scilicet ab ecclesia sancti Salvatoris protendebatur usque ad cliperium quod est in sumitate Castellarii, et deinde dirigitur usque ad rupem de Mugel, et dicebat quod totum illud quod erat ex parte Regalis et ville de Carnulis erat de tenemento vel tenementis dictorum locorum. Item, ex adversa parte, proponebat dominus G. Piniacensis prepositus, nomine ecclesie Pinniacensis et castri de Bersa, quod ad dictam ecclesiam pertinebat quod termini predictorum locorum aliter distinguebantur[3] : scilicet a dicta ecclesia sancti Salvatoris distinguebatur limes per quandam bosinam que dividit duo prata, que bosina protenditur usque ad rivum et 12 sept. 1246.

[1] Cod. *not. publico.*
[2] Cod. *Cartulis.*
[3] Cod. *distingabatur.*

deinde ad curiam veterem recte protendebatur, et deinde procedebat recte ad vallonum de las Fontainollas, et deinde procedebat per las Fontainollas et per Malum Vallonum usque ad siccam Olivarii que est ad colletam Castri Regalis, et deinde procedebat per quandam draiam qua itur versus Teneri.... Nos dictus Nicholaus baiulus et Guillemus sacrista Barjoli taliter dicta territoria distingimus[1] et limitamus per mandamentum nostrum quod sicut quod ab ecclesia sancti Salvatoris usque ad bosinam prati quod est prope ecclesiam recte, que bosina
f° 189. protenditur rectomus ad fraice quod est* in summitate prati, et de dicta bosina et fraicino ad claperium quod est intus curiam veterem et bosinam dicti prati, quod claperium est ad pedem cujusdam aquatus, et protendatur de dicto claperio ad curiam veterem, et de curia protendatur recta via usque ad vallonum de Fontainollas, et deinde usque ad Malum Vallonum et ad quoddam riale quod venit ex parte dextera, et de[s]cendat per eum aqua pluvialis de Monte de Teneri, et cadit in dictum Malum Vallonum, et deinde per dictum rivum cedat recte usque ad pedem montis dicti de Tineri, et deinde per ipsum rivum accendat[2] dictum montem usque ad sumitatem calle[3] basse dicti montis, que colla est quasi in medio inter rupem que dicitur de Mugel et aliam rupem que est ex parte Castri Regalis in sumitate dicti[4] montis de Tineri, et, ita quod processimus, mandamus et per mandamentum nostrum diffinimus quod illud quod est ex parte dextera sit de territorio castri de Bersa; illud autem quod est ex parte sinistra sit de territorio de Carnulis et Castri Regalis....; et mandamus quod riale semper remaneat comune.

Actum juxta ecclesiam sancti Salvatoris, in presentia et testimonio Mathei de Fonti jurisperiti, Girardi de Areis jurisperiti, Rainaldi de Masalgis militis, Fulcherus[5] de Blancafort militis, Fulchonis Novi prioris Spelluce, Guillielmi Ysnardi monachi, Petri de Turre prioris de Cannoso, Bertrandi de Pigone canonici, Bonifacii de Antrecastello[6]

[1] Sic.
[2] Leg. *ascendat*.
[3] Fort. corrig. *colle*.
[4] Cod. *do*, adjecta compendii nota.
[5] Sic.
[6] Cod. *Anirecastello*.

prioris de Saissono, Ugonis de Turre prioris Laudate, Petri Andree prioris de Tortoz, Raimundi Lautardi prioris castri de Bersa, et mei Raimbaldi Nicholay, publici notarii domini comitis Provincie per universam terram suam, qui omnibus predictis interfui, et... hanc chartam scripsi et feci et in ea signum meum apposui.

1036. v°.

Innocentius papa II.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis G. et R., vicecomitibus Massiliensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Massiliense monasterium juris esse specialiter beati Petri cum omnibus ad ipsum pertinentibus liquide comprobatur. Accepimus autem quod tam monasterium ipsum quam loca supposita injuriis, rapinis et molestiis graviter infestatis. Quod quam iniquum sit, [sanctas] videlicet ecclesias persequi suisque dotibus spoliare, nullus ignorat. Quocirca per presentia scripta vobis mandando precipimus quatinus prefato monasterio ablata restituatis et ab ejus infestatione desistatis. Alioquin tolerare non poterimus quin de vobis debitam justiciam faciamus. 1 dec. 1130.

Datum apud Clarum Montem, kalendis decembris.

FINIS CHARTULARII MINORIS.

APPENDIX.

1037 [1].

1 febr. 683.

(Edd. Mabillon, *Ann.*, I, 698; Boyer, *Hist. de l'égl. de Vaison*, pr., 7, et Pardessus, *Dipl.*, II, 191.)

Charta qua Aredius seu Petrunius, Vasionensis episcopus, Grasellensi monasterio dona a se vel ab aliis collata confirmat et privilegia concedit. Varias lectiones ex Massiliensi volumine depromptas subjicimus.

	DIPLOMATA.	VOLUMEN.
P. 191, l.	3 et alibi : *Petruinus.*	*Petrunius.*
	4 *inchoari.*	*inchoare.*
	5 *nostrorum consilio.*	*n. comprovincialium fratrumque nostrorum c.*
	6 *pertractantes.*	*protractantes.*
	7 *illis a nobis.*	*illi a nobis.*
	10 *in loco.*	*in deco* (sic).
	14 *vir Fredeghisolus.*	*vcro* (sic) *Frodeghisolus.*
	18 *sicut tamen.*	*sic tamen.*
P. 192, l.	1 *promisit.*	*promittit.*
	4 *suburbano.*	*suburbicio.*
	17 *monasteria.*	*monasterio.*
	20 *principium.*	*principia.*
	26 *stabilitatem.*	*stabilitate.*
	35 *ut cetera.*	*et cetera.*
	37 *actorum.*	*auctorumque.*
	secularium, remota sancta.	*scc. rem., sancta.*
P. 193, l.	1 *quæsitam.*	*queritam.*
	6 *et pro.*	*scd pro.*
	in totum.	*totum.*
	expecto.	*expeto.*
	10 *aliunde, scd, sicut decet.*	*alium deneciamus* (sic).

[1] Ex volumine n. 136, quod sæculo undecimo duodecimove exaratum videtur.

DIPLOMATA.	VOLUMEN.
P. 193, l. 10 *et dignitas.*	*ut dignitas.*
13 *electio.*	*eligenti.*
ut ne.	*ut non.*
14 *elegerint.*	*elegerit.*
15 *percurrente.*	*precurrente.*
18 *providerit.*	*previderit.*
29 *tabulas necessarium*	*tabule nec casum* (sic)
fuerit.	*fuerint.*
32 *ullius.*	*ullus.*
potestatis usurpans, de.	*pot., us. de.*
33 *nec de sanctis.*	*non de s.*
nec de sacris.	*neque de s.*
48 *alias.*	*aliquas.*
49 *a nobis hujus.*	*a nobis de hujus.*
P. 194, l. 1 *quam quæ.*	*quam quod.*
12 *neminem vestrum.*	*inhumanum nostrum.*
13 *si quis.*	*si quid.*
23 *qui a nobis.*	*qui hoc a nobis.*
25 *per præsenti.*	*pro presenti.*
36 *Wolbertus.*	*Wobbertus.*
qui.	*episcopus.*
40 *Fredicus.*	*Tredicus.*
P. 195, l. 7 *domno meo.*	*domino meo.*
5 *Delphinus.*	*Delfinus.*

C. 692.

1038[1].

(Edd. Mabillon, *Ann.*, I, 700; Boyer, *Hist. de l'égl. de Vaison*, pr., 3; Bouquet, IV, 673, et Pardessus, *Dipl.*, II, 228.)

Fragmentum diplomatis Chlodovei III, regis Francorum, quo privilegia monasterio Grasellensi concessa confirmat. Has varias lectiones volumen Massiliense nobis suppeditavit.

DIPLOMATA.	VOLUMEN.
T. II, p. 228, l. 1 *Chlodoicus*,	*Clodoicus.*
2 *per nostris*,	*pro nostris.*

[1] Ex eodem volumine.

DIPLOMATA.	VOLUMEN.
T. II, p. 228, l. 4 *regiæ*.	*regum* (sic).
8 *ibi ab ipso*.	*inibi ab ipso*.
10 *collectum*.	*collatum*.
11 *ibi*.	*inibi*.
12 *quiete*.	*quieta*.
13 *conservari*.	*conversari*.
20 *spiritualibus*.	*spalibus*, adjecta compendii nota. Fort. leg. *specialibus*.
p. 226, l. 3 *contigere*.	*contingere*.

1039 [1].

906.

(Ed. a Vaissete, II, pr., 44; Fragm. ap. Bouquet, IX, 319.)

Anno ab incarnatione DCCCVI, sub indictione VIII, conventus factus est sanctorum episcoporum apud Barchinonam civitatem, [quorum hæc sunt nomina: Arnustus, archiepiscopus alme Narbonensis ecclesie, Servus Dei Gerundensis, Nantigisus [Urgellensis, Idalcharius Ausonensis], Teudericus Barchinonensis, Rainardus Cavelicensis. Dum igitur residerent in ecclesiam sanctæ Crucis, una cum precellentissimo principe et marchione Vuifredo, seu plurimorum diversi ordinis clericorum et religiosorum laicorum[que non minima caterva, ut plurimorum] audirent querimonias, et, Deo favente, que prolata erant justissime determinarent, in supra dictorum presentia affuerunt legati Deo devote et religiosissimę abbatisse Hemmę, prę manibus habentes scripturam confirmationis rerum monasterii sui [quod situm est in honore sancti] Johannis Baptistæ, edita scilicet atque roborata a prenominato summo antestite Arnusto ceterorumque venerabilium episcoporum quorum hæc sunt nomina: Amelius Uceticensis, Aglardus Nemausensis, Riculfus Helenensis, Artmannus [Tolensis, Servus Dei Gerun]densis, Nantigisus Urgellensis, Reinardus Biterrensis, Gontarius Magdalonensis, Autgarius Lutovensis, Gimera Carcasensis, Gerardus Agatensis. Quoniam vero in presenti coadunatione affuerunt quidam venerabilium

[1] Ex autogr., n. 120. Uncis inclusimus quæ ex edit. restituta sunt.

episcoporum qui primo defuerant conventui, petiit prefata Deo dicata abbatissa per suam legationem easdem res monasterii sui ut juxta kanonicam et episcopalem auctoritatem confirmarent. Nam istæ sunt ecclesiæ, parroechię vel cellę atque predia, quas sub jure kanonico sibi petiit roborari, primum quidem ipsum monasterium in honore sancti Johannis Baptistæ et precursoris Domini sub tuitione et cura episcopali, sicut sacri kanones docent, cum parroechia et finibus vel adjacentiis suis; parroechiam quoque sanctæ Mariæ et sancti Kyrrici, et Saura cum finibus suis; cellam etiam sancti Martini cum sua parrochiuncula, necnon et ecclesiam sanctæ Columbæ cum parroechia sua; cellam quoque qui dicitur Mucronio cum subjuncta sibi parroechia; hæc omnia conjacent in episcopio Ausonense. In pago autem Vallense, parroechiam sancti Genesii, in villa quę dicitur Amigdala, et in pago Cerdaniense parroechiam sanctę Marię quę dicitur Lilietum, et B[erg]-ogiam, et August[ina]m, et juxta Cardonam cellam sancti Johannis cum sua parroechia, et in Confluente pago villa Foliano ecclesiam in honore sanctæ Eulaliæ cum sua parroechia, et in eodem territorio parroechiam de ipsa ecclesia subdita, quę dicitur Campilias. In Bisuldunense, cellam quę dicitur Collo Vuitizane, ecclesia sancti Vi[ncentii, cum ipsa parro]echeia, et in Porcarias ecclesia sancta Maria. Hec igitur omnia nos prescripti atque subsignati presules, secundum hoc quod sancti patres kanonicis legibus instituerunt, confirmamus eidem monasterio vel ipsi abbatisse, obtestantes et inprecantes sub divina censura ut..... aut inrationabiliter aliquid ex ipsis rebus ab ipso monasterio auferre vel minuere, nisi tantum quod ex ipsis parroechiis censum annuale quod solis episcopis vel ministris ecclesiarum[1] solvere solitum est per singulos annos solvatur; [alia vero que supersunt ad adjutorium et supplemen]tum ipsius monasterii vel ipsi abbatisse et creditis sibi a Deo devotis feminis ad regendum custodiantur et sub ejus potestate serventur. Si quis autem contra hoc pontificale decretum a nobis statutum agere, de ipsis rebus monasterii prefati [assumere temptaverit, sciat se severissimo mucronis vinculo

[1] Sic in autogr., ut nobis visum est. Edit. habet : *matricis ecclesiis*.

anathematis feriendum et a regno Dei extorrem. Ut autem hoc certius ab omnibus credatur, propriis manibus subter firmando roboravimus. Anno primo regnante Charlone rege[1].

Arnustus sanctę Narbonensis ecclesię humilis episcopus. Nantigysus episcopus humilis. Idelherus umilis episcopus. Servus Dei episcopus. Teudericus Barchinonensis aecclesiae humilis episcopus.

Ego Sigoinus presbiter hoc scripture decretum scripsi et subscripsi sub die et anno quo supra.

1040[2].

Carta de Agnanica.

In Dei nomine. Convenientia seu promissiones, qualiter convenit 18 jun. 924.
inter virum venerabilem domnum Drogonem, gratia Dei sanctę Massiliensis ęcclesiæ episcopum, et quodam hominem, nomine Pontionem, et uxore sua Alexandria, huna per consensum et voluntatem congregationis sancti Victoris martyrys.

Noscitur quomodo convenisset inter illos de racione sancti Victoris que sunt site in pago Uzetico, in villa quę dicitur Anaica. Ibi cedimus tibi mansum unum cum curtis et ortis et exais, campis et vineis, per tale vero conventum ut Deus omnipotens Pontionem et uxori sue Alexandria vitam concesserit ipsum mansum, cum bono studio, cum ipsa omnia supra scripta diligenter condergere faciatis, et quicquid plus quantum ibi adquirere potueretis, omnia ad ipsum mansum vobis concedatis, et per singulos annos ad prefatam æcclesiam sancti Victoris, ad avocatum domnum episcopum, ipsi homines superius nominati omnique anno persolvant solidos II; post obitum vero illorum, ipse mansus cum omni melioratione, absque ulla tarditate, partibus ęcclesię sancti Victoris revertatur. Si quis, *etc.*

Facta conveniencia ista in Arelate civitate, publice, XIV kalendas julii, anno XXXIII regnante et imperante Illudovico, filio Bosoni regis.

[1] Voces *anno p. r. C. rege* altera manu scriptæ sunt. De quibus d. Vaissete hæc annotavit : « Ces mots ne sont que dans une des trois anciennes copies qu'on voit de ce monument dans les archives de Saint Victor. »

[2] Ex autogr., n. 6.

Drogo, humilis episcopus, qui hanc conveniencia ista fieri jussit. Razo, æcclesię Arelatensis humilis prepositus. Martoaldus, humilis presbiter. Ramardus, humilis. Madalbertus, humilis presbiter. Erminulfus, humilis presbiter. Stagnardus, humilis presbiter.

1041 [1].

(Ed., sed mendose, ap. Martene, *Ampl. coll.*, I, 292; in *Orig. Guelfic.*, Hanov. 1750, II, 132, et ap. Bouquet, IX, 697.)

18 aug. 950. In nomine sancte Trinitatis. Chuonradus[2], gratia Dei rex. Si quis justus postulationibus petit, rectum est illi inpendere curemus. Quoniam quidem notum sit omnibus nostris fidelibus qualiter quidam homo nomine Arlulfus[3] petiit regiam magnitudinem nostram, petens nos ut quasdam res illi concederemus, quod et facimus : hoc est, in curte de Tresia, que est pertinens ex comitatu Marsiliacense et jacet in comitatu Aquense, cum omnibus apenditiis qui inibi pertinent de comitatu Marsilia, cum turre, omnia et in omnibus de nostro jure et potestate in illius tradimus dominatione quicquid hagere voluerit. Et abet hos terminos dinominatos : de uno latus, usque in loco que vocant Untinos, et usque in Paleria, ita et in monte Bagde usque in flumen Belone, et de..... usque in valle Restones; ita et in monte Bedoe..... [Ut autem] hoc nostrum preceptum [ab omnibus] observetur et a nullo unquam [viol]etur, manu nostra firmavimus.

Signum domni Chuonradi (*monogr.*) regis.

Einricus, ad vicem Amonis episcopi, recognovi.

Data xv kalendas septembris, anno regnante domno Chuonrado rege xiii. Feliciter. Amen.

[1] Ex autogr., n. 112.

[2] Conradus, rex Arelatensis.

[3] Non autem *Carluttus*, ut in edit. habetur.

1042 [1].

De la Lona.

Auctoritas etenim jubet aecclesiastica et lex precepit romana ut qui- 17 apr. 979.
cunque rem suam in alicunque transfundere voluerit potestatem per paginem testamenti eam infundat, ut prolix[is] temporibus secura et quieta permaneat. Dilecto atque amabile mihi Ugone, ego, in Dei nomen, Vuilelmus[2], marchius Arelatense Provintię, cessor atque donator, una pro amore et benivolentie tuę que circa te habeo et quod semper bene humiliter mihi servisti, propterea cedo vel dono tibi aliquid de prop[r]ietatem meam, qui mihi legibus obvenit. In comitatu Avinionense, in agro Rupiano, in loco que nominant a la Lona; ibique dono tibi de terra culta et inculta condamina I, qui habet per longo dextros de ambos latus CCXLVIII, et in queque frontes dextros CXXX. Consortes: de uno latus, lona aquarum; de alio latus et uno fronte, terra vicinabile; de alio vero fronte, terra sancti Petri et Vuilelmo, ac si qui alii sunt consortes. Et facias quiquid volueris, habendi, vendendi, dandi vel comutandi tuisque heredibus derelinquendi, in Dei nomen, habeas integram licenciam et potestatem. Sane si quis, ego aut heredes me[i] vel ullus homo, contra donacione ista ire, agere vel inquietare voluerit, non valeat vindicare quod repetit, se[d] componat in vinculum auri obtimi libra I, et in antea donacio ista firma stabilis permaneat, omnique tempore, cu[m] stipulacione interposita pro omni firmitate subnexa.

Facta donacio ista in Arelate civitate, publice, XV kalendas madii, anno XLII regnante Conrado rege.

Signum Vuilelmus, qui hanc cartula scribere et firmare rogavi, manu sua firma. Signum Arsinda[3] comitissa firmavit. Signum Eldebertus et Vuarbidus et Bonfilius, judices, manus illorum firmaverunt. Signum Dodones firmavit. Signum Aicardus firmavit. Signum Vuilelmus firmavit. Signum Caballarius firmavit. Signum Casto firmavit.

[1] Ex autogr., n. 38.
[2] Guillelmus I, comes Provinciæ.
[3] Arsinda, prior Guillelmi I uxor.

Signum Richelmus firmavit. Signum Bonfilius vicarius firmavit. Signum Laidrada firmavit.

Aimericus presbiter rogitus scripsit.

1043 [1].

(Ed. Martene, *Ampliss. coll.*, I, 530.)

12 mai. 979. Walcaudus, Cavellicensis episcopus, consilio senioris sui Chuonradi [2] regis atque incliti marchionis Vuilelmi [3], ad ecclesiam sanctæ Mariæ et sancti Verani, confessoris Christi, quæ in Valle Clusa sita est, quosdam religiosos ex sibi a Deo commissa ecclesia mittit sacerdotes, quibus tribuit ad victum medietatem ex decimis supra scriptæ vallis, duos molendinos, et de sua parte medietatem de vineis, quæ in præsenti in illa valle esse videntur, et in antea quantum ipsi in ipsorum dominio adquirere potuerint.

Facta est hęc donatio seu institutio Avenione, III idus maii, anno dominicę incarnationis DCCCC^mo^ LXX^mo^ VIII^no^, indictione VII^ma^.

Signum Vualcaudi episcopi, qui donacionem istam scribere jusi [4] et testibus firmare rogavi ..... chanonicis sanctæ Mariaę vel ..... [firma] vit. Dodo firmavit ... aira ..... Ricardus firmavit. Ro ..... dus firmavit. Durandus, presbiter.....

Signum Silvestri, archiepiscopi Aquensis ecclesiæ.

Signum Vuarnerii Avenionis ecclesie.

Signum Vuilelmi comitis.

[1] Ex autogr. mutilo, n. 505.

[2] Conradus, rex Arelatensis

[3] Guillelmus I, comes Provinciæ.

[4] Sic.

TRANSLATUS CARTARUM SANCTI MICHAELIS DE FALIO, QUOD MONASTERIUM EST SITUM IN COMITATU BARCHINONENSE SIVE AUSONENSE[1].

1044.

(Edid. Martene, *Ampl. coll.*, I, 353.)

I. Charta qua « Remundo comes et marchio[2] » dat Gondebaldo speleam suam, « cum venerandis titulis quæ infra sunt, quod est sanctum Michalelem archangelum vel alios quorum ibidem siti sunt, » ad construendum cœnobium, « in comitatu Barchinonense sive aliquid in termine Ausonense, cujus baselica sita est in locum quæ dicunt Falio. » 11 jun. 996.

Facta scriptura donationis tercio idus junii, anno primo quod cepit regnare Radbertus rex, filio Ugoni regi qui pridem fuit dux.

Remundo comes et marchio, Ermensides comitissa, qui hanc donatione fecimus et firmare rogavimus. Arnulfus, acsi indignus, gratia Dei humilis episcopus et abba. Francus sacer[3]. Oliba sacer. Vuifredus sacer. Hichilane sacerdos, qui hanc donationem scripsit, die et anno quod supra.

1045.

II. In Dei nomine. Ego Raimundus Berengarii[4], gratia Dei comes et marchisus, una cum conjuge mea, nomine Helisabeth, gratia Dei comitissa, tibi Gondebaldus Ermemiri hanc vendicionem facimus emptore. Per hanc scripturam vendicionis nostre vendimus tibi alodium qui est in comitatu Barchinonense, in Vallense, locum vocitatum Riels, vel locum quę dicunt Fallio. Est quippe hoc alodium casas et curtes, cum eorum supra positis atque ędificiis, terras et vineas et trileas et arboribus diversis generis, et ortos et pratis et pascuis et garricis et boscos et omnes molindinos, cum omni eorum utensilia, 25 apr. 1031.

[1] Ex volumine, n. 349, quod sæculo XI exeunte exaratum videtur.

[2] Raimundus-Borrellus, comes Barchinonensis.

[3] Vol. *sac*, cum compendii nota. In sequenti charta vox *sacer* bis occurrit, singulis elementis expressis. In utraque vox *sacerdos* integre scripta legitur.

[4] Raimundus-Berengarius I, comes Barchinonensis.

cum eorum regos et caput regos et glevars et cacavars et destoledors et excurredurs, et fontes cum aquis aquarum, et cum omnes vias et montes et pronum et planum et rocas. Et advenit ad me supra scripto Raimundo per genitorum meorum et ad me Helisabeth per largitionem supra scripti comiti. Afrontat quippe hoc alodium, de parte orientis, in parrochia sancti Petri vocitate Bigas; de meridie, similiter in parrochia sancti Petri et in alodium qui fuit de Petrasius condam; de occiduo, in parrochia sancti Felicis de Cotinas vel de sancti Martini; de circi. afrontat in parrochia sancti Martini de Sancteias vel in parrochia sancti Petri vocitata Bertin. Et afrontat ipsum alodium de ipso Falio supra scripto, cum omnes edificios qui infra sunt, de parte orientis, in ipsa serra qui descendit de ipso Fitor usque in Roca Fundata; de meridie, in cacumine montis de ipso Fitor; de occiduo, usque ad ipsum boscum quę dicunt de Planas; et de circi, usque in medium flumen Tenes. Quantum iste afrontationes supra scriptas includunt, sic vendimus tibi supra scripta omnia, simul cum exiis et regressiis suis, propter precium solidos quingentos valentes x uncias auri, quod tu emptor precium nobis dedisti et nos venditores accepimus, et est manifestum. Que[1] vero predicta omnia, quę nos tibi vendimus, de nostrum jure in tuum tradimus dominium et potestatem, ab omni integritate solidum, ut quicquid exinde facere vel judicare volueris, liberam in Dei nomine habeas plenam potestatem. Quod si nos venditores aut aliquis homo utriusque sexus contra hanc venditionem venerimus aut venerit ad inrumpendum, ad nihilum nobis vel illi aut illis eveniat; et insuper componamus aut componat vel componant tibi vel illi qui ex hoc possessor fuerit supra scripta omnia in triplum cum omni sua inmelioratione; et in antea ista vendicio firma permaneat per omnimoda tempora.

Facta vendicione VII kalendas maii, anno XIII regni Henrici regis.

Reimundus comes, Elisabet commitissa, nos qui ista vendicione fecimus et firmamus, et testes firmare rogavimus. Adalbertus judex Ellemari prolis subscripsit. Signum Bernard Amad. Signum Bernard Vuidfret.

[1] In vol. voci *que* superaddita est compendii nota.

Signum Vuilelm Borrel. Signum Olibamir. Signum Raimbald Zozfret. Signum Arnald Oliba. Signum Vuilelm Bernard. Signum Raimun Vuilelm. Signum Gisbert Vivas. Signum Vuitard Jozfreth. Signum Udalald Vuitard. Signum Vuilel Arnald. Adalbertus, sacer et judex. Vitalis, monachus et sacer, qui hoc scripsit, et die et anno quod supra.

1046.

III. Monet nos denique super excellentiam gratiam sancti Spiritum jam fidelium mentes inlustrata atque indesinenter ortatur, ut precepta dominice quod quotidie in auribus nostris pandimus ad obediendum efficiamur idone; sed si per cuncta adimplere negleximus vel exiguum non efficiamur, extorrens. Obinde, ego Gonballus me puto in animis ut nemini mihi similis in peccatis, sed, jubente Domino, per celestis desiderio, aliquid de proprietate mea Domino Deo donare debeo. Ego Gonbaldus et uxor mea Guilla donatores sumus domum sancti Michahelis archangeli coenobii, cujus infra marginibus Barchinonense comitatu vel Ausonense baselica est consecrata et mirabiliter manu Dei facta, locum quod vulgus nuncupant Falio. Bene convenit in nostris animis ut jam dicto cenobio in nostra proprietate aliquid habeat particula. Audientes predicatione divina quia elemosina a morte liberat animam, proid donamus ad libato coenobio aliquid de alodes nostros, cum cunctis suis edificiis et plantariis vel adjacentiis, qui nobis advenit per cunctisque vocibus, aut ad me Guonbaldo, jam dicto donatore, sive per genitorum, seu per comutationem vel per comparationem vel per ullasque voces. Similiter et me Guilla, jam dicta donatrice, per meum decimum vel per omnesque voces. In primis donamus ad domum sancti Michahelis prefati coenobii ipsum nostrum aulaudem quod habemus in parrochia sancti Vincentii de Riels, id est ipso cellario, cum suo edificio et cum ipso torculario et cum ipsas vineas et cum terras ubi resident ipsas vineas nostras proprias, simul cum ipsas vasculas cum illorum afrontacionibus in locum ubi dicunt Lavandarias. Et in eodem loco, in Riels, donamus ipsum masum que fuit de Guanta sive de Imol, cum omne suum edificium, cum 12 aug 1034.

terris et arboribus, cum ipsas trilias et cum ortos, quę ad ipsum masum pertinent. Et in alio loco, ubi dicunt Loberes, sive in parrochia sancti Felicis, sic donamus ad predictum cœnobium ipsum alaude qui fuit de Guidenel, cum casas, cum solos et superpositos, cum terras et vineas, cum arboribus fructuosis vel infructuosis vel olivariis. Et in alio loco, in parrochia sancti Petri de Bigas, ipsum nostrum alaude quod ibi abemus, qui nobis advenit per comparationem que fecimus cum Galin, sive per commutacionem cum prefato sancto Michahele, aut per ullasque voces, id sunt casas cum curtes, cum illorum edificia et ortos et terras et vineas, cultum vel eremum, cum omni genera arborum qui ibidem sunt et cum ipsas olivarias, cum margines et terminos quę ad ipsos masos pertinent. Et in parrochia sancti Juliani de Liciano, ad ipsa Spina, ipsum nostrum alaudem cum terras et vineas, cultum vel heremum, cum casas et curtes, cum solos et superpositos, cum arboribus et pratis et mulnare, cum suo caput regum, sicut venit per ipsum torrentem de ipsa Spina usque ad alium torrentem qui venit per Casellas. Quantum ibi habemus et vel habere debemus, advenit ad me Gonballus per genitores meos sive per ullasque voces, et ad me Guilla per decimum vel per comparationem sive per ullasque voces. Et ipsum nostrum aulaudem quod abemus in Mogoda et in Cabannes et in Canalilias, qui fuit de Vuilelmus de Voltrera vel de filiis suis, id sunt casas cum curtes, cum solos et superpositos, terras et vineas, cultum vel eremum, pratis, pascuis, cum omni genera arborum qui infra sunt, sive cum ipsa garriga et cum ipso bosco et cum ipsas decimas, qui advenit ad me jam dicto Gonbaldo per cartam donationis que fecit mihi frater meus Oliba[1] episcopus, sive per qualicumque voce. Et in parrochio[2] sancte Marię de Calidas, ipsum nostrum alaude, qui fuit de Arnallus, id sunt casas cum curtes, cum solos et superpositos, cum terras et vineas, cultum vel eremum, et arboribus sive olivariis, cum omnes suas adjacentias, qui nobis advenit per comparatione sive per qualicumque voce. Et in parrochia sanctę Eulalię, ipsum nostrum aulodem qui fuit de

[1] Oliba, episcopus Ausonensis. [2] Sic.

Godmar, id sunt *etc.*, qui nobis advenit per placitum de Duran de Regacol. Et in parrochia sanctę Perpetuę virginis, ipsum nostrum aulodem quod ibi habemus, id sunt casas cum curtes, cum solos et superpositos, et cum pariliatas tres de aulaude qui nobis advenit per comparatione, il qui fuit de Vuillelmus de Callers. Et est hęc omnia supra nominata in commitatu Barchinonense, in Vuallense, in prefatis locis, cum omnes terminos vel adjacentias illorum. Et ipsum aulaudem quod habemus ad ipsos Forns, qui nobis advenit de pignoratione de Miro, de villa de Maier, id sunt, *etc.* Et ipsum aulodem de Cabannes vel de Amendola, qui advenit ad me jam dicta Guilia per comparationem per qualicumque voce, id sunt, *etc.* Et ipsum meum alaudem quod habemus Iruvigno, qui fuit de Tedrig, quod ibi modo habemus vel deincebs postmodum adquirere potuerimus, id est in casas, *etc.* Sic donamus vel debitamus omnia ab integrum ad prefatum coenobium, quantum ipsas afrontationes includunt vel terminos ambiunt in suprascriptis locis, sic donamus, *etc.*

Facta ista carta donatiouis II idus augusti, anno III Aenrici rege.

Signum Gonbaldus, signum Guilla, qui ista donatione fecimus et firmare rogavimus. Signum Mironi. Signum Remon. Signum Gonballus Gerbert. Signum Gonballus Ademar. Signum Amalrigus Godfredus. Signum Arnallus Oliba. Signum Seniofredus. Signum Reimundus Seniofredo. Signum Vivas levita. Vadaldus monachus scripsit die et anno quod supra.

1047.

IV. In Dei nomine. Ego Gislabertus, nutu Dei sanctę sedis Barchi- 1 oct. 1044.
nonensis episcopus, una cum assensu canonichorum meorum, inpignatores sumus Domino Deo et monasterio ęcclesie sancti Michahelis archangeli de ipso Fallo et tibi Gondeballo Bishorensi. Manifestum enim quia debitores sumus Deo et predicto monasterio et tibi Gundeballo uncias x auri boni de Ispania per xv uncias auri legitime pensatas, quas tu Gondeballus et monachi servientes Deo et predicto monasterio nobis prestastis in maxima nostra necessitate et quas expendimus in opere et edificio parietum ęcclesie sanctę Crucis sedis

predicte quę noviter reedificatur. Propterea impignoramus Deo et predicto monasterio, et tibi Gondeballo et monachis servientibus predicto loco, ipsam ęcclesiam sancti Vincentii de Riels, cum suis omnibus alodis et decimis et primiciis et oblationibus et suis pertinentiis atque adjacentiis, quę hodie habet aut in antea, Deo dante, adquisitura erit. Est namque predicta ęcclesia de Riels in comitatu Barchinonense, in Vallense, in terminio castro Monte Bois. Afrontad, de oriente, in parrochia sancti Petri de Bigas; de meridie, similiter in ipsa parrochia et in alodium quę fuit de Petrasius condam; de occiduo, in parrochia sancti Felicis de Codinas, sicut suum censum est terminatum et modo eum retinemus per terminum de Riels; de circi, affrontat in alodium sancti Cucufati et sancti Michahelis et in parrochia sancti Petri vocitati Bertin. Quantum iste affrontationes includunt, sic impignoramus Deo et predicto monasterio et monachis predicto loco servientibus et tibi Gondeballo jam dicto omnia ab integre, cum exios et regressios eorum, exceptus ipsum redditum sinodi, hoc sunt dinarios XII, quod ad opus nostrum retinemus, et de jure nostre sedis predicte in ejus dominationem predicti monasterii tradimus predicte ęcclesię, hoc modo et ordine ut ego Gislabertus episcopus reddere faciam ad supradicto domo vel ad ejus servientes XV uncias auri de ista festa sancti Michahelis ad aliam venientem. Et, si ego aut predicti cannonicorum meorum non reddiderimus ipsum debitum ad s[u]pradictum terminum, teneat ipse supradicto monasterio vel ejus servientes supradicta ęcclesia sancti Vincenti, sicut superius resonat, usque dum reddite sint supradictę uncię auri ad supradicto domo cum illorum lucro per tercium per unumquenquem annum, et post meum discessum similiter facient alii episcopi successores mei vel cannonicorum sanctę Crucis. Et qui ista impignoratione disrumpere voluerit, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus supradicta omnia ad jam dicto domo in duplo, et in antea ista impignoratio firma permaneat omnique tempore.

Actum est hoc die kalendas octubris anni XIIII regni Henrici regi.

Ego Gondebaldo Bishorensi dono ad supradicto domo ipsas meas voces, quas in ipsa pignora resonat, ad suo proprio.

Signum Gondebaldo Bisorensi, qui ista donatione feci ad supradicto domo. Guislibertus, gratia Dei episcopus. Signum Geralli levitę. Signum Dalmacius sacer. Petrus levita. Miro presbitero. Seniofret sacer. Berengarius archidiaconus. Guilelmus clericus. Miro presbiter. Adalbertus, sacer et judex. Ermemirus, levita et sacriscrini. Reimundus presbiter. Compan levita. Bernardus presbiter. Gaucefredus sacer. Ego Gislabertus episcopus, cum cannonicorum meorum, nos suprascripti qui ista impignoratione fecimus et firmavimus et testes firmare rogavimus. Arnald Vuitard. Udalard Vuitar. Petro Mirone. Arnald Oliba. Arbert Bernard. Gonbald Signold. Vitalis monachus qui hac impignorationem scripsit die et anno quod supra.

1048.

V. Hoc testamentum est tractum ex testamento domni Gomballi Bi- 16 aug. 1048
sorensis.

In Dei nomine. Ego Gomballus volo pergere ad Ispaniam, et propter hoc facio hunc testamentum, ut, si de isto itinere mors mihi advenerit, usque dum testamentum alium faciam, licentiam habeant isti elemosinarii mei, id est Aurucia mulier mea, et Guandalgaus Sendres, et Miro Vuilelmus et frater suus Vivas, et Ademars de Vilar, et Raimundus Lobet, et Vuilelmus archidiachonus, et Berengarius Guaribertus, et Guadaldus Durandus, omnem facultatem meam apprehendere et dare pro anima mea, sicut in ipsum testamentum resonat. In primis concedo ad domum sancti Michahelis coenobii de ipso Fallo ipsos meos alodes quod ei incartavi cum mulieri meę nomine Guisla, sicut in ipsius cartula resonat[1], et ego Gonballus tenco propter suum beneficium. Et ipsum meum alodem qui fuit de Fulchone Gariberto, qui est in parrochia sancti Minati, id est ipsum solarium de Auriag et de Monte Lauro, cum illorum adjacentiis quę ad ipsis pertinent, id est terris et vineis, cultis vel incultis, silvis et garricis, pratis et pascuis et omni genere arborum, quę michi advenit per impignorationem vel per qualicumque voce, concedo ad domum sancti Michahelis coenobii

[1] Vid. supra, n. 1046.

de ipso Falio; et ipsum meum alodem quod habeo in parochia sanctę Marię de Caldas, quę fuit de Arnald, similiter cum ejus terminis, ubicumque invenire potueritis, concedo ad domum sancti Machahelis et ipsum meum alodem qui est in parrochia sancti Petri de Bigas, qui fuit de Arnal et de sorore sua Heldiarda, remaneat ad ipsum sanctum Michahelem de ipso Falio; et ipsum castrum de Monte Boi, cum ipsos suos terminos. Et ipsos alodes qui sunt in parrochia de Caldas, et de Aurenzana et de Feliem de Codinas, qui non sunt donati ad Sanctum Michahelem, remaneat ad filia mea nomine Guisla et ad virum suum nomine Mir et ad filium suum de Guisla, et ipsos feus et ipsas parrochias quę tenet in comitatu Barchinonense, episcopales et comitales, exceptis ipsa parrochia de Samaluz et ipso feu et medietatem ecclesię de Cardedol, remaneat ad Mir et ad Guisla et ad filium suum in servicium de senioribus suis de quibus tenent, in tali videlicet ratione ut donent c uncias de auro in potestate manumissores suprascriptos, per Monte Boi et per ipsas honores et per ipsos alodes suprascriptos. Et ipsum castrum de Paladalmalla, cum ipsos alodes et ipsos feus, excepto ipsum alodem de Vilardodila cum ipsos terminos et ipsam quartam partem de ipso Far cum suos terminos, remaneat ad Guisla et ad virum suum nomine Mir et ad filium suum de Guisla, in tale conventum ut donent L uncias de auro in potestate manumissores meos suprascriptos, infra primum annum. Et ipsas tres partes de ipsum castrum de Far jurent Mir et mulier sua et filius suus, quando fuerit in tali ętate ut jurare possit, ad ipsos[1] qui ipsas tres partes tenuerint de ipso castro de Far per alod, infra xxx dies, quę isti supra scripti commanran istos supra scriptos aut ipsos qui vivi fuerint; et illi jurent ad Mir et ad Guisla et ad filium de Guisla, quartam partem de ipso castro[2] cum suos terminos; et ipsos castellanos qui tenuerint ipsos castros de Mont Boi et de Paladalmalla non mittant in potestate de Mir Garibert et de Guisla filia Gonballi et de filium suum de Guisla usque dum donent ipsas uncias de auro supra scriptas, et si isti donare noluerint supra scriptum aurum istum, remaneat ad Ber-

[1] Vol. *ipos*, omissa compendii nota. [2] Vol. *casto*.

nard et Vuilelmum, fratrem suum, nepotes Gomballi, et isti donent CL. uncias auri in potestate manumissores infra primum annum, et habeant omnia ista suprascripta. Et ipsum castrum de Pax, cum suis terminis, totum ab integro remaneat ad Guisla filia mea. Et ipsum castrum de Cubellas, cum suis terminis, totum ab integro remaneat ad filias meas Ermengards et Ermensends, in tale conventu ut non habeant licentiam vendere nec alienare, nisi ad Guislam sororem suam aut ad filium suum de Guisla, et ipsum castrum de Besaura, de Curul et de Torelonense, cum ipso feu et cum ipsas parrochias et cum ipsos alodes et cum ipsas bailias, totum ab integro remaneat ad uxorem meam nomine Auruciam et Laurianam ; et ipsum feu de Samaluz, cum ipsa parrochia et ipsa medietate de ipsa parrochia de Cardedol, et ipsum alodem de Vilardodila cum suis terminis remaneat similiter ad Auruciam uxori meę, in tale conventum ut in diebus suis teneat et possideat sine blandimento de ullumque hominem aut feminam, si virum non apprehenderit. Et si virum apprehenderit, remaneat ad Vuilelmum archidiachonem nepotem meum, et donet inter cannonicam sedis sancti Petri Vico et monasterium sanctę Marię de Rivo Pollense et inter cannonicam de Gerunda L uncias de auro, in anno primo quo Aurucia mortua fuerit aut virum apprehenderit. Et ipsas honores honores[1] de comitatu Ausone remaneat ad Vuilelmum, nepotem meum, sicut supra scriptum est; et post obitum Vuilelmi, remaneat ad nepote meo filio Gisle, si vivus fuerit. Et ipsum feu de Samaluz, cum ipsa parrochia et ipsa medietate de ipsa ęcclesia de Cardedol et ipsum alodem de Vilardodila, post obitum Aurucię aut si virum apprehenderit, remaneat ad Guisla filia mea et ad filium suum, propter hoc ut donent ipsas L uncias de auro de Paladalmalla suprascriptos. Et ipsum meum alodem de Sancto Aciselo, qui est in Empurdan, et ipsa medietate de ipsa parrochia, totum ab integro remaneat ad Ermengards filia mea. Et ipsum meum alodem de Mazanas totum ab integro remaneat ad filia mea Ermensendis. Et ipsum meum alodem de Fenestellas et de Palomar et de Barchinona remaneat ad ipsa cannonica de sancta Cruce et sanctę Eulalię. Et ipsum

[1] Sic in vol. iterata est vox *honores*.

meum mansum de Barchinona, qui fuit de Arbert, remaneat ad Guisla nepta mea, filia de Arbert. Et ipsas meas equas et vaccas, totam medietatem ab integro ad sanctum Michahelem de ipso Falio, et alia medietatem ad Aurnciam uxori meę; et ipsum meum mobilem, quantum invenire potueritis ad illa die quando mors mihi advenerit, totam terciam partem ad domum sancti Michahelis de ipso Falio; aliam terciam partem ad uxori meę Aurnciam; aliam terciam partem infra debitos et missas; et CL uncias de auro supra scripto, terciam partem ad sanctum Michahelem de ipso Falio, aliam terciam partem ad Aurnciam uxorem meam; et de alia tercia parte dono decem uncias ad ipsa cannonica de Barchinona et opera de sancta Eulalia; et ad monasterium puellarum de sancto Petro de Barchinona uncias III de auro, et ad monasterium sancti Cucufati similiter; et ad sanctum Laurentium de Monte uncias II; et ad sancti Benedicti coenobii similiter; et ad sanctam Mariam de Caldas uncia I; et ad sanctam Mariam de Besaura similiter; et ad cannonicam de sancto Petro de Vico uncias V; et ad sanctam Mariam Rivipollensi uncias III de auro; et ad sanctum Michahelem de Coixano uncias II; et ad sanctam Mariam quę vocant Crassam similiter; et ad cannonicam de sancta Maria de Poio uncias V; et ad sanctum Petrum Romę similiter; et ad sanctum Victorem de Massilia similiter. Et ego Gonbaldus suprascriptus mando ad Guandalgod et ad Raimund Lobet, qui tenetis ipsas meas honores, non habeant potestatem de ipsos castellos, id est Mont Boi et Paladalmalla, si mors mihi advenerit, usque dum habeant juratum Mir Guaribert et mulier sua nomine Guisla et filius suus, si ętatem habet, ipsam honorem suam quam habet sanctus Michahel de ipso Falio, et alodem et mobilem, quę non illis tollant ne l'en tollant; et adjutores len sian a tener et ad aver per directam fidem sine ingan. Similiter mando vos meos homines suprascriptos quę non faciatis podestativos Mir Garibert et mulier sua et filio suo de ipsos castros supra scriptos, usque habeant juratum ad Aurnciam ipsam honorem et ipsum aver, quem ego laxabo ad illam, quę non illis tollant ne l'en tolant, nec illi nec homines nec femne per suum consilium nec per suum ingenium. Et ipsum monasterium de sancto Michahel laixo in potestate generis mei Mironi Gariberto et filie meę

Guislæ nomine et filiis suis, omnique posteritati meę, qui post me Montem Boium debent tenere omnique tempore. Quod si vos aut ullus homo qui hunc testamentum disrumpere voluerit, sit anathema et cum Juda Scarioth participationem habeat. Et mulieri meę nomine Aurucia fiat in bailia Domino Deo et sanctis suis, et de Olibano episcopo et de Guilaberto episcopo et de Bernardo Guifredo et fratri suo Vuilelmo archidiachono.

Factum hunc testamentum XVII kalendas septimbris, anno XI regnante Henrico rege. Translatio vero de hunc testamento acta est.[1]....

Signum Gonbaldus qui istum testamentum feci et firmavi et testes firmare rogavi. Signum Ademar. Signum Atcenturio. Signum Vuilelmi Eudi. Signum Garibert. Signum Maier. Signum Eiral. Vifredus sacer. Signum Cherucio presbiter. Signum Gerall sacerdos. Signum Adalber Vuilelmus. Signum Vuilelmus Bernard. Signum Vuilelm Vuilelm. Signum Josfred Ermengaud. Signum Raiambert. Signum Garibert. Signum Vuil[el]m. Signum Raimun Adruer. Signum Amalrig Josfred. Poncius monachus qui hunc testamentum translatavit et die et anno quod supra.

1049.

VI. Monet denique, *etc.*[2] Ego Gonbaldus et uxor mea Guilla dona- 4 oct. 1006.
tores sumus domum sancti Michahelis archangeli coenobii, cujus infra marginibus Barchinonense comitatum vel Ausonense basilica est consecrata et mirabiliter manu Dei facta, locum quod vulgus nuncupant Falio.... Proid donamus ad libato coenobium aliquid de alode nostro proprio quod habemus in commitatum Barchinonense, in jam dicto Falio, id est spelea jam supra taxata[3], cum adjacentibus rupibus et cum aliis cunctisque cavernis; cum emmanantibus laticis et discurrentibus rivulis, et cum terris et vineis, et arboribus generis, cum ermis et cultis et edificiis cunctis. Et affrontat, de septentrionalem partem, in sumitate de ipsis rupibus; et, unde Febus oritur, adlaterat in torrentem qui per pluvialem tempus ducit aquam, et descendit per Gato

[1] Sententia in volumine non absoluta.
[2] Ut sup., n. 1046.
[3] De hac *spelæa* agitur in charta anni 996, apud Martene edita. Vid. sup. n. 1044.

Commesto, et pervenit per ipsa limite de ipsa rocha usque in deteriora saxa, hoc est Petra Mala, et, de mensimbrię, in jam dicta Petra Mala; de occasu, in medio alveo Tenensi; et, de circi, in sumitate de ipsis rupibus vel in saltu Gerundela, prope valle Asinaria. Hęc omnia supra taxata donamus ad predictum domum cum aliis alodis quod adquisivit ipsa domus per omnes locos vel commitatos in transacto tempore, totum ab integro, cum exiis vel earum regressios, et cum earum afrontationes, sicut in eadem resonat cartula, qui nobis advenit ad me Gonbaldum per donationem de seniori meo Raimundo commite vel domina mea Ermensinda comitissa.... Et iterum nos suprascripti donatores Gonbaldus et uxor mea Guilla donamus ad prefato coenobio archangeli Michahelis alodem nostrum proprium quod habemus in comitatu Barchinonense, in loco quod dicunt Plano Auliti, id sunt casas cum suis supra positis, cum terris et vineis, arboribus et trileis, rusticum vel urbanum, et cum discurrentium limpharum quantum ibidem habemus vel possidemus. Et, in alio loco qui nuncupatur Boscherones, donamus ad predicto domo modiatas v de vineis, cum ipsis terris quod ibidem habemus, cultis et eremis, et cum omnia genera arborum qui infra sunt, qui mihi advenit ad me Gonbaldum per genitores meos, tam per comparationem vel per quascumque voces, et ad me Guilla per decimum me[i] dotalis. Donamus hęc omnia, *etc.*

Late donationis kalende octobris, anno xi Radbertus rex.

Signum Gonbaldus, signum Guilla, qui hanc donatione fecimus et digito corroboramus, et aliis firmare rogavimus, in ea videlicet ratione ut predicto cęnobio quod superius diximus, cum omnia quod habet et possidet, vel in antea adquisierit, sub nostra gubernatione vel tuitione, ad honorem vel ędificationem cenobii jam memorato arcangelo. Signum Odliba levita. Godmarus. Donnutio levita. Wiliemundus abba. Robitus scripsi[1] et die et anno quod supra.

[1] Fort. corrig. : *Wiliemundus abba rogitus* (pro *rogatus*) *scripsi.*

1050.

VII. Monet nos, *etc.*[1] Ego Gonbaldus et uxor mea Aurucia dona- 28 apr. 1043.
tores sumus ad domum sancti Michahelis archangeli coenobii, *etc.* Proid donamus ad libatum coenobium aliquid de alode nostro proprio quod habemus in commitatu Barchinonense, in Vallensse, locum vocitatum Riels, vel locum quę dicunt Fallio. Est quippe hoc alodium cum casas et curtes, cum earum supra positis atque edificiis, terras et vineas et arboribus diversis generis, et ortos et pratis et pascuis et garricis et boscos, et molendinos cum omni eorum utensilia, cum eorum regos et caputregos et glenars et cacavars et destoledors et excurridors, et fontes cum aquis aquarum, et cum omnes vias et montes, et pronum et planum, et rochas et spelluncas et trilias et olivarios. Et hęc omnia advenit ad me supra scripto Gonbaldo per comparationem meam, quam ego feci de seniore meo Raimundo Berengario comiti, sive de conjuge sua domna Helisabet comitissa[2], et ad me Aurucia per largicionem viri mei Gonbald. Affrontat, *etc.*[3]

Facta donatione III kalendas maii, anno XIII regni Henrici regis.

Signum, ego Gondobald et uxor mea Aurucia, nos qui ista donationem facimus et firmamus, et testes firmare rogavimus. Signum Bernard Vuidfreth. Vuilelmus levita. Adalbertus judex, Ellemari prolis, subscripsi. Signum Vuandal Goth Sendreth. Signum Raimund Lobet. Signum Udalard Vuitard. Signum Raimbald Gozfret. Signum Arnald Oliba. Signum Ademar. Signum Gonbald Ademar. Signum Garibert Ademar. Signum Mir Garibert. Signum Gisla, filia Gondobald de Bisaura. Adalbertus, sacer et judex.

Vitalis monachus, qui hanc cartam scripsit et die et anno quod supra.

1051.

(Edid. Martene, *Ampl. coll.*, I, 406.)

VIII. Charta qua Gonbaldus de castro Bisaure dat monasterio Massiliensi abbati- 15 oct. 1042.
que Isarno ecclesiam unam, «infra terminibus Barchinonense vel Ausonense constitu-

[1] Ut sup., n. 1046.
[2] Vid. sup., n. 1045.
[3] Vid. sup., n. 1045.

tam, et in servicium Dei restitutam, et non humano opere factam, sed mirabili voluntate Dei adimpletam, et in excelsi rupe positam, et ipsam vocant Speleam, et in honore Dei et sancti archangeli Michahelis consecratam, super castrum quem vocant Montboium, infra terminos ipsius sitam, quem vulgus nuncupant Falium. »

Facta carta ista donationis idibus octobris, anno XII regni Henrici regis.

1052.

Breve sacramentale.

C. 1060. IX. ..... filius qui fui quandam Ermengardis femina, et ego Guilia, filia que fui alterius Guilię, quod omnes ipsos alaudios vel ecclesias quod Gonballus habet datos vel datas seu daturus erit ad coenobium sancti Micahelis de ipso Fallio, atque ipsos alaudios quos sancti Micahelis antea habebat vel adhuc erit habiturus, atque ipsum mobilem quem habet seu habuerit, per qualemcumque causam adquisierit vel Deus donare ei voluerit, nols li tolrems ne l'en tolerems, nec nos nec ullus homo utriusque sexus, per nostrum consilium nec per nostrum ingenium, et adjutores erimus ad tener et ad aver predicta omnia ad jam dicto coenobio sancti Michahelis, post mortem Gonbald si tamen ambo vivi fuerimus. Quod si unus ex nobis antea defecerit quam predictus Gonbald, ille qui superius extiterit ex nobis ita erit adjutor predicto coenobio contra cunctos homines vel hominem, feminas vel feminam, qui predicta omnia aut de predicta omnia tulerint aut tulerit ad predicto coenobio; et, si o farems jurar, qualiscumque ex nobis vivus fuerit, ad ipsum nostrum filium aut filiam cui relinquerimus predictum castrum de Mont Boi, si tamen etatem habuerit XIII annorum; et, si etatem non abuerit supradictus filius vel filia, jurar farems ad ipso castellan de supra dicto castro, ut tantum teneat ut non reddeat ad supradicto filio vel filia usque dum juret supra dicta omnia ad jam dicto coenobio sancti Michahelis; et si o tinrems et o atendrems per fidem rectam, sine engan, ad predicto coenobio per Deum et iste sanctus.

1053 [1].

Electio abbatisse.

(Edid. Martene, *Ampl. coll.*, I, 364.)

Vita omnium quoda[m] modo existentium hortatur quoscumque homines, immo vero mulieres, habere documenta virtutum quarum gradibus subnixeæ scandere mereantur celsa polorum. Ea siquidem praedicamenta edocent quodcumque animal rationale vivere honeste, juste, pudice, sollicite, patriamque delictis succrescentibus olim amissam omni industria quærere. Hoc idem vero nichilhominus convincitur approbatum ab omnibus fidelibus Christo Jesu pie famulantibus. Noscimus namque Dominum dixisse : « Discite a me quia mitis sum et humilis corde. » Rursus alibi : « Estote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbę. » Ergo simplicitas atque humilitas, quamvis litteratura, virtute ac sensu paulisper dissentiunt, ideoque una absque altera numquam haberi meretur. Igitur has duas species, nobis ab eodem redemptore quondam sanccitas, viriliter nanciscamur. Postmodum autem reliquas mirum in modum, ab ejusdem testibus jam dudum exquisitas, nequaquam ignavius expetere decernemus. Iminet denique tempus referendi ad quid hujusce modi conventus episcoporum necne nobilium hominum, quin potius devotarum feminarum, vualvas hujusce caenobii circumvenit. Proinde ablinc incipiam texere tenorem ejusdem rei. Ordines nempe angelorum novem esse nemo litteratorum ambigit, inter quos quidam eorum preferuntur ad jubendum, quidam ad oboediendum. Hoc itaque fit ut rationabilius quicque [2] per id peragant ministeria sibi collata. Hii vero, licet natura equentur, tamen fiducialius ut unusquisque audeant sua principantur. Idcirco nos dicate mulieres Deo, Rainberga, Fredegarda, Sufficia, [3], quatinus eis de quibus loquimur consortes esse possimus, anno millesimo quarto trabeationis dominicae, indicione v^a^ [4], 6 jan. 1004.

[1] Ex autogr., n. 251.
[2] Autogr. *quicq*, puncto quodam adjecto.
[3] Hic in membrana locus vacuus.
[4] A. 1004 contigit indictio secunda

mensse duodecimo qui dicitur janus, atque ejusdem VIII idus, coram presentia sacrorum antistitum, Frodus [1] ceterorumque piorum hominum, et ante conspectum nobilis matronę, ejusdem monasterii fundatricis una cum filiis suis (nomen etenim ejus Elgarda dicitur, ipsius vero filiorum notantur G[a]rinus, Wigo, Aldebertus), itaque nos omnes unanimiter prędsignatę puellę eligimus atque preferimus nobis hanc monacham nomine Ponciam, vultu decoram, sensu illustrem, natura sublimem moribusque insignem. Id equidem facimus ea ratione qua oportet, favente Dorumdeo suorumque militum copia. Facta electione prescripto mense ipsiusque data ro[2] regnante Francorum rege Robberto.

Petrus gramaticus hanc electionem scripsit e[t] subscripsit coram testibus plurimis, die et anno prenexo, cum aliqua reprehensione.

1054 [3].

Electio abbatis.

(Edid. Martene, *Ampl. coll.*, I, 365.)

1005. Norma divinę institucionis, quo tocius regitur creature dispositio, *etc.* E quibus pastoris[4] nomine ditatis uni a summo pastore precipitur : « Pasce oves meas : » cujus exemplo eruditus et precepto gestiens obsecundare[5], cum ipsius juvamine, veri pastoris scilicet, ex monasterio sancti Victoris honore dicatum pater adherat domnus Vuarnerius. Cujus petitione, domnus Poncius, gracia Dei Massilienssis ecclesię episcopus, cum tocius ecclesię sanctae Marię ordine canonicorum sub eo constitutorum, cum consensu etiam prefati sancti Victoris cęnobii monachorum, etiamque cum consilio domni scilicet abbatis Archinrici monasterii Montis Majoris atque domni Patoni abbatis sancti Gervasii, eligendo decrevit virum nomine Wifredum a Deo bonis moribus dicatum ; quo loci sibi, ut creditur, a Deo commissi

[1] Locus vacuus in membrana.
[2] Litteræ *Ro* fort. expungendæ sunt.
[3] Ex autogr., n. 397.
[4] Charta *pastor*, cum compendii nota.
[5] Vel *obsecundari*, ut correctum fuisse videtur.

curam pervigil gerens sui mercedem laboris percipiens, a vero pastore, cum sibi subditis adscisci mereatur.

Anno ab incarnatione Dominica millesimo v, inditione III, cum consensu omnium supradictorum, domni scilicet Poncioni episcopi et domni Vuarnerii abbatis Psalmodiensis domnique Archinrici abbatis ac domni Paconi eque abbatis, seu et domni Wilelmi vicecomitis, fratrisque ejus domni Folconi[1], omniumque supradictorum canonicorum ac monachorum, regnante Domino Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Benedictus, Castellanus, Andreas, Saturninus, Vuilielmus, Isarnus, Ugo, Arduinus, Landricus, Laugerius, alius Saturninus, Petrus, Archimbertus, Marinus, Vuarnerius, Bellaldus, Dominicus, Martinus, Arnaldus, alius Arnaldus, Rotbertus, hii omnes manu propria monachi ipsius firmaverunt loci. — Stephanus, Franbertus, Salvatus, Vulfinus, Folcoaldus, Poncius, Amalricus, firmaverunt. Gislabertus.

Vuitbertus, Deodatus, Massilius, Andreas, Poncius, Amelius, Cleophas, Suavis, Gelinus, Honoratus; — Ugo, Vuichiramnus, Poncius, Dido, Dagubertus, Ingilradus, Poncius; — Auriolus, Arlulfus, Radaldus, Boso, Iterius, Arkardus, Teutbaldus, Giraldus, Teutbertus, Vuichiramnus; — hii omnes manu propria, canonici seu et clerici et fideles laici, firmaverunt.

Ego Frambertus, indignus monachus, rogante domno Warnerio abbate meo et Poncione episcopo et fratres ejus Vuilelmo et Folcone et Ademaro, scripsi.

1055 [2].

Carta de Segia.

Charta qua Archimbertus ejusque uxor Maiamburga donant sancto Victori eccle- 1019.
siam sancti Johannis in valle quæ dicitur Sileia, ipsam vallem quæ est supra ecclesiam quam vocant Sileia, mansum quem excoluit Durannus, pater Poncii Feiditi, necnon

[1] Guillelmus II et Fulco, vicecomites Massiliæ.

[2] Ex autogr., n. 62.

et « pratum quod est situm juxta ecclesiam sanctæ Mariæ, in loco qui dicitur subtus Chera, cum ipsa ecclesia sanctæ Mariæ quæ ibi construitur. » Quod novissimum donum « Isnardus, nepus ejus, » confirmavit [1].

Facta donatio hęc anno incarnationis Dominice millesimo XVIII, indicione III, regnante Rodulfo rege Alamannorum seu Provincię.

Ego Archimbertus et uxor mea Maiamburga manu propria firmavimus et testibus firmare rogavimus. Eldebertus firmavit. Fulco firmavit. Poncius gener eorum firmavit. Balda uxor ejus firmavit. Guilidrus firmavit. Petrus Pulverna firmavit. Antibolis firmavit. Albarigus firmavit. Gualtades firmavit. Rostagnus de Pino firmavit. Rostagnus filius Costantii firmavit. Gaucelmus Gotafredus firmavit. Landrigus firmavit.

Antibolus dedit quartairatam vineę sancto Victori, quę sita est in valle Sileię, haud procul ab ecclesia sancti Johannis. Habet, ex orientali parte, rivum currentem; ex occidentali, terram Aicardi; a meridie, vineam Archimberti; a septentrione, vineam Gualtadis. Vilelmus filius Matilde firmavit. Lambertus firmavit.

Rostagnus indigne vocitatus monachus scripsit, mandante domno abbate Vifreto.

1056 [2].

1 apr. 1020? « Guillelmus Plautinus, dominus de Mazalgas, in presentia domini abbatis Duranti[3], » ecclesiam quam infra castrum de Mazalgas in honore beatæ Mariæ ædificaverat, dat « sancto Victori martyri, monasterii Massiliensis, et sancti Christophori et monachis dicti monasterii ibi habitantibus. » Cui ecclesiæ, assensu Fulconis vicecomitis, inter cætera largitur « totam bletonedam que est extra Sanctum Christoforum in consta, que consta tenet se cum prato, sicut vadit via de Mairanguetas subtus et supra. »

Anno ab incarnatione Domini M° XX, III idus aprilis.

[1] Vid. sup., n. 250.

[2] Ex membrana, n. 386, sæculo XV exarata.

[3] Durandus non ante a. 1060 monasterio Massiliensi præfuit.

[4] Perpensis hujus chartæ tum stylo tum notis chronologicis, dubitamus an ipsa sincera sit.

1057 [1].

Locum sacrum, sanctam Dei ęcclesiam, quę est constructa vel ędifi- 4 febr., c. 1020.
cata in honore [sancte Marie, ego Rado[2]] archiepiscopus dono vel concedo ad istam casam Dei supra scriptam dimidium massum quod Benedictus Peladus excolit; et ego Ysoardus unam cabannariam quam Richerius excolit, cum omnibus abgecenciis vel pertinenciis suis. Et est ipsa terra sita in pago Ebredunense, in castro que nuncupatur Caturicas. Concedimus in tali ratione talique vero tenore ut hii qui ad ęcclesiam istam cotidie deservierint et divinum offitium peragendi erunt, exinde potestatem habeant tenendi atque possidendi, absque alicuis[3] hominis interpellatione. Sane si quis, *etc.*

Signum Rado archiepiscopus sive Ysoardus, qui hanc cartam scribere fecerunt et testes firmare rogaverunt. Signum Wilelmo teste. Signum Ostorgio teste. Signum Wirardo teste. Signum Galterio teste. Signum Poncii testis. Signum Guilelmo filii Ysoardi, et fratri sui Petri, testes.

Facta carta ista pridie nonas februarii, regnante Rodulfo rege in Galliis. Iterius presbiter rogitus scripsi.

Galmarius dedit ad ęcclesia sancta Maria, pro redemptione animę suę, decimum de maso quę ipse Galmarius excolit. Pontius testis. Arnaldus testis. Bernardus, filius Godalbertus, testis. Et si est homo quicumque tollere voluerit, sit anathematizatus et excommunicatus.

1058 [4].

Honoratus presbiter.

In nomine Domini. Ego Honoratus presbiter facio omnipotenti 28 mart., 993 — 1032.
Domino sanctoque Victori marthyre, necnon et domno Gaucelmo priori, omnibusque fratribus in monasterio prędicti martyris Christo famulantibus, donationem firmam et stabilem de ipsa hereditate filii

[1] Ex autogr., n. 97.
[2] Rado, archiepiscopus Ebredunensis.
[3] Sic.
[4] Ex autogr., n. 499.

mei nomine Petronis, quem in eodem loco sub abitu monachili trado in perpetuum serviendum Deo. Et est ipsa hereditas in villa de Tritis, hoc sunt modiatas II, que de Adalelmo adquisivit et de Norberto; et habet fines et terminationes de omni parte terra de ipsa hereditate, *etc.*

Facta carta ista V kalendas aprilis, regnante rege Rodulfo Alamandorum sive Provintiae.

Ego Honoratus presbiter, qui carta ista fieri et testes firmare rogavi, manus eorum firma.

Signum Honoratus, qui carta ista fierit[2] et firmare rogavit, manum suam firma.

1059 [3].

Carta de Barjolis.

1021 Hæc charta, paucis mutatis, eadem est quæ sup., n. 602, edita fuit. In instrumento autographo sic recensita sunt donatorum nomina : « Ego Arbertus et uxor mea Adalgarda, et Albinus, cum heredibus suis sive uxore sua nomine Guitburga, necne Pandulfus [et] Isnardus nepos ejus, Ponciusque et Isnardus filius ipsius, et heredes sive uxores nostræ. »

Facta est autem donatio hęc anno incarnationis dominicę millesimo XXI, indicione III, regnante Rodulfo, rege Alamannorum seu Provincię.

1060 [4].

18 mai, c. 1025. Charta qua Fulco, vicecomes Massiliensis, ejusque uxor Odila dant Isnardo ejusque uxori Guarsennæ masum unum, de Barjamone vocitatum.

Facta est donatio ista in comitatu Aquense, sive Massiliense, in villa que nuncupant Trices, XV kalendas junii, regnante Christo Domino.

Signum, Andreas presbiter rogitus scripsit.

[1] Quæ sequuntur altera manu exarata sunt.
[2] Sic
[3] Ex autogr., n. 57.
[4] Ex autogr., n. 56.

1061 [1].

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jhesu Christi. Rodulfus, 1018 — 1032.
rex Alamandorum divina ordinante providentia, omnibus fidelibus parentibus et amicis, volentibus et nolentibus, vel cunctis ministrantibus, rempublicam ordinantibus, cunctis civilibus Aralatensis audientibus, ducibus, viscommitibus, scavinos, judices et vicarios seu varvassuris atque ceteris omnibus, tam presentibus quam et futuris, notum esse volumus vestre industrie qualiter vir venerabilis, Jausfredus, commis Aralate, volente et consenciente fratre suo Bertramno[2], gestans in manibus quandam auctoritatem domnę Hodile[3], in qua continebatur insertum qualiter concessisset vel donasset supra nominatus commis Jausfredus ad supra nominata Hodila totam partem commitalem que ad commitem aut ad fisco commitale vel regale exigere debet de villa et de castro seu de territorio ipsius vel de apendiciis ejus de villa que dicitur Madalgas, ideo dat, donat domnus Jausfredus, et roborat atque transfundit ad proprium alode ad supra jam dicta Hodila quicquid fiscus regius vel commitalis exinde exigere debet, tam de pane quam de vino vel de aliis condicionibus. Totum ab integro, ad proprium alodem, pro amore et benivolentiam donat, et nihil sibi reservat, et exinde accepit precium III^or^ au[ri unc]ias, ut quicquid ad publicum opus vel ad fiscum regium sive commitalem ex hac villa que nominant Madalgas consuetudo fuit, ex hac die ad supradictam Hodilam vel rectores illius ... sibi servientibus vel ..... cedat[4]. Quapropter, precibus quibus valuit, nostram exoravit clementiam ut, paternum morem sequentes, mea etiam auctoritate et de fratre meo predicta Hodila habere mereretur. Cujus precibus aurem accomodantes, hos nostros apices .....[5] de Massilia in Aralate fieri jussimus, per quas precepimus atque jubemus ut, quemadmodum domnus Jaus-

[1] Ex autogr., n 7.

[2] Gaufridus I et Bertrannus I, comites Provinciæ, filii comitis Guillelmi II.

[3] Fort. Odila, uxor Fulconis, vicecomitis Massiliensis.

[4] Hic inter lineas adjectum legitur : *et d.....rias* (vel fort. *nas*) *similiter dono totam meam partem.*

[5] Hic quatuor vel quinque voces, vetustate corrosæ, desiderantur.

fredus commis atque frater suus predicte femine nomine Hodila concessit, ita et deinceps in perpetuo firmum et stabile permaneat omni ..... ex judiciaria potestate aliquo fisco aut aliquod ..... de supradicta villa exactare aut requirere voluerit, vel ullam contrarietatem facere erga pred ..... aut ingerere presumat, sed nostris futu ..... inviolabiliter conservetur.....[1]

1062 [2].

C. 1031. In nomine sancte et individue Trinitatis. Guifredus, prime sedis Narbonensis archiepiscopus, et universa conveniens apud prefatam urbem sinodus, Seluano, venerabili abbati, atque suis in perpetuum successoribus cunctis, et omnibus matris ecclesie filiis universis. Quoniam iccirco divina gratia sue nos rectores cons[ti]tuit ecclesie ut prelacio majorum infirmitati subveniat subditorum, aequum nobis est ea que sue partis fuerint adjuvare et, ne cuilibet adversitati succumbant, totis viribus ejus auxilio susten[tare. Int]erim maxime credimus nobis divinum adesse presidium, si rebus ad ipsum pertinentibus intulerimus pro posse subsidium. Ideoque nos omnes simul in unum, secundum venerabilis pape Sergii privilegium[3] et nostrorum constitucione predecessorum, confirmamus beatissimi confessoris Christi Martini cenobium, in Canigoni montis altitudinibus a cultoribus divine religionis constructum et consecratum, ad serviendum Deo secundum legem patris beatissimi Benedicti digne dispositum, ut quodcumque usque hodie juste et legaliter adquisivit vel in perpetuum adquisierit in pace teneat et possideat, nec alicujus inquietudinis damna ex qualibet persona sustineat; hoc ante omnia sub di[vini judic]ii obtestacione et nostri ordinis interdiccione statuentes ut nulla quelibet, cujuscumque ordinis, magna parvaque persona, predic[tum monasterium] cuilibet loco audeat subjugare, semper autem sit liberum nulleque servituti alterius loci obnoxium,

[1] Cætera desiderantur.

[2] Ex membrana n. 304, quæ sæculo XII videtur exarata.

[3] Privilegium quod Sergius papa IV ecclesiæ Canigonensi a. 1011 concessit, editum est in *Marca Hispanica*, 988, et apud Cocquelines, I, 315.

set, sicut cetera monasteria regiis preceptis et apostolicis privilegiis exaltata, per se maneat sublimatum ; deferat vero debitum honorem suo pontifici et proprie sedi, sicut tantum deferre precipiunt canones sancti. Si quis autem hec nostri concilii statuta parvipendere visus fuerit, hunc de parte Dei omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus sancti, et omnium celestium virtutum omniumque graduum ecclesiastici ordinis et nostra, nisi resipuerit, excommunicamus, et ab universorum fidelium cetu extorrem constituimus, nostreque constitucionis preceptum propriis manibus confirmamus.

Guifredus[1], sancte prime sedis Narbonensis ecclesie episcopus subscripsi. Raimbaldus[2], archiepiscopus Arelatensis. Petrus, episcopus Jherundensis. Beringarius, episcopus [Elenensis. Oliva, episcopus] Ausonensis. Ermengaudus, acsi indignus, episcopus Urgellensis. Amelius[3], episcopus Albiensis. Guifredus[4], episcopus Carchasensis. Beringarius[5], episcopus Coseranensis. Stephanus[6], episcopus Biterrensis. Odombellus[7], episcopus Lutevensis. Stephanus[8], episcopus Agatensis.

Iterum alio in tempore collecti in prephata urbe eodem modo quam plures episcopi, hii qui necdum subscripserant, libenter annuerunt ac propriis manibus propria nomina conscripserunt. Floterius[9], episcopus Nemausensis. Stephanus[10], episcopus Atensis. Guadallus, episcopus Barchinonensis. Ugo[11], episcopus Uzetensis. Petrus[12], episcopus Cabilonensis. Bernardus, episcopus Comonensis[13]. Arnallus[14], Magalonensis episcopus. Arnallus[15], Tolosanus episcopus. Heriballus, gratia Dei episcopus Urgellensis. Wuillelmus, Ausonensis gratia Dei episcopus. Wuillelmus, episcopus Urgellensis. Raimundus, gratia Dei episcopus Elnensis. Beringarius, episcopus Jherundensis. C. 1032.

[1] Circ. 1018 — 1079.
[2] 1031 — 1067.
[3] 1019 — 1031.
[4] C. 1030 — c. 1054.
[5] C. 1025.
[6] 1016 — c. 1037.
[7] 1015 — c. 1035.
[8] 990 — c. 1040.
[9] 1026 — c. 1077.
[10] 1010 — 1046.
[11] C. 1032 — c. 1085.
[12] 1031.
[13] Sic.
[14] C. 1030 — c. 1060.
[15] 1032.

1063 [1].

De Esparrone.

Jul., 1032 — 1038. Locums acrum, sancta Dei ecclesia qui æst fundata in honore sancta Maria, in quomitatu Aquense, que nucupant Vances. Ego, in Dei nomine, Poncius, filius Wile[l]mi, dono ad ipsa ecclesia sancta Maria aliquid de proprietate mea in villa que nominant Sparrone; unam peciam de terra arabilem. Consortes: de uno latus, rivo; de alio latus, via plupica[2]. Et faciant ipsi monachi qui ibidem serviunt quiquid facere voluerit, una pro Dei amore, eterne vite retribucionis, ut Deus omnipotens, per intercessione sancte Marie et sancti Petri apostoli, vel aliis apostolis, animas nostras vel parentum nostrorum absolvere dignetur ab omni vinculo peccatorum et a penis infernorum Jesus Christus liberarentur. Sane si quis, *etc.*

Facta donacio ista in mense julii, regnante Cono regem Alamandorum sive Provincie.

Signum Poncio, qui hanc donacionem istam scribere fecit et testes firmare rogavit, manu sua firma. Poncius voluit e[t] consensit et firmavit. Domna Scocia firmavit. Willemus, filius suus, firmavit. Labaldus firmavit. Ermenjaus firmavit. Rodulfus firmavit. Willemus firmavit. Gauceranus firmavit.

1064 [3].

(Ed. Martene, *Ampl. coll.*, I, 404.)

Dec. 1037. Charta qua Leodegarius, Viennensis archiepiscopus, monasterio sancti Ferreoli, quod, adjuvante Isarno Massiliensi abbate, reædificaverat, ecclesiam sancti Symphoriani, in septentrionali urbis parte sitam, restituit.

Facta donatio hec anno incarnationis dominicę millesimo xxxvii, indicione v, [anno viii imperatoris Romanorum Conradi[4]].

[1] Ex autogr., n. 489. — Cf. chartam sup. editam, I. 298, n. 277.

[2] Sic.

[3] Ex autogr., n. 384, quod jam vix legi potest.

[4] Voces uncis inclusas ex edit. restituimus.

Ego Nuspa[1] monachus, ad vicem domni cancellarii, scripsi, domno Leodegario archiepiscopo mandante, anno ordinationis ejus [VII], feria I stationis ad sanctum Ferreolum ante natale Domini.

1065 [2].

Dum antiquissima, *etc.* Quapropter nos ego Vilelmus Regensis et 1039.
uxor mea nomine [3], et Petrus nepos meus, et fratres sui , necnon mater illorum nomine , Vilelmus quoque vicecomes Massilię[4], et uxor ejus Stephana, necnon filii illorum, Poncius videlicet episcopus, atque fratres sui Vilelmus[5] juvenis et Aicardus[6] sive Josfredus, Stephanus quoque atque Bertrannus necnon et Petrus[7],... donamus Massiliensi monasterio, sito Gallicis extremis in oris, in honore Dei martyris precellentissimi Victoris, quendam locum quem vocant Pignanum, antiquitus a religiosis viris fundatum in honore sanctę Dei genitricis virginis Mariæ vel sancti Johannis Babtiste, nunc vero a quibusdam clericis ex parte resolidatum..... Est in commitatu Forojuliense hec donacio, inter villam quam vocant Carnolas et castrum Gonfanonem. Cujus consortes ita habentur[8].

Anno ab incarnacione Domini millesimo hec est facta carta XXXVIII.

Ego vero Vilelmus Regensis et uxor mea, et Petrus nepos meus, et omnes fratres sui , necnon mater illorum nomine , Vilelmus quoque vicecomes Massilię, et uxor ejus Stephana, necnon filii illorum, Poncius videlicet episcopus Massilię atque fratres sui, hoc est Vilelmus juvenis sive Aicardus atque Josfredus, Stephanus quoque atque Bertrannus necnon et Petrus, qui hanc donacionem facere curavimus, manibus eam propriis firmavimus, alios autem firmare rogavimus.

[1] Hoc nomen monogrammate expressum est.

[2] Ex autogr., n. 346.

[3] Hic et infra, locus vacuus ad nomina annotanda servatus.

[4] Guillelmus II.

[5] Guillelmus III, postea vicecomes Massiliensis.

[6] Aicardus, vicecomes Arelatensis.

[7] Petrus dictus Saumada.

[8] Locus vacuus.

1066 [1].

Carta de Pignano.

1039. Carta ejusdem formæ cujus superior, qua Vilelmus Regensis ejusque uxor nomine Ecila ejusque mater Richildis, Massiliensi monasterio largiuntur locum quem vocant Pignanum.

Anno ab incarnacione Domini millesimo hec est facta xxxviii.

1067 [2].

Febr. 1043. Ante tempus *etc.* Ideoque ego, in Dei nomine, Bonifacius, pro ipso amore et retributionem, cedo vel dono ad Petrum et ad uxorem suam nomine Benedictam et ad infantes suos aliquid de hereditate mea que mihi ex projenie parentorum meorum legibus obvenit. Et est in episcopatum Aquense, in valle Reliana, ad aecclesiam sancti Mitrii, ipsum boscum quę est secus aecclesiam sancti Mitrii, totum et integrum ex mea parte, sicut ipse Aicardus defendet, hoc est medietatem boschi et duas partes Conillos cum terra in qua boschus sedet. In altera vero parte, dono vobis de terra modiatas tres, de mea condamina dominica, quę est secus caminum quę pergit ad Sanctum Petrum. Et abet consortes et terminationes : de uno latus, caminum Sancti Petri ; ex alio vero latus, terram Girino ; de superiore fronte, terra Guilielmo Sinfredo ; de subteriore fronte, via de Aquilonicas. Quantum infra, *etc.;* propter precium quod dedistis mihi de substantia vestra, hoc sunt solidos centum et x. Et utrumque simul donamus nos, ego Bonifacius et ipse Petrus atque uxor sua Benedicta et infantes vestri, ipsum defensum et ipsam terram, sicut insuper scriptum est, ad aecclesiam sancti Mitrii vel ad monasterium sancti Victoris, donamus vel cedimus ad proprium alodem, propter remedium animę nostræ, ut ipsi sancti intercedant pro nobis ad Dominum Deum nostrum, ut dimittat nobis delicta nostra. Sane si quis, *etc.*

[1] Ex autogr., n. 345.

[2] Ex autogr., n. 358.

Facta hæc carta vel donatio ista in mense februario, anno ab incarnatione Domini millesimo XLIII.

Signum, ego Bonifacius, qui hanc cartam fieri jussi, manu mea firmavi et testes firmare rogavi. In alio vero loco que vocatur Spiculas, dono vobis aliquit de hereditate mea ad proprium alodem, hoc est unam peciam de terra culturata, decem et octo sunt sestairatas; dono tibi, Petre, et ad uxore tua et infantes vestros, et uterque nos donamus ad sanctum Mitrium et ad sanctum Victorem. Et abet consortes et terminationes : de superiore fronte, via publica; de subteriore, rivum corrente; ex alio vero, terra Micheta; de alio, rocam naturalem.

Gandalmosia, mulier ipsius Bonifacii, firmavit. Rahymbaldus archiepiscopus[1] firmavit. Fulco, frater ejus, firmavit. Aichardus caballarius, cum muliere sua Arsinna, firmavit. Fulco et Vuilelmus Baltugatus et Niellus, filii ipsius Aichardi, firmaverunt. Ainaldus et Pontius, frater ejus, firmaverunt. Pontius Autricus firmavit. Petrus Johannes firmavit. Girinus firmavit. Pontius clericus firmavit. Rothbaldus firmavit. Aldemars firmavit.

1068[2].

Carta Sancti Mitrii de castro Ferrario.

Post felicitatis, *etc.*[3] Ob hoc ergo nos agelli[4] Dodonus et uxor sua Agena et infantes ejus Aldebertus et Fulco, Bertrannus, Willelmus Rainoardus, non differimus huic nostro qui se et largitorem hereditatis utriusque Domino exibet et eredem nostre filiacionis, terrene videlicet, sanctisque ejus testibus, videlicet Victori et sociis ejus, quorum monasterialis ecclesia corpora se gaudet retenturam almifica Massiliensis, dare aliquantulum nostri patrimonii; quod et facimus. Cedimus quippe vel condonamus predicto nostro redemptori ejusque alme genitricis memorie, que sacrata consistit in eadem ecclesia, qua creduntur cubare venerabiliter beatissimorum predictorum artus mar- 1046.

[1] Raimbaldus, archiepiscopus Arelatensis.
[2] Ex autogr., n. 125.
[3] Ut sup., n. 531; I, 525.
[4] In charta n. 531 mendose, ut conjicimus, legitur *Agellii*. Vid. Ducange, *v° agellus*.

tirium[1] Victoris et comitum ejus, quibus necnon consignamus modiatas de terra culta VII; et in alio loco, in Sancto Stephano, modiatas II, et de vineis modiatas II et media, et uno prato. Et est ipsa hereditas in castro que nominant Ferrario, que est in episcopatum Frigorensi[2], quod ab odierno et post ac die libere et inconvulso possideatur ab incolentibus ejusdem predicte basilice. Si qua vero, *etc.*

Acta thomus indaginis hujus anno trabeacionis dominice XL^mo VI post millesimum, indiccione XV, regnante.....[3]

Noticia roboracionis. Dodonus et uxor sua Agena et infantes ejus, qui hoc roboraverunt opus, et idoneis testibus, quorum nomina subjecta sunt, firmare fecerunt; et de Johanne[4], presbitero defuncto, cartairadam de vinea et media, in villa qq[5] Nanz, in Favari. Teudbertus presbiter testis. Isnardus presbiter firmat. Petrus firmat. Willelmus presbiter testis. Isnardus de Torretas testis. Isnardus Jaucelmus firmat. Laugerius de Venta testis. Iralus firmat. Leuterius testis. Vincentius testis. Folco firmat. Folquerius testis.

1069 [6].

Carta de Selimo.

1047. In nomine Domini. Ego Giraldus, Isnardi quondam filius, et mulier mea Leugarda et domnus Pontius clericus[7] damus Sancto Victori Massiliensis monasterii et habitatoribus ejusdem loci, tam presentibus quamque futuris, de terra de manso Andreę, quę est in territorio de castro quod nominatur Buccus, ipso Andrea volente et precante hoc ipsum, et ob hanc donationem, propter servitium, unum caballum suscipiente. Hæc autem terra habet consortes: ab oriente, terram de Benedicto Tabernario; a meridie, terram de Stephano Signario; ab occidente, terminum de terra de Caprario castro; a septentrione au-

[1] Sic.
[2] Forojuliensi.
[3] Lacuna in charta.
[4] Charta *Joli'o* vel fort. *Job'o*.
[5] Voces *in villa qq* (fort. leg. *quoque*) *Nanz, in Favari* inter lineas adjectæ sunt.
[6] Ex autogr., n. 65.
[7] Hic et infra, voci *clericus* superaddita est vox *archiepiscopus*. Inde colligimus hanc donationem factam fuisse a Poncio de Castro Renardi, qui circ. a. 1050 sedem Aquensem obtinuit.

tem, viam publicam quę tendit ad castrum quod vocatur Pennas. Hanc donationem non solum ego Giraldus et domnus Pontius clericus sed etiam omnes coeredes ejus (hi sunt : Pontius de Brachio castro et ejus uxor, Barnardus de Arelato et uxor ejus, Vuilihelmus de Affuello castro et uxor ejus, cum filiis et filiabus suis), donamus jam dicto sancto Victori Massiliensis monasterii et habitatoribus ejus, tam presentibus quamque futuris, ut habeant et possideant et suam voluntatem inde faciant. Hanc donationem qui voluerit anullare aut inquietare, paciatur omnes maledictiones quę sunt scriptæ in veteri et in novo testamento, et insuper inferno inferiore damnetur cum Juda traditore.

Hęc donationis karta facta est anno ab incarnatione Domini millesimo XLVII, inditione vero XV.

Ego Giraldus et mulier mea et domnus Pontius clericus et supra nominati heredes mei firmavimus. Bligerius Agulon firmavit. Gerunclus firmavit. Lantaldus presbiter firmavit. Pontius presbiter firmavit. Wilelmus de Roca firmavit, Leutildus de Traz firmavit. Rotbaldus Genesius firmavit. Rainerius presbiter firmavit.

1070 [1].

Carta de villa Bonoiolo, in commitatu Uzetico, in valle Milcianense.

In Dei no[mine. Ego Bernardus presbiter do.....] eidem Domino 1047 — 1060.
Deo et sanctę Marię ac sancto Petro sanctoque Victori, glorioso martyri, ipsiusque monasterio apud Massiliam fundato, de quadam hęreditate, quę michi advenit ex[certa] divisione patris mei Oddonis et matris meę Adalburgis ac donatione fratrum meorum Hugonis atque Arnaldi. Et est sita in comitatu Uzetico, in valle Milcianense, in villa quam nominant Bonoilo, quantum in ipsa villa habeo et habere debeo...., exceptis his quę dedi filio meo Bermundo et filiabus meis. Et hoc quod dono illis est de comparatione et medio planto, et duas pecias de terra arabili. Hec igitur omnia, *etc.* Ego Bernardus presbiter hanc donationem manu propria firmavi et testes firmare rogavi.

[1] Ex autogr., n. 113.

[1][Isn]ardus monachus scripsit, domno Petro abbate mandante et Bernardo, presbitero de villa Bonoiolo sive Sanctę Marię de Pino, rogante.

1071 [2].

Carta de Monte Justino.

Apr. 1053. Charta qua Vuilelmus, Bonifacius atque Leotgerius, qui vocati sunt : « filii Alfanti vicecomiti atque Leotgiarda, » Girino, fideli suo, ad proprium alodem tradunt vineas quasdam in comitatu Aquensi, in territorio Montis Justini, inter ecclesias Sanctæ Crucis et Sancti Mauricii, in vertice montis sitas, juxta viam publicam quæ pergit ad ecclesiam Sancti Romani.

Facta hęc carta mense aprili, anno ab incarnatione Domini millesimo L° III°, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et imperium per infinita secula seculorum. Amen.

Signum Vuilelmus, Bonifacius, Leotgerius, qui hęc carta scribi fecerunt, manibus suis firmaverunt et testes firmare rogaverunt. Signum, Bonifacius Relania firmavit. Signum, Vuandalmosia, mulier sua, firmavit. Signum, Bonifacius Cezeresta et Boso, frater ejus, firmaverunt. Signum, Feraldus et Boso, filii Vuislę, firmaverunt. Signum, Pontius Amalvinus firmavit. Signum, Dalmacius Amalvinus firmavit. Signum, Petrus Segnioretus firmavit. Signum, Porcelletus firmavit. Desiderius presbiter scripsit.

1072 [3].

Carta sancti Victoris civitate Nivernensis.

(Edd. Martene, *Ampl. coll.*, I, 434, et Bouquet, XI, 590.)

1 maii 1053. Diploma quo Henricus, Francorum rex, donum a Nivernensi comite Guillelmo aliisque primoribus ecclesiæ Sancti Victoris Nivernensis factum confirmat.

Emendanda loca hic notabimus.

Bouq., XI, 590, D, l. 2 *sciant omnes posteri*, l. *si regia sollicitudo ea procuret.*
591, A, l. 5 *Destruc..... esse ecclesiam*, l. *desiit esse ecclesia.*

[1] Hoc nomen monogrammate quodam, nunc manco, notatum est.

[2] Ex autogr., n. 312.

[3] Ex veteri apogr., n. 316.

l. 10 post *diligebat*, add. *plancxit.*
B, l. 2 *a captivis captivata*, l. *a capt*[*oribus*] *captivatam.*
l. 3 post *desudavit*, add. *et.*
l. 7 *atque*, l. *eique.*
l. 9 post *post*, add. *ergo.*
C, l. 6 *Sancientes sancimus;* apogr. habet : *Sancticntes igitur scisimus.*
l. 12 post *illius*, add. *sancti.*
D, l. 3 post *sæcularibus*, add. *delectabitur, non qui a scecularibus.*
l. 4 post *ultro*, add. *inportunc se ingerit, procul dubio est repellendus, ideoque.*
592, A, l. 1 *digni sunt*, l. *dignus est.*
nullum...pastorem, l. *nullum alium pastorem.*
l. 3 Apogr. habet *unianimis.*
l. 5 ante *habet*, add. [*quic*]*quid.*
ante *quicquid*, add. *et.*

Ego Balduinus concellarius relegendo subscripsi.

Actum est Carsiaco[1] palatio, adstante exercitu, anno XX° II° regni Heinrici regis, kalendas maias, [luna X [2]], indictione VI.

1073 [3].

Carta de Lasa.

(Ed. Martene, *Ampl. coll.*, I, 440.)

In Dei ęterni nomine. Constat quidem, *etc.* Quapropter nos due sorores, ambe Deo dicatę, videlicet Adalmois et Elesindis,... donamus sanctę Dei genitrici Marię et sancto Victori, martiri Massiliensi, et monachis ejus, tam presentibus quamque futuris, cum consilio et consensu fratrum nostrorum, domni videlicet Raimbaldi, Arelatensis archiępiscopi, et Fulconis et fratris ejus, omnem nostram hereditatem quę nobis obvenit hereditario jure patris nostri Bonifacii[4], ad proprium alodem. Et est ipse alodis sive ipsa hereditas in territorio Massiliensi, in loco qui dicitur Spalians, omnia, *etc.* Item, in commi- 1056.

[1] Ed. *Carisiaco.*
[2] Voces uncis inclusas, vetustate deletas, ex edit. restituimus.
[3] Ex autogr., n. 253.
[4] Bonifacius, dominus Relianensis.

tatu ejusdem urbis Massilię, villam quę vocatur Lasa, quę sita est super fluvium qui nuncupatur Vuelna, cum ecclesia Sancti Vincentii et cum altaribus in eadem ęcclesia dedicatis, cunctisque, *etc.* Quę villa habet consortes: ex uno latere, territorium villę que dicitur Albanea; ex alio, terras de Auriol castello; de tercio, montem magnum Guarnaban vocitatum. Sane si nos, *etc.*

Facta donatio hęc anno dominicę incarnationis millesimo LVI, inditione VIII, regnante Henrico [1], rege Romanorum.

Signum duabus sororibus predictis donatricibus, Adalmois videlicet et Elesinde, quę hanc donationem fecerunt, et propriis manibus firmaverunt et testes firmare rogaverunt. Domnus Raimbaldus archiępiscopus firmavit. Fulco, frater ejus, firmavit. Rogstagnus firmavit. Pontius Guadaldus firmavit. Aldoardus firmavit. Rostagnus Porcelletus firmavit. Guichiramnus firmavit. Fulcho, frater ejus, firmavit. Bertrannus Arveus firmavit. Fulcho de Reilana firmavit. Pontius scripsit.

1074 [2].

Carta Sancti Juliani in Forojuliense.

1057. Ego [3] Guilielmus, Chetberti et Arambertæ quondam filius, de Larroca, pro remedio animæ meę et pro animabus parentum meorum, dono Deo et Sancto Victori Massiliensi monachisque ejus coenobii, tam presentibus quamque futuris, videlicet totam illam partem quæ me contingit in villa de Sancto Juliano, qua in territorio Forojulensi sita, in ęcclesia ipsa et in campis et in vineis, in pratis et garricis, arboribus fructiferis et infructiferis, in terris cultis et incultis, et insuper in ipsis petris. Ego jam dictus, *etc.*

Acta est autem hæc donatio anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo L° VII, epacta prima, indicione VII, et regnante Heinrico Allemannorum rege, Chuonradi regis quondam filio [4]. Feliciter.

[1] Henricus III seu Henricus IV.

[2] Ex autogr., n. 385 *bis*.

[3] Cf. chartas sup., n. 544 et 545, editas.

[4] Hic error inest. Henricus III imperator, filius Conradi Salici, vivere desierat anno 1056, II non. octobris; anno autem 1057 successor filiusque ejus Henricus IV regnabat. Vid. chartas n. 544 et 545, in quibus Henricus quidem imperator notatur, non autem dicitur filius Conradi.

Amalricus, presbiter de Affuello, firmavit. Guilielmus Vincentius firmavit. Borrellus de Pinu firmavit. Guilielmus de Pinu firmavit. Aimaricus de Bolcodene firmavit.

1075 [1].

Carta de sponsalicio ecclesie Sancti Sepulchri [2].

Sancta et universalis Dei ecclesia, *etc.* Quapropter quidam vir, 17 oct. 1059.
Petrus nomine, cum uxore sua Aurgema, legens [3], in comitatu Aquensi, in villa que Reliana vocatur, ad honorem Dei hędificavit ecclesiam, quam in nomine sancti Salvatoris vel sanctę Marię [4] dedicari deposcit. Ad quam scilicet dicandam vel dotandam ecclesiam Isnardus et sui fratres donant ipsam vineam que est infra defenso, et terram que tenet ad ipsam vineam, ad proprium alodem, ad æcclesiam Sancti Sepulcri, pro redemptione anime sui patri vel matri, aut illius [5] animę. Et insuper Guilielmus Girinus donat illam vineam que fuit Jorio, pro redemptione anime patri sui vel matri et anime sue; et Petrus presbiter donat medietatem ipsa vineam quam edificavit Clemens in loco qui dicitur Ignes; et Bonifacius et mulier sua firmant istas donationes, pro redemptione animabus illorum, patris vel matris, et pro redemp-[tione] anime ille vel illa. Unde domnus Rostagnus, Aquensis presul, cum canonicis suis commonitus consecravit æcclesiam. Et Caucenna, mulier Rotbaldo, donat cartairata de vinea, in loco que dicitur Nefolas, pro redemptione anime suę vel viro suo Rotbaldo.

Anno incarnati Verbi millesimo LVIIII, indiccione XII, sub die XVII mensis octobris id est XVI kalendarum novimbrium, hanc dedi.

[1] Ex autogr., n. 359.
[2] Vid. supra, n. 415 (I, 421).
[3] Rectius fort. *degens*.
[4] Voces *vel S. Mariæ* manu secunda inter lineas adjectæ sunt.
[5] Vel *illorum*, ut inter lineas notatum est.

1076 [1].

Carta Sancti Victoris civitate Nivernensis.

29 dec. 1059 Nicholaus[2] episcopus, servus servorum Dei, Belino, dilecto in Domino filio, rectori monasterii Sancti Victoris, in suburbio Nivernensi constituti, ejusque successoribus regulariter ibidem promovendis, in perpetuum. Sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima desiderantibus facilis est conferendus assensus. Quocirca quia petisti a nobis, amande fili Belane, ut jam dictum monasterium, tibi ad regendum commissum, sub apostolicę defensionis tutela susciperemus, et quicquid ad presens habet aut in futuro juste adquiret per nostri privilegii paginam confirmaremus, petitionibus tuis libenter annuimus, quoniam piis desideriis promptiorem benivolentiam et venerabilibus locis propensiorem curam debemus. Unde, secundum petitionem tuam, predictum venerabilem locum sub cura apostolicę protectionis atque munimînis suscipientes, tibi ac successoribus tuis talibus ut supra dictum est, necnon eidem venerabili monasterio, in honore beatissimi atque victoriosissimi Christi martyris Victoris dedicato, per hujus nostri privilegii decretum et apostolicę libertatis statutum, concedimus et confirmamus atque in perpetuum corroboramus omnia quę nunc habet aut quę deinceps, quocumque modo, divinis et humanis legibus cognito, acquiret, tam in ęcclesiis, casis, castris, terris, vineis, ortis, olivetis, silvis, campis, pratis, pascuis, piscariis, aquis, aquimolis, in fluminibus vel rivolis positis, et in omnibus ubique locis ac territoriis, civitatibus vel castellis, quamque etiam in servis et ancillis, et in omnibus rebus ac possessionibus suis, mobilibus et immobilibus, seseque moventibus; nominatim autem basilicam sancti Johannis Baptistę, cum cymiterio suo, que est sita ante castrum Firmitatis, in villa que dicitur Berzillis, necnon et furnos qui sunt apud ipsum castrum Firmitatis, et piscarias, et omnia que Girbertus eidem monasterio in servis et ancillis, terris aut vineis, seu aquis vel

[1] Ex veteri apogr., n. 400.

[2] Nicolaus II.

quibuscumque rebus, dedit, et queque Clarus et Arnustus dederunt prefato venerabili loco, secundum quod in cartula donationis istorum trium prescriptorum legitur, quicquid etiam Arnustus, cum uxore sua Melifilde et Goza sorore, ejusdem monasterio, pro animarum suarum remedio, contulerunt. Statuimus proinde et apostolica auctoritate sancimus ut sint monachi ejus ab omni secularis servicii infestatione securi, et, omni pregravamine mundanę oppressionis remoto, in sancti propositi observatione quieti; quod de suis sibi qualem voluerint, secundum beati Benedicti regulam, abbatem eligant, aut, si ex eis idoneus defuerit, ab aliis expetant, ab episcopo in cujus diocesi locus ipse est sine aliqua venalitate consecrandum, nec liceat episcopo loci, salvo tantum sibi suo jure, aliquid ibi contra sacros canones vel regulam constituere ullumve quoquo modo gravamen inferre. Statuentes preterea, sub divini judicii obtestatione et districti anathematis interpositione, contradicimus ut nullus episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, castaldio, aut alia quelibet magna parvaque, cujuscumque ordinis aut dignitatis seu conditionis, persona prefatum monasterium aut te, amande fili, successoresque tuos de omnibus rebus ac possessionibus suis, habitis vel habendis, sicut superius legitur, disvertire aut molestare, vel foderum ullamque publicam functionem de ipso monasterio vel de colonis ac possesionibus suis exigere presumat. Si quis igitur hujus nostri privilegii temerario nefarioque ausu violator extiterit, nisi resipiscens satisfecerit, sciat se a luminibus[1] sanctę ęcclesię segregandum et perpetui anathematis vinculo innodandum. Qui vero pie devotionis intuitu observator esse studuerit, precibus beatorum Petri et Pauli, apostolorum principum, peccatorum suorum veniam et ęterne beatitudinis consequatur gloriam.

Datum Florentię, III kalendas januarii, anno ab incarnatione Domini M° LVIII, per manus Humberti, sanctę ęcclesię Silvę Candide episcopi et apostolice sedis bibliotecarii, anno primo pontificatus domni pape Nicholai secundi, indictione XIII.

[1] Sic.

1077 [1].

Carta de Setimo.

1059. In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Pontius de Rianis, Guilielmi quondam filius, et mulier mea Adalgarda, pro animabus nostris et pro remedio animarum parentum nostrorum, donamus Domino Deo et altari quod in honore sanctæ Marię semper virginis Dei et Domini nostri Jesu Christi genitris [2] sanctique Victoris martyris consecratum est, in monasterio scilicet Massiliensi, aliquid videlicet de nostro alode, hoc est totam illam terram, heremum [3] et cultam, quam videmur habere in territorio de Campania sive de Bucco et de Cauda Longa, et quę jacet inter duas condominas [4] ejusdem sancti Victoris, in eodem loco. Est autem illi terrę ab una parte Mons Rapaciosus, et transit ab una parte ejus via Aquensis sive Massiliensis. Et tamen, pro hac donatione, recipio unum pultrellum per manum domni Petri abbatis et monachorum ejus. Ego jam dictus, *etc.*

Acta est autem anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi millesimo LVIII, indictione XI, epacta....[5]

Pontius de Rianis et mulier ejus Adalgarda donaverunt et firmaverunt. Lambertus firmavit. Vuibertus Damiani firmavit. Vuilelmus Lautuardus firmavit. Agimarus presbyter firmavit. Laufredus Vuigelmus firmavit. Vuilelmus de Venello et mulier sua firmaverunt. Aicardus, suus filius, firmavit. Ingelrannus firmavit. Fulco Algarni et Aicielena, sua mulier, firmaverunt, et Gosfredus Dalmacii et Fulcho, filii supra nominati Fulconis, firmaverunt; et pater et filii unam vaccam et unum asinum et unum multonem acceperunt. Guilielmus, castellanus de Venello firmavit. Sirus monachus scripsit.

[1] Ex autogr., n. 66.
[2] Sic.
[3] Sic.
[4] Sic.
[5] Epactæ numerus desideratur.

1078 [1].

In Dei nomine omnipotentis sancte et individue Trinitatis. Ego Stehpanus Malicrex facio donationem eidem Domino Deo et sancte Marie ac sancto Victori, ejusque monasterio non longe a M[as]silia fundato, et abatibus ac monachis ibidem Deo servientibus, tam presentibus quam et futuris, de ipso molendino que dicitur ad Pontem (et est in territorio de villa que vocant Pellitiana) totam meam partem quam abeo ab integro, au per me au per qualicumque voces, pro remedium anime mee et propter precium dæ[nariorum] XII. 1060.

Facta donatio hec anno incarnationis dominice millesimo LX°, indiccione XIII°.

Ego Stehpanus qui hanc cartam scribere feci et manu propria firmavi, et teste firmare rogavi. Sicgnum Rainallus. Sicgnum Vulelmus Pabia. Sicgnum Pontius de Velaus. Rogatus sripsi [2] ego Vulelmus monachus. Signum Poncius Rainardus.

1079 [3].

Pontius [4], Massiliensis episcopus, ejusque frater Josfredus [5] monasterium ancillarum Dei quod est infra urbem Massiliam, id est ecclesiam Sanctæ Mariæ ad Acuas, monachis Massiliensibus regendum committunt. 1064?

Facta carta donationis..... anno millesimo sexagesimo nativitatis Xpycti et III (?)... [re]gni regis Phylippi.

Signum Pontii, Massiliensis episcopi, signum Josfredi vicecomitis, cum uxore mea et filiis, qui hanc cartam donationis scribere fecimus et testes firmare rogavimus. Signum Boni Filii cannonici. Signum M.....Signum Arnulfi cannonici. Signum Andree, prepositi, cannonici. Signum [6]. Signum Echardi [7], archiepiscopi Arela–

[1] Ex autogr., n. 341.
[2] Sic.
[3] Ex autogr. mutilo, n. 401.
[4] Pontius II.
[5] Josfredus, vicecomes Massiliensis.
[6] Locus vacuus.
[7] Aicardus, frater Pontii episcopi et Josfredi.

tensis. Signum Josfredi, filii Josfredi vicecomitis. Signum Petri Nodolia. Signum Landeberti Adalberti. Signum Aramberti cannonici. Signum Amici cannonici. Signum Odolirici Propheta. Signum Guido Rostagni. Signum Bonifacii Rascaz. Signum Bonifacii de Toir.

....., Rivipollentinus et Massiliensis monachus, qui hanc cartam donationis scripsi die et anno quo supra.

1080 [1].

21 mai 1065-? In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Notum esse volumus hominibus fidelibus et amicis monasterii Massiliensis quod, anno ab incarnatione Domini millesimo LX[2], in solemnitate beatissimi [Victoris], apud cenobium ejusdem gloriosissimi ac precellentissimi martiris, B.[3], comes Provincię, in capitulum se introduci devote atque humiliter petiit, ut servorum Dei se orationibus [jungeret]. Ubi cum officiosissime susceptus esset, circumsedente magno fratrum conventu, postulata societate, in fraternitatem receptus est, sicut et parentes ejus antea fuerant, promisitque se eidem monasterio fidelissimum semper affuturum et amicum et defensorem et in omnibus adjutorem. Donationes quoque sive helemosmarias concessiones quas [dicto monasterio] parentes sui vel certe multi alii nobiles viri retroactis temporibus donaverunt, similiter et ipse omnia libenter donavit atque astipulationis sue..... [munimi]ne confirmavit, quatenus universa quecumque in tota Provincia, donatione, emtione sive cocambiatione, usque ad diem illum a supra dicto monasterio Sancti Victoris conquisita sunt, in monasteriis, ęcclesiis, cellis, castellis, villis, terris cultis et incultis, silvis, pascuis, pratis, arboribus, aquis aquarumque decursibus, exiis et regressiis, ortis, fredis, salinariis, piscationibus, venationibus, agris atque agrariis, cum omnibus omnino rebus, in omnibus omnino locis, ad prefatum locum pertinentibus, in terra et in

[1] Ex autogr., n. 402.

[2] Hic fort. desunt nonnullæ litteræ ad notas chronologicas spectantes. Etenim non ante a. 1065 monasterium Sancti Victoris regere cœpit Bernardus abbas, paulo infra memoratus. In Cangii Glossario (v° *Fredum*) hæc eadem charta a. 1065 adscripta fuit.

[3] Bertrandus II.

mari et in insulis, universa, cum omni libertate et auctoritate, monachi Sancti Victoris habeant et possideant semper. Hec omnia, sicut supra scriptum est, ego B., totius Provincię gratia Dei comes, pro redemtione anime mee et parentum meorum, donavi et firmavi et hanc kartam inde fieri jussi. Si quis successorum meorum, sive aliqua aecclesiastica aut secularis persona inquietare volnerit, non valeat, sed in duplum emendare cogatur quicquid de hoc extorquere conatur. Datum in manu Bernardi[1] abbatis, loco et tempore quo supra; ab omnibus qui ibi aderant confirmatum est.

Post evolutum autem annum, apud Arelatum, in monasterio Sancti Genesii, ab eodem comite, in manu prefati abbatis, faventibus ejusdem urbis civibus, eadem reiterata donatio est et a cunctis assistentibus confirmata.

1081[2].

Charta admodum mutila, qua Autrannus ejusque uxor Opida monasterio Sancti Victoris quædam jura conferunt in territorio Sancti Lamberti et Sancti Martini. Oct. 1067.

.... Est igitur ille locus in commitatu Vennecensi episcopatuque Carpentrensi, cujus con[sortes hos esse cogno]scimus : vallis quedam in primis que Saltus de cognomine dicitur, et ex alia parte Aptense territorium, [tert]iumque Cavellicum, et quartum Vennecensium, quod supra memoratum apud se tenet locum. Si vero, quod absit, *etc.*

Facta est autem hec carta ab incarnato Domino anno millesimo sexagesimo septimo, indiccione undecima[3], feria v, mense octobrio, imperante Romanis imperatore Henricho[4].

1082[5].

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Fulco et uxor mea Aurosa, filiique nostri, Eldebertus, Petrus, Poncius, ac filie, divina inspirante demencia, diem cogitantes extremum judicii ac sempiternam omni desiderio vitam anelantes que preparata est justis, vitan- 1076 — 1101.

[1] Bernardus de Ruthenis.
[2] Ex autogr., n. 114.
[3] A. 1067 incidit in indictionem 5.
[4] Henricus IV.
[5] Ex autogr., n. 476

tesque gehennam que preparata est peccatoribus, danamus[1] atque tradimus de nostris proprietatibus Deo et sancte Marie et sancto Honorato çetibusque sanctorum qui olim in insula Lyrinensi Deo servierunt, domnoque Aldeberto[2] abbati, monachisque presentibus ac futuris, ecclesiam scilicet Sancti Petri de Salernis, cum omnibus apendiciis suis, terris tam cultis quam incultis, ecclesiamque Sancti Michalis[3] et Sancti Andree ac Sancti Trophimi, et ecclesiam Sancti Romani et insuper censum s.....rie de Villa Croza, quem solet dare omni anno, hoc est XII panes et de optimo vino unum asinum oneratum et unum agnum et frustrum carnis porcine III^or denariorum[4], incensum quoque in omnibus annalibus festivitatibus. Sane, si ullus homo aut ullus de heredibus meis donum istud irrumpere voluerit vel temptare presumpserit, anathema sit.

Ego igitur Fulco cartam istam manibus meis firmo et testibus firmandam trado. Poncius Marseles firmat. Fulco Rebolz firmat. Dodo Capel firmat. Isnar Malbec firmat.

1083[5].

Carta de Medullo.

1064 — 1079. In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Gisla, invitata dictis sancti evangelii, *etc.*, facio donationem.... de alode quem abeo in terminio de villa que vocatur Medullis, in ecclesia, in cimiterio, in villa, in vineis et terris cultis et incultis. Hęc omnia supra scripta dono Domino Deo et sanctę Marię sanctique Victoris martyris monasterii[6] Massiliensis, et domno abbati Bernardo et successoribus ejus et monachis, tam presentibus quamque futuris, in presentia Raimundi, fratris mei, et Ugoni, nepote meo, Wilelmi Pontii. Et hec donatio fuit facta in curte Pontii Sigaldi. Si autem, inspirante Deo, voluntas michi fuerit ut abitum religionis accipiam, cum supradicta donatione

[1] Sic.
[2] Aut Aldebertus I (1045 — 1066), aut Aldebertus II (1066 — 1101).
[3] Sic.
[4] Hic vox *octo* inter lineas scripta est.
[5] Ex autogr., n. 301.
[6] Sic.

et partem substancię meę recipiant me supra denominati [Sancti Victoris] abbas et monachi in monasterio virginum. Et, si voluntati esset viro meo ut Berengarium, filium nostrum, faceret monachum, cum supra dicta donatione recipiant eum jam dicti abbas et monachi. Si autem voluntas ejus non fuerit ut hoc faciat, ista donationis karta supra scripta firma et stabilis permaneat in omni tempore.

1084 [1].

Auctoritas etenim, *etc.* Quapropter ego Ugo et uxor mea Jordana, una cum filiis nostris, videlicet Gaufredo et Maria, ... donamus Deo et sancto Victori et Pontio Stephano, habitatori illius loci, et successoribus ejus de terra arabili modiatas II, in commitatu Aquensi, in castro quod nominant Lanbiscum, in valle Sanctæ Mariæ. Et sunt consortes : ex una parte, terra Petri Johannis; ex alia parte, vinea Sancte Mariæ, atque, ex alia parte, podium Sanctæ Mariæ... Et pro ista terra dedit Pontius Stephani Ugoni vacam XX^{ti} solidorum. Et Ugo dedit decimam de suo clauso de Cairata sancto Victori et Pontio Stephano, et abuit inde duos solidos denariorum, e[t] dedit terram de Gustino, et donavit terram de Vennas. C. 1070.

Ego Bertrannus et uxor mea Aicelena et filii nostri donamus terram justa Sanctum Victorem Adalo. Ugo firmat. Ramulfus firmat. Guigo firmat. Et pro ista terra dedit Pontius Stephani solidos III.

Ego Godfredus Laugerius et uxor mea Aranberta et filii nostri donamus vineam cum ipsam terram a Sanctum Victorem Adalo, a Pontio Stephano, que facit Vilelmus Rasca Bona. Et donamus alia terra justa Sanctum Victorem Adalo, q[uam habe]nt de Pontio Desderio, ab consilium Petrus, Vilelmus et Bertrannus. Petrus et soror ejus firmant. Ugo Laugerius firmat. Bertrannus firmat. Vilelmus Pontius firmat.

[1] Ex autogr., n. 243.

1085 [1].

Breve de Grimaldo.

22 jan. 1071. In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum esse volumus omnibus fidelibus Sancti Victoris quoniam, anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo LXXI, in mense januario, undecimo scilicet kalendas februarii, in festivitate sancti Vincencii, in Fraxeneto, in castello qui vocatur Grimaldus, Gauzfredus, filius Willelmi vicecomitis[2], donavit medietatem ejusdem castelli, omnem scilicet partem suam, quantum inde ad se pertinere videtur, ab integro, omnipotenti Deo et sancte Dei genitrici Marie sanctoque Victori et monachis in monasterio Massiliensi Deo servientibus, tam presentibus quam futuris, post obitum suum, pro redemptione anime sue. Hoc donum dedit predictus[3] Gozfredus in manu mea, Bernardi[4] scilicet peccatoris, qui, licet indignus, in monasterio tamen Sancti Victoris abbatis fungor officio, presentibus venerabilibus monachis Guidone de Petra Foco, Ugone camerario et Eustorgio, et noticiam inde scribi jussit tempore et loco quo supra.

1086 [5].

De Avellano.

C. 1080. Leges atuunt[6] atque sacri canones discernunt ut, si quis de jure hereditaria doto[7] Deo offerre voluerit, licencia adtributa sit. Ideoque ego, in Dei nomine, Iinardus[8] Boso et mater sua Haicelena, audiens bonitatem Dei dicentis : « Date helemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis, » et revolvens in animo meo quanta pro vite eterne premio esse facienda, requisivi matri meę Aicelena unde[9] nostro honore aliquid Deo offerre debuissemus, scilicet pro vite eterne premium, in

[1] Ex autogr., n. 145.
[2] Guillelmus III Juvenis, vicecomes Massiliæ.
[3] Charta *predictis*.
[4] Bernardus de Ruthenis.
[5] Ex autogr., n. 147.
[6] Pro *statuunt*.
[7] Sic.
[8] Sic.
[9] Fort. pro *ut de*

monasterio videlicet beati Victoris vel beate Mariae, matris Domini, pro animas nostras, patrum matrumque nostrarum, vel omni consaguinitate[1] nostra; quod et valde placuit ei. Idcirco ego, in Dei nomine, Isnardus Boso et mater sua, nomine Aicelena, donamus Domino Deo et sancte Marie sanctique Victoris martiris, et monasterio Massilie, et monachis ipsius loci degentibus et beati Romani martiris qui est in episcopatu Venacensi, illam nostram medietatem de illa hecclesia de Sancta Maria de Avellano, que jure nobis advenit parentorum nostrorum cum omnia que ad illam pertinet vel pertinere debet, vel que abemus vel abere debemus, vel homo per nos; et, de illis ecclesiis que in illius territorio sunt, quantum abemus vel abere debemus, ut abeant potestatem ad faciendum quicquid facere voluerint, dandi, vendendi, commutandi, in decimis, in terris, in vineis, in pratris, vel omnia que ipsis ecclesis pertinere debet. Donamus mansiones de Raianbert et de Robert Crisbi et de Martinus porqerius, el lur orto domenge, ab uno cassal; la medietate de lo prado de Petro Teubalt; la medietate de rivo friguo et pescar in sas aigas et in suos devensos; lo decimo de la fibla[2] del port; lo decimo de nuirimento que faciunt monachi et clerici, los decimis de las plantadas que sunt[3] et que seran del devensio; lu decimo de la vinea de la Figuera et de las vincas de los alos delhz omines que aun in la sua terra, cultis et incultis, per qualque guisa ho pogues abbere, et una pe[cia] de terra que fui de Poncio Inguilrada; ipse consors; de alio latus, Guodescalcus et Poncius Ravanel consortes[4]. Rainardus Carles et uxor sua, [cum filii]s suis et filias donaverunt et f[irm]averunt. Et Datulus de Launanicus dedit que abet in ecclesia et que abere debet, et parte que abbet in orto. Wilelmus episcopus[5] donav ..... mus canonicus, et Petrus Cristoforus, Poncius Bolonius, Galterius, Bermondus, Folquerius, Bertrannus, Christoforuforns[6], Poncius....., Poncius Salariguo, Ranolfo, Guiqueranus. Et ab lur consilio ho acabte Rodulfus monachi[7].

[1] Sic.
[2] Cf. Du Cange, v. *Fibula*.
[3] Charta *s*, adjecta compendii nota.
[4] Charta *cons. sor.*, cum compendii notis.
[5] Fort. Guillelmus I, episcopus Telonensis (circ. 1056-circ. 1080).
[6] Sic.
[7] Charta *mohi*, adjecta compendii nota.

Si quis contra hanc cartam ire aut inrumpere voluerit, componat quantum lex docet. Si quis autem, aut ego Isnardus aut mater mea Aicelena et Datil dæ Launangues, aut parentibus nostris vel consangineis nostris, aut quecumque alia persona, cujuscumque ordinis et sexus, istam donacionem annullare, inquietare, detruncare vel in aliqo minuere temptaverit, non valeat vindicare quod voluit; sed quogatur tres auri libras persolvere Sancto Victori et abitatoribus ex ejus monasterii, ipsa queque donacione firma in perpetuum permanente. Damnetur eciam in inferno inferiore cum Juda traditore, nisi digna satisfaccione emendaverit.

1087 et 1088[1].

C. 1080.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Iterius de Borriana dono Domino Deo et sancte Marie et sancto Victori et monachis Massiliensibus terram que fuit de Bono Filio de Baucet, quam accepit cum uxore sua, quam tenebat per feu de me, que est juxta pratum Bertranni Rostagni et juxta pratum de canonicis; et guirpio sine omni retinemento, et accipio pro hoc a Willelmo cellarario et Guirberto v solidos denariorum milgoriensium. Petrus Bonefacii hujus doni testis est.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Aicelena, uxor qui fui Bertrando Iterio, dono Domino Deo et sancte Marie sanctoque Victori Massiliensis et monachis ibi Deo servientibus, tam presentibus quam et futuris, unam peciam de terra qui est ad ipsum ortum de Sancto Genesio. Et afrontat, de una parte, in Udellna, et de alia, in vedalo qui vadit ad molendinum Sancti Genesi; de tercia, in terra Gaudfredi de Massilia; de quarta, in supradicto orto. Quantum infra istas afrontationes includitur, sic dono ei vendo ad supra dictum locum Sancti Victoris. Et pro hoc accipio de Girberto monacho xvm solidos de denarios melguiresos. Testes sunt de hoc dono seu

[1] Ex autogr., n. 258.

venditione Willelmus cellararius, Girallus elemosinarius, Iterius filius supra dicta Aicelena, et Bertrandus puer.

1089 [1].

Reclamationes quas Wilelmus, monachus Sancti Victoris Massiliensis, fecit domno Ysoardo [2] comiti et archiepiscopo Ebredunensi, de honore Sanctę Marię et Sancti Victoris, quem milites Cadurgenses et alii homines tollunt. In primis, de sponsalitio ecclesię sanctę Dei genitricis virginis Marię Chadurgensis, quod tenebat Poncius de Turre et filii ejus, et uxor Johannis fratris ejus, et filius ejus Geraldus, et Petrus de Roset qui accepit uxorem ipsius Johannis, et Vilelmus filius ipsius Petri, qui accepit filiam supra dicti Johannis; et propter hanc reclamationem Lantelmus, Ebredunensis archiepiscopus, misit eos in excommunicatione ut nullum divinum officium audirent, et in ipsa excommunicatione defunctus [est] Poncius. Monachi autem et sacerdotes noluerunt eum sepelire usquequo archiepiscopus venit, et in manu [illius filii dicti Poncii et mater] illorum totum quod habebant de sponsalitio dereliquerunt Domino Deo et sanctę Marię et sancto Victori, et monachis illius servientibus, in presentia domni Ysoardi comitis, et Laugerii episcopi Vapicensis, et Poncii Ebrardi decani, et Antelmi de Gargaia, et Wilelmi Bastardi, et Petri Ranerii, et Brunonis Stephani, et Ugonis de Capdol, et omnium hominum qui ibi aderant. Postea vero sepelierunt defunctum. Crastina autem die, venerunt monachi et illi qui hoc sponsalicium reliquerunt coram domino Ysoardo comite et omnibus illis qui hic super nominati sunt; ipse quoque Ysoardus jussit talem diffinitionem inter illos, ut monachi extra mansiones haberent totum sponsalicium, in pace, sine ulla requisicione, et ipsi filii Poncii haberent illas mansiones quas monstraverant de sponsalitio, propter fidelitatem Sancti Victoris et monachorum, per tale censum quale ipsi monachi in unaquaque C. 1080.

[1] Ex vetusto volumine, n. 96.

[2] Isoardus, comes Vapincensis.

mansione mitterent et illud censum monachis Sancti Victoris per singulos annos solverent; et, si monachi amplius possunt probare de sponsalicio quam ipsi monstraverant, totum quod habebant de sponsalicio propter fidelitatem perdant, sed Vilelmus, prior Cadurgensis, noluit facere sine consilio archiepiscopi et monachorum Sancti Victoris qui in illa provincia erant. Constituerunt placitum ut isti essent, et infra terminationem placiti vocavit quendam hominem, nomine Brunonem Salomonem, qui habebat de sponsalicio, sed ipse noluit venire absque consilio filiorum Pontii, et cum illo homine venit Petrus Poncius et Bruno Stephanus. Rogaverunt monachos ut nullam injuriam ipsi homini facerent, nisi talem qualem Poncius ipsi faceret. Monachi enim Sancti Victoris poponderunt[1] quod non facerent, sed terram quam ipse Poncius cum illo homine tenuerat similiter tenerent, sic factum est cum consilio Petri Poncii et Brunonis Stephani.

Interea, terminacio placiti venit in sabbato ante Ramos palmarum. Ad istud placitum archiepiscopus non venit; sed duo monachi adfuerunt, scilicet Lautardus de Valerna et Rotbertus de Dromon, et quidam milites, Rodulfus Broca et Vilelmus Bastarcius et Petrus de Roset et Bruno Stephanus. Ipsi vero monachi inter se acceperunt consilium ut mandatum quod dominus Ysoardus fecerat fieret in presentia archiepiscopi et domni Richardi[2], abbatis Massiliensis, revertente eo Roma, ipsumque consilium libenter acceperunt. Videntes autem quod ita non evenit sicuti putaverant, cogitaverunt fraude monachos decipere et honorem Sancte Marie et Sancti Victori tollere. Inquirentes namque quandam cartulam de sponsalicio[3] in qua sciebant scriptum hominem qui excoluerat mansum, nomine Benedet Pela, a quo homine accepit nomen mansum Benedet Pela. Longo tempore post obitum Benedet Pela, venerunt duo successores ejus qui inter se diviserunt mansum in duas partes. Unus vocabatur Salamus et alter Ferreng. Post hec mutatum est nomen mansi: una pars vocata est Salamuns, et altera Fereng. Accepta carta, monstra-

[1] Pro *sponderunt*.

[2] Ricardus cardinalis.

[3] Ea, ut videtur, est charta quam sup., n. 1057, edidimus.

verunt eam domno Ysoardo, et ille vocavit Villelmum, monachum Sancti Victoris, et ostendit ei cartam. Lecta carta, contendebant ante comitem. Ille, accepto consilio sicuti est prudens, quesivit ut in sua potestate se firmarent, ut quod ipse juste judicaverit sic fieret. Petrus Poncius cum suo ingenio conjunxit sibi Petrum de Rosset, dederunt in manu ejus fidejussorem Brunonem Stephanum, et monachi dederunt suum fidejussorem. Constituto placito, abierunt ad archiepiscopum et dixerunt quia monachi contra eum hoc fecerant. At ille indignans venit ad placitum constitutum. Vocato ad se Villelmo intra ecclesiam Sancti Victoris, terribiliter increpavit eum in presencia Poncii de Mongardin. Ille negavit quia contra eum hoc non fecerat, sed propter recuperacionem honoris Sancte Marie et Sancte[1] Victoris; et ita exeuntes de ecclesia venerunt ante comitem. Ille, audito hoc verbo, libenter voluit mittere fidejussores in manu archiepiscopi ut ipse inter illos recte judicaret. At ille dixit : « Sicut factum est, sic maneat. » Postea convenerunt in unum illi qui vocati sunt ad placitum, ut audirent reclamationes. Auditis reclamationibus, domnus Ysoardus et archiepiscopus vocaverunt Arnaldum Flota et Matfredum de Stella et alios milites. Introierunt in ecclesiam Sancti Christofori ut acciperent consilium quomodo definirent ut bellum non esset inter monachos et milites. Ipsi vero preparabant singulos homines ad prelium. Judices vocaverunt ad consilium Petrum Pontium et Petrum de Rosset cum suis, et dixerunt ut Petrus Poncius inquireret matrem suam de sponsalicio et totum quod scirent monstrarent monachis sine ulla fraude, et, si monachi amplius inquisierint, Petrus Poncius manibus suis faciat juramentum quod amplius non scirent. Illi libenter receperunt hoc consilium. Recepto consilio, exierunt de ecclesia ubi erant judices; qui judices vocaverunt Villelmum. Ipse autem intravit in ecclesia cum suis; recitaverunt ei placitum quod supra diximus; sed ipse noluit recipere neque laudare. Ipsi judices dixerunt ei : « Quare vos non recipitis hoc placitum ? » At ille respondit : « Si Petrus Poncius michi monstraverit totum sponsa-

[1] Sic.

licium sicuti est, ego sine sacramento credam. Et si Petrus Poncius totum sponsalicium non scit, et hoc totum quod scit nobis monstraverit, et ipse juraverit quod plus non scit, et nos amplius scimus, pro qua re vos dicitis hoc quod nos amplius scimus, propter suum sacramentum et propter suam insipienciam, sancti et nos perdamus? » At illi dixerunt : « Non ita fiat; sed in vestra probacione sit quod, si amplius vos probare poteritis, illud totum in pace habeatis. » Tali modo adquieverunt monachi cum suis. At illi vocaverunt Petrum Poncium et Petrum de Rosset. Ipsi autem venerunt ante eos, et judices recitaverunt eis placitum sicut dixerant, et ita placuit eis, statimque Petrus Pontius dedit fidejussorem per centum solidos in manu archiepiscopi, ut, infra quattuor dies quod monachi eum monuerint, sponsalicium monstret et sacramentum faciat. Villelmus, antequam exiret de ecclesia, monuit eum ut monstrasset sponsalicium usque ad dominicum diem, qui erat quartus dies. At ille promisit se esse facturum. In dominico die monuit eum ut monstraret sicut promiserat : monstravit sicut antea monstraverat, non amplius. Ipse autem interrogavit eum si plus sciret. At ille respondit : « Non. » — « Et si vos non plus scitis, ego amplius vobis monstrabo. » Ostendit ei mansum de Benedet Pela quod modo vocant Salamun et Ferreng, et ipse negavit quod non erat de sponsalicio. At ille interrogavit eum de illa masura quę vocant Tastaceias, si plus sciret quod ipse monstraverat. Ipse respondit : « Non. » — « Ego amplius vobis monstrabo. » Ostendit ei de medietate mansionis de Johan Marc usque ad sumitatem ponti. At ille negavit quod non erat de sponsalicio. — « Et ego vobis amplius requiro quę de mansione Adonet usque ad mansionem de Lanfreiriis. » Et ille negavit quod non erat. « Et si vos non cognoscitis quod verum sit hoc quod ego dico, quid erit de sacramento ? » At ille respondit : « Mane faciam. » Et in mane quesivit eum set non est inventus de toto die in illa villa. Et sic omnia placita et omnia consilia quę sapientes dixerunt in illis remanserunt.

Malefacta de Petro de Rosset et de filiis ejus contra Sanctam Mariam et Sanctum Victorem et contra servientes eorum.

Quando Petrus de Rosset querebat mulierem quę fuit de Johanne

de Turre domno Ysoardo, et filiam Johannis filio suo dare, rogavit Villelmum monachum ut pro hac re loqueretur cum comite. Et ipse dixit « : Nolo hoc facere, quia vestram amiciciam timeo perdere et quia vos bene scitis quod hęc femina non vult sponsalicium Sanctę Marię et Sancto Victori relinquere, et per hoc archiepiscopus misit eam et filios suos in excommunicatione. » Ille autem promisit se ut, antequam eam acciperet, sponsalicium facere relinquere. At ille, audita hac convencione, abiit ad dominum Ysoardum et de eo fideliter locutus est usquequo mulieres fuerunt firmatę. Post hęc quesivit suam convenientiam et Petrus dixit : « Faciam. » Constituerunt placitum et ad illud placitum fuerunt quidam milites, Poncius de Mongardin et Bruno Stephanus et Petrus Poncius et Antelmus Guinaz. Quesierunt ad monachos ut darent quadraginta solidos propter gripicionem. Ipsi autem noluerunt facere, et sic partiti sunt sine amore. Post hęc venit dies constitutus ut acciperent suas uxores. Venerunt ad monachos ut facerent eis hordinem, sicut mos est. Ipsi noluerunt facere propter excommunicationem in qua erant. At illi cum ira et indignatione et minas recesserunt et fecerunt nupcias. Factis nupciis, invenerunt quendam presbiterum Sancti Victoris a Rosset qui volebat ferre vinum ad monachos. Tulerunt ei caballum et asinos et contradixerunt vinum. Monachi, hoc facto audito, miserunt suum priorem ad eos, ut quereret caballum et asinos. Illi vero noluerunt ei reddere, sed valde vituperaverunt eum de suis loquelis. At ipse venit ante domnum Ysoardum ut faceret ei justiciam. Ille autem vocavit Petrum de Rosset ut monachi et ille Petrus in manu ejus darent fidejussores; et sic factum est. Ille autem dedit judicium tali modo ut Petrus de Rosset totum quod injuste habebat de sponsalicio relinqueret, et sua malefacta in finem mitteret et malefacta quę fecerat monachis eis emendaret.

Post paucos dies venit Petrus de Rosset et filii ejus ante archiepiscopum, in mansione Poncii Causi, et in manu ejus reliquerunt totum quod habebant de sponsalicio Domino Deo et Sanctę Marię et Sancto Victori et monachis, in presencia Poncii de Mongardin et Poncii Causi et Antelmi Guinaz. Et tunc solvit eos ab excommunicatione.

Interea domnus Ysoardus comes perrexit in Yspaniam contra bar-

baros. Viderunt filii Poncii de Turre et Petrus de Rosset et filius ejus quod terra remanserat sine potestate. Oppres[s]erunt valde monachos Sancti Victoris et familia eorum, et tulerunt totum quod reliquerant de sponsalicio in manu archiepiscopi Domino Deo et Sancte Marię et Sancto Victori et monachis, et avenam quam seminaverant in sponsalicio, et vastaverunt prata et messes cum suis caballis et bovibus. Et Petrus Poncius fecit cedere salices Sancti Victoris et monachorum de quibus cooperuit suum torcular, et Ysoardus, frater ejus, percussit bubulcum eorum. Et iterum in yeme cederunt sui homines salices ad faciendum ignem, et retinuerunt substanciam patris eorum, quam Sanctus Victor et servientes ejus debebant habere, et tulerunt primicias et oblationes de sancta ecclesia. Quid amplius dicamus? Vetaverunt petras de rivulis et de campis et de vineis ut monasterium non hedificaretur. Audivit archiepiscopus quod Petrus Pontius et Petrus de Rosset totum sponsalicium recuperaverant, quod in manu ejus reliquerant Domino Deo et Sanctę Marię et Sancto Victori et monachis; misit eos in excomunicatione. Audita excomunicatione, fecerunt tantum de malo quantum facere potuerunt Sanctę Marię et Sancto Victori et monachis; Martino Baillo non permiserunt suum gadium dare, sicut decet omnes Christianos ad obitum mortis, et propter hoc monachi noluerunt eum visitare neque corpus Domini dare. Interim Petrus Poncius misit Brunonem Stephanum et Stephanum Pomet ad monachos ut eum visitarent. At illi venerunt cum corpore et cruce Domini nostri Jesu Christi ad visitandum hominem. Ipsi insurgentes adversus eos ejecerunt foras corpus et crucem Domini nostri Jesu Christi cum fustibus igneis, et sic per tribus vicibus hoc fecerunt. Post venit ad obitum. Monachi autem sepelierunt eum, et de substancia quam dederat suo proprio ore Sanctę Marię et Sancto Victori et monacis ejus, Petrus Poncius et Petrus de Rosset tulerunt decem solidos quos dederunt monachis Sancti Michaelis. Monachi Sancti Victoris fecerunt reclamacionem comitissę, quę erat Gigornio. Ipsa misit ad eos quemdam missum ut venirent ad eam. Petrus Poncius noluit venire; sed Petrus de Rosset venit ad eam et ipse noluit se justificare pro ea; sed fecit sicut usus est facere. Ante eam fortiter vituperavit Villelmum mo-

nachum de suis turpissimis loquelis. Sic recessit cum ira et minas. Ipsis perseverantibus in suam duriciam cordis et in excomunicacione, venit archiepiscopus ad Cadurgas. Petrus Poncius et Petrus de Rosset venerunt ante eum et promiserunt se de illo honore pro quo erant excomunicati ut facerent sicuti ipse mandaret, et ut retineret eos de hoc quod ei placeret. Ita firmaverunt in manu archiepiscopi per ducentos solidos. Fidejussores fuerunt Bruno Stephanus et Petrus Cedal. Archiepiscopus vocavit ad se Petrum Baillum et introierunt in ecclesiam. Constrinxit eum per excommunicationem, ex parte Dei et sanctę Marię et sancti Victoris, et per fidelitatem quam ei debebat, ut verum diceret si hoc erat illud mansum de Benedet Pela quod monachi requirebant per sponsalicium Sanctę Marię. Petrus Baillus, audita excommunicatione, valde iratus est, quia timebat eos perdere. Tamen constrictus dixit et affirmavit : « Hoc est illud mansum de sponsalicio Sanctę Marię quod monachi Sancti Victoris requirunt. » Tunc venerunt foras ad placitum. Dixit archiepiscopus quod non teneret placitum, donec veniret Ysoardus, filius Poncii de Turre et Giraldus filius Johannis de Turre et relinquerent ecclesiam Sanctę Marię et sponsalicium sicut Petrus Poncius reliquerat. At illi venerunt et reliquerunt sicuti Petrus Poncius reliquerat. Et tunc interrogavit archiepiscopus Petrum Poncium et Petrum de Rosset si cognoscebant quod istud esset illud mansum de Benedet Pela quod monachi requirunt per sponsalicium. At illi dixerunt : « Nos scimus quod istud mansum habemus per vos, et, si vos vultis quod nos dicamus ut sit de sponsalicio, nos dicemus. » Et ille archiepiscopus dixit ad eos : « Nolo ut dicatis meam voluntatem, sed hoc volo ut vos dicatis veritatem, si vos cognoscitis quod istud mansum sit de sponsalicio. » At illi dixerunt : « Nos non scimus aliud. » Tunc archiepiscopus ammonuit Petrum Baillum, per fidelitatem quam ei debebat, ut verum diceret. At ille respondit : « Ego scio quia hoc est illud mansum quod monachi requirunt de Benedet Pela et est de sponsalicio ; sed precor vos ut eos retineatis. » Consiliatores eorum qui venerant cum eis, scilicet Rodulphus Broca et Villelmus Bastarcius, dixerunt : « Non sit amplius contentio inter monachos et vos ; sed archiepiscopus retinead vos ut vos sitis sui fideles. » At ille dixit : « Ego non scio de quo eos reti-

neam, quia non cognoscunt quod sit de sponsalicio. » At illi responderunt « : Nos cognoscimus et scimus, sed precamur ut nos retineatis sicut vestros fideles. » Tunc archiepiscopus vocavit monachos et milites qui cum eo erant. Accepit consilium ut retineret eos de medietate taschę de manso de Benedet Pela quod modo vocant Salamun et Ferreng, et de illis mansionibus quas monstraverunt monachis de tenura de Tasta Ceias, excepto illas que fuerunt de Stephano Peregrino et excepto illas que fuerunt de Gimas Tasta Ceias. Et illi noluerunt hoc placitum facere, sed dixerunt : « Nos tale placitum fecerimus quod medietatem de manso de Salamun et de Ferreng monachis reliquerimus, et per illas mansiones quas monstravimus dabimus eis tantum de bona terra in optimo loco quantum amici nostri et sui laudaverint, et, si hoc eis non placet, habemus totas mansiones per fidelitatem illorum, et mittant in illas censum quod eis solvamus per singulos annos. » Et hoc archiepiscopo displicuit. Ita partiti sunt. At illi tenuerunt sponsalicium sicut antea fecerunt, et Willelmus reclamavit se archiepiscopo Lantelmo et Isoardo comite multis vicibus, et ipsi promiserunt se facere justiciam cum simul venerint Cadorgas. Post multas reclamaciones quas fecit Willelmus monachus[1] Sancti Victoris archiepiscopo supradicto et Isoardo comite, venit comes Urgellensis Cadorgas. Tunc Willelmus dixit archiepiscopo et Isoardo ut facerent justiciam de is qui tollebant sponsalicium de ecclesia Sancta Maria, et spoponderunt facere Tunc vocaverunt quedam[2] milites, [s]cilicet Pontio de Merindol et Trimundo et Brono Stephano a[c] Bertranno, filio ejus, et aliis multis, et ingressi sunt in ecclesiam Sancti Christopholi. Tunc interrogavit Isoardus Petro Poncio et Petro de Roset cur post [t]antas guirpiciones quas fecerant de sponsalicio supradicto ipsi tenuissent? Tunc Petrus Poncius dixit : « Quia monachi jam plus requirunt quod non est de sponsalicio. » Tunc interrogavit eos si in totam villam invenirent testes cui crederent. Willelmus dixit : « Sunt quedam filii Guina Tasta Ceias quem ego credam, si per sacramento constringeritis eos. Bruno Stephanus dixit : « Non sunt testes idonei, quia nimis sunt juveni. » Respondit Willelmus : « Et si isti juvenes sunt, pater illorum ve-

[1] Vol. *moñachis*.

[2] Sic.

tulus fuit, qui mihi ad obitum mortis suę testificavit. » Tunc Bruno Stephanus : « Neque ille idoneus testis fuit, quia nimis erat vetulus. » At Wilelmus : « Et si iste nimis fuit vetulus et filii ejus nimis sunt juveni, dicite testem quem vos credatis. » Et Petrus Poncius : « Est Petrus Bailus qui bene scit veritatem : ipsum credimus si sacramento eum constringatis. » Tunc miserunt Bertrannum, filium Brunonem Stephani, ut veniret. At Isoardus et archiepiscopus dixerunt Petro Bailo ut diceret veritatem sicut ipse sciebat, ut ipse possit jurare quod ita sit. At ille noluit jurare nec dicere veritatem. Illi vero constr[i]nxerunt eum per fidelitatem Dei et sancte Marie et sancti Marcellini et sancti Victoris, et per fidem quam eis debebat, ut verum diceret et juraret. Ille constrictus dixit se esse facturum quod ipsi videbant. At illi : « Volumus ut prius dicas veritatem, et postea facias sacramentum. » Tunc ille : « Ego scio quod ille mansus de Benet Pela, quem modo vocant Salamon et Ferreng, totus, cum suo decimo et tasca et omnes servicio, est sponsalicium Sanctę Marię. » Tunc interrogaverunt eum de mansiones quas monachi requirunt sicut de sponsalicio. At ille dixit : « Etiam : sed de illas mansiones que sunt de mansione scutarii usque ad fosato vetulo, retro fuerunt, sed modo examplate sunt ; preterea quia lacior erat via quam modo. » Et sic consenserunt omnes et reliquerunt hęc omnia, sicut Petrus testificavit, in manu archiepiscopi et Willelmi monachi, in presencia Isoardi comitis et militibus qui ibi aderant. Tunc Isoardus rogavit Willelmum ut eos retineret de eo sibi placeret. Ille dixit se esse facturum, sed non esset stabile sine consilio abbatis. Et illi cognoscentes veritatem rogaverunt eum ut perduceret eos ante abbatem. Ille promisit se esse facturum. Facto parvo intervallo, misit domnus abba ad Willelmum legatum ut iret ad eum apud Villam Crosam. Et ipse comonuit Petrum de Roset et Petrum Poncium ut irent cum eo ; sed illi noluerunt abire. Post hęc, misit alium nuncium ut iret ad Sanctum Stephanum de Regenna et comonuit eos ut irent illuc, et noluerunt abire. Postea venit domnus abbas ad Valerna et misit nuncium ut veniret Willelmus illic. At ille misit nuncium ad Petrum de Roset et ad Petrum Poncium ut irent cum eo ad abbate[m] et neclexerunt. Sed Willelmus venit ad abbate[m] et rogavit eum ut iret a Cadorgas, ut posset

loqui cum illis. At ille venit et moratus est illic duobus diebus, et in tercio die venerunt cum amicis suis Petrus de Roset et Petrus Poncius, ut eos retineret de illo onore quod antea reliquerant in manu archiepiscopi et Willelmi monachi, de quantum ipse placuerit. Ille dixit : « Volo ut dicatis michi quantum relinquistis vel quantum cognoscitis. » At illi dixerunt : « Nos cognoscimus totum mansum de Bendeg Pela cum decimo et tasca et omnes servicio, et illa tenura que fuit de Richer, quod modo vocant de Tasta Ceigas. » Willelmus interrogavit illos de mansiones que in ipsa tenura erant, si sic eas cognoscerent sicut Petrus Bailus testificaverat. At illi dixerunt : « Etiam. » At ille interrogavit eos de illas mansiones que sunt de mansione scutarii usque ad fosatum vetulum et de mansione de Johan Marcio usque ad sumitate Ponti. At illi negaverunt quod non erant de sponsalicio, et Willelmus dixit : « Quare eas negatis non erant de sponsalicio? » At illi dixerunt : « Quia Petrus Bailus ita non dixit et Willelmus Petrus adhuc vivit et est in istam villam, vocate eum et audiamus. » At illi dixerunt : « Nos non credimus ei, si non juraverit. » Et Willelmus : « Quando ipse voluit jurare in presencia archiepiscopi et Isoardi comiti, vos dixistis : Credimus, et modo dicetis : Non credimus sine sacramento. Nos non habemus potestate super eum ut per nos faciat sacramentum. » Tunc domnus abbas dixit : « Expectemus archiepiscopo et domno Isoardo, ut ipsi dicant quę Petrus Bailus ante eos testificavit. » Et ita remansit.

1090 [1].

Nov., c. 1090. In nomine Domini nostri Jesu Christi. Ego Rostangnus Amalrichus, ob metum gehennę et amorem vitę ęternę, simulque pro redemptione animę meę parentumque meorum, dono Domino Deo ejusque genitrici, gloriosę virginis Marię, almique martiri Victori atque omnium sanctorum in eorum honore consecratus est locus iste, simulque dompno abbati Ricardo, et cuncte congregationi, tam presenti quam et future, semper in monasterio hoc[2] Deo servientibus,

[1] Ex autogr., n. 58.

[2] Charta *hoke*.

quoddam mei juris atque hereditatis, quartam videlicet partem de castro quem nominant Baldoinum, in comitatu videlicet Aquensi, cum omni territorio quod pertinet ad quartam partem ipsius castri, cum terris cultis et incultis, cum vineis, pratis, garrucis, arboribus, defensis et indefensis, cum aquis et decursus earum, *etc.*

Facta carta ista mense novembris, indicione.....[1], regnante Domino nostro Jesu Christo in perpetuum.

Ego quoque Rostangnus, auctor hujus donationis, ut firma stabilis omni tempore maneat, manu mea roboro et testes firmare rogo.

1091 [2].

De Grimald.

Noticia placiti quod fecit Gauzfredus de Grimal cum monachis Sancti Victoris, videlicet Isnardo, Bernardo Pelet et Nicecio Pannafen, de castello de Grimal. Ego Gauzfredus dono et guerpio Domino Deo et sanctę Marię et sancto Victori, et monachis ejusdem loci Sancti Victoris, ęcclesiam vel parrochiam de Grimaldo, cum omnibus quę ad eandem ęcclesiam vel parrochiam pertinent vel pertinere debent, sine ullo censu et sine ullo usage, cum omni decimo quem in eandem parrochia vel in territorio jam dicti castelli modo habent monachi vel in antea acaptare potuerint, et nominatim eam partem quę fuit Guidonis de Signa et Petri Engelranni. Definio etiam et guerpio medietatem ipsius castelli de Grimal, sicut eam monachi Sancti Victoris ibi habere debent et ego cum abbate Richardo jam ante partitus fueram, sine ullo engan et sine ullo usage, ut habeant et teneant monachi Sancti Victoris istud castellum, sicut ad se pertinet. Si quis autem supradictum castellum vel aliquid ex supra dictis rebus sive ad eundem castellum pertinentibus tollere voluerit Sancto Victori aut in aliquo contrarius existere eis monachis, ego Gauzfredus promitto et convenio quod fidelis adjutor et defensor ero Sancto Victori et monachis supra dicti monasterii Massiliensis, sine ullo engan; et 1096.

[1] Numerus abest.

[2] Ex autogr., n. 146.

accepi propter hoc de substantia Sancti Victoris a monachis supra dictis XX solidos denariorum melguiresium.

Factum est hoc in presentia Faraldi et Fulchonis, filii ejus, et Pontii Rebol, et Bernardi Pelet, et Isnardi Aldebert, et Rainaldi, et Nicecii Pannafeu et aliorum bonorum hominum, clericorum et laicorum. Ugoleni hanc guerpicionem laudaverunt. Ego Gauzfredus de Grimal hanc guerpicionis cartam scribere rogavi quam laudo et firmo.

Facta carta hujus guerpicionis anno incarnacionis Dominice MXCVI. Raimundi. Petri presbiteri. Petri diaconi.

1092[1].

De Sancta Cruce.

1 jan. 1097. In nomine Domini. Notum fieri volumus cunctis hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Isnardus Barreria, et uxor mea Belletrudis, et filii nostri Isnardus et Wilelmus, donamus Deo et beate Marię sanctoque Victori martiri, atque venerabili Richardo, abbati monasterii Massiliensis, simulque monachis ejusdem loci, tam presentibus quam futuris, filium nostrum Lambertum nomine, ut ibi sub regula beati Benedicti sub monastico habitu vivat, et cum eo damus in hereditatem unum molendinum in Sorbo fluvio et unum paratorium, et omne alodium nostrum quod habemus in villa Sancte Crucis, sive homo vel femina per manum nostram, et fevum quem habemus pro Wilelmo de Monasterio, id est fornacium et molendinacium et defensos et terciam partem justiciæ et asinaricium et bovariacium et quicquid aliud habemus, si ab illis per quorum manus tenemus predicti monachi adquirere poterint sicut hic scriptum est, *etc.*

Facta est hæc carta donationis kalendis januarii, anno Domini millesimo XC^mo^ VII.

Signum Isnardi et uxoris suę, qui hanc donacionem fecimus, et firmavimus et testes firmare rogavimus. Signum Isnardi. Signum

[1] Ex autogr., n. 383.

Wilelmi. Signum Aldeberti. Signum Fulconis. Signum Raimundi. Villelmus testis. Ilsiardus testis. Dodo Ademar testis. Petrus Airal testis. Lautaldus testis. Bertran Ademar testis. Petrus Gonzolenus testis.

1093 [1].

Quarta de Sancto Verano Valle Clusa.

Ego Francus de Vellauris, et uxor mea nomine Fredeburga, et Gantelmus et Franco et Isnardus, filiis meis, vendemus et donamus Domino Deo et Sancto Victori Massiliensis monasterii et Sanctę Marię et Sancto Verano de Valle Clusa, et monachis qui ibi sunt et erunt, videlicet terra que est in territorio de Somanna que vocatur Valarcis : ex uno latere, Sorgia; ex alio latus, podius que vocant Valairana et alteram terram quod apellant Podio Cervario. Hęc omnia vendemus et donamus Sancto Victori jam nominato et ęcclesię Sanctę Marię predicte, ubi requievit corpus sancti Verani, et habitatoribus ejusdem loci, tam presentibus quamque futuris, et ea racione ut ipsa, id est terram, in perpetuum habeant et sine ulla contrapellacione possideant. Sumpsimus tamen pro ipsa terra solidos duos, que habet Beneila de denarios fortes, de monaco Aringo de Sancta Maria et de Sancto Verano. Hanc donacionis sive vendicionis cartam fieri precati sumus, et manibus nostris firmavimus et alios firmare rogavimus. Si quis autem hanc donacionem vel vendicionem annullare presumpserit, non valeat vendicare quod voluit, sed iram Dei omnipotentis incurrat et damnetur cum Juda traditore in inferno inferiore, nisi digna satisfaccione emendaverit. Sæc. XI.

Franco et mulier sua Fredeburga firmaverunt, cum filiis suis Gantelmus et Franco et Isnardus. Et Amalrigus et Ansalldus etRostagnus Ferus, Galterius et Giraldus Silvionis firmaverunt.

[1] Ex autogr., n. 506.

1094 [1].

Sæc. XI. Charta qua Pontius Amblardus ejusque uxor et filii monachis Massiliensibus largiuntur « decimum de quartone de Cabaza, de pane, de vino, de carne et de omnibus omnino rebus. »

1095 [2].

Sæc. XI exeunte. Conditor omnipotentissimus *etc.* Igitur.... ego, scilicet Tassilus, et fratres mei Petrus et Isnardus, ... cum muliere mea Balda nomine, et filiis meis Wilelmo, Vidiano, Bertranno, Poncio, Eldeberto, filiabusque nostris....[3], facimus elemosinam donacionis eidem Domino Deo omnipotenti et sanctę virgini Marię, et glorioso ejus martiri Victori sociisque ejus, monasterio scilicet Massiliensi et abbatibus hac monachis ibi manentibus, presentibus et futuris, de terra et solo terrę in quo edificata est ecclesia Sancti Stephani primi martiris que vulgo vocatur Regeinna; et est in territorio Fontis Maurosę; ipsum, sicut diximus, solum terre et quantum in cimiterio vel foris cimiterio nos habemus et homo per nos circa supra nominatam ecclesiam, totum et ab integro donamus, pro anima patris nostri vel matris et remissione, sicut diximus, peccatorum nostrorum, prefato monasterio et abitatoribus ejus, ut intercedant pro nobis ad Dominum ut concedat nobis prosperitatem vitę presentis et promissum fidelibus suis gaudium vitę perhennis.

1096 [4].

Carta de Roca Martina.

C. 1100. In nomine sanctæ et individue Trinitatis. Ego Raimundus, ob remedia peccatorum meorum, volens pergere Jherusolimam, cum fratribus meis Geraldo et Poncio, consencientibus et laudantibus idipsum dominis nostris Aichardo et Gaufredo Geraldi de Bruniola, dono,

[1] Ex autogr., n. 90.
[2] Ex autogr., n. 127
[3] Hic locus vacuus.
[4] Ex autogr., n. 371.

vendo terciam partem tocius decimi castelli de Rocha Martina, in pane, vino, et carne et in o[mnibus] omnino rebus quę decimantur ab integro, sine ullo retinemento et sine omni inganno et malo ingenio, Domino Deo omnipotenti et beate Marie semper virgini et sancto Victori martyri, et monachis Massiliensibus, tam presentibus quam futuris, in manu Willelmi, presbiteri de Madaza, qui tenet eandem obedientiam Sancti Victoris, videlicet æcclesiam Sancte Marie que est sita in territorio ipsius castri, prope moenia. Et accipio pro hoc ab eodem Willelmo presbitero LX solidos optimorum denariorum melguiriensium veteris monete. Petro Geraldi [et Ad]alberto Rufo et Geraldo Teucinna et Petro Sanctuelds et Poncio Stephani et Poncio de Sestarone et Lunari presentibus et laudantibus et videntibus et testibus cum aliis compluribus.

Eodem tenore, ego Willelmus Ripertus dono et vendo illam partem quam habeo in decimo castri de Rocha Martina Willelmo presbitero, integre et si[ne ullo retinemento]. Et accipio ab eodem Willelmo XX solidos de Milgur, presentibus predictis testibus et aliis quam pluribus. Ego etiam Willelmus L.... vendidi meam partem decimi ipsi presbitero X solidis. Similiter ego Willelmus Rostagni vendidi meam partem aliis X solidis, presentibus et videntibus supradictis hominibus et aliis multis.

Ego vero Willelmus presbiter adquisivi has omnes decimationes, permissione, consensu et voluntate domni Arberti, Avinionensis episcopi, et clericorum illius, videlicet Deporti et Radulfi de Sado, necnon et Petri de Vitrola.

1097 [1].

Gadium Guilbert de Turreves.

In Dei omnipotentis nomine. Ego Wibertus de Turreves et uxor mea Rainois, cum filio nostro Bermundo, dono modiatam unam de terram in territorio castri quod dicitur Rosset, sub via pluplica [2] que vadit ad Sanctum Privatum, Domino Deo et sauctæ Marię sanctoque Circ. 1110.

[1] Ex autogr., n. 381.

[2] Sic.

Victori et sancto Privato martyri, et abbatibus ac monachis monasterii Massiliensis, pro remedio anime mee et supradicte uxoris mee et omnium parentum meorum, in manu Berengarii, ipsius monasterii Massiliensis monachi, a quo pro hoc obtinuum verrum accepi. Et hec terra abet hos consortes : de uno fronte, terra Poncii Benedicti; de alio, terra ipsius Sancti Privati.

Ego Guitbertus anc cartam scribi mandavi et manibus propriis firmavi. Bremundus, filius meus, firmavit. Rotbaldus Azo firmavit. Raimundus de Roset firmavit. Willelmus Isnardi firmavit.

1098 [1].

Carta Guitbert de Torreves.

5 febr. 1111. Notum sit omnibus hominibus, presentibus et futuris, quod ego Wirbertus de Torreves et Bermundus, filius meus, dono Domino Deo et Sancte Marie Sanctoque Victori Massiliensis monasterii, omnem meum honorem quod habeo vel habere debeo in valle Brunenc, excepto una modiata de terra, in manu abbatis et aliorum seniorum presentium qui ibi fuerunt, videlicet Ugonis Nizecii, Ysnardi Ildebert et Rostagni cellararii et multorum aliorum. Et hoc feci propter remissionem meorum peccaminum et salutem anime mee.

Facta carta anno incarnationis dominice Ī centesimo x°[2], die dominico, nonis februarii, indicione III[a], concurrente V°, epacta VIII[a], luna XX[a] III[a].

Testis est Ysnardus de Castello Duplo, in cujus presentia scripta est hec carta.

[1] Ex autogr., n. 496.

[2] Ex subsequentibus notis colligimus annum ab annunciatione Domini vel a paschate hic computatum fuisse.

1099 [1].

Carta de Guillelmo Nizezio et fratre ejus Petro et Gauzfredo.

Qui vult possessionem suam in alterius jure transfundere debet hoc agere stabili noticia testibus conscriptis. Unde nos fratres Petrus Nicecii et Gaufredus Nicecii vendimus abbati Otoni et monachis Sanctę Marię et Sancti Victoris sibi comissis terra[2] que vocatur Consuas. Et Agnes et Raimundus, filius ejus, vendit similiter partem suam, per preceptum Guillelmi Nicecii, mariti sui, qui, iturus Jherosolimam, mandavit predictę uxori suę Agneti, si necesse sibi esset, predictę terrę partem suam vendere, ad regendam domum et familiam suam vel ad solvendum debitum quod maritus ejus et ipsa debebant, cum consilio Po[nci]i Otonis, fratris Agnetis, uxoris fratris nostri. Et propter hoc damus terciam partem precii Agneti et filio ejus Raimundo, precium scilicet LXX[s] solidorum melgoriensium, quod accipimus a predicto abbate et a monachis ejus. Predicta terra de Consuas ab oriente habet terminum terram que fuit de Iterio de Borriano; ab occidente, mare; a septentrione, sicut aqua vergit, totum est de terra et de vendicione ista; a meridie, est terra Sancti Victoris. Si qua vero persona, cujuscunque dignitatis vel ordinis, hanc vendicionem monachis vel sancto monasterio aliquo malo ingenio impedierit vel contradixerit vel per potenciam abstullerit, tandiu teneant monachi et in pace possideant terram nostram quam habemus juxta curtem Sancti Genesii, sine omni impedimento et contrarietate. Ita fideliter firmamus et absolvimus monachis, donec predictam terram sine contrarietate monachis restituamus, id est terram de Consuas.

20 febr. 1113.

Facta est vendicio ista anno ab incarnatione Domini M°C°XII°[3] in mense febroario, x kalendas marcii, feria V[a].

Petrus Nicecius et Gaufredus, frater ejus, firmant. Raimundus, nepos ejus, filius Agnetis, firmat. Petrus Bonefacius firmat. Rufaldus,

[1] Ex autogr., n. 260.
[2] Sic.
[3] Anno vel a paschate vel ab annunciatione incepto.

frater ejus, firmat. Poncius Oto firmat. Poncius Stephanus episcopus firmat. Ysnardus Ildeberti monachus firmat. Stephanus monachus cellerarius firmat. Johannes cellararius firmat. Gandalbertus monachus firmat. Raimundus, Salmodiensis monachus, firmat. Garnerius monachus firmat. Agnes, mater Raimundi, cum filiis et filiabus suis firmat. Guillelmus[1] Nizecius firmat, et nos monachi donamus ei super hoc VI solidos et I sestarium de annona et I saumada de vino; et ego Johannes cellararius dedi hoc.

Bertrannus, monachus et sacerdos, scripsit hanc cartam, die et anno quo supra.

1100[2].

Sancti Genesii.

1113. In nomine Domini. Ego Gaufredus, filius Nicecii, vendo aliquid de alode meo, hoc est terram quandam abbati Otoni monasterii Sancti Victoris et monachis ejus. Et est ipsa terra in territorio Sancti Genesii, habens, ab ortu solis, terram Aicardi[3], quondam archiepiscopi; ab occasu, terram Sancti Victoris; ab aquilone, terram Willelmi Petri. Et accipio precium XXII solidos pro ipsa terra a cellerariis Petro Geiraldo et Johanne. Si vero aliqua persona, contra hanc vendicionem, suprascriptam terram monachis Sancte Marię et Sancti Victoris auferre voluerit vel presumpserit, dono pro ea monachis terram quam habeo ad Casalem, loco qui dicitur Marzaneges.

Facta est hec vendicio anno ab incarnatione Domini M° C° XIII°.

Testes : Willelmus Nicecius, Petrus Bonifacius et Rufardus, frater ejus, et Gandalbertus monachus. Bonus Vasallus monachus scripsit.

[1] Voces *Guillelmus Nizecius...., dedi hoc* non eodem encausto exaratæ sunt quo superiora.

[2] Ex autogr., n. 38.

[3] Aicardus de Massilia, archiepiscopus Arelatensis.

1101[1].

In nomine Domini. Anno dominice incarnationis i°[2] c° xviii°, ego Petrus Rothfredi, prior Sancti Nazarii de Medulio, dono tibi Marie Sonerie, et infantibus tuis Petro Sonerio et Stephano Bona Fos, et Guilelmo et filie tue Guilelme, et omnibus quibus volueritis, preter caballeriis et sanctis et clericis, partem superiorem de terra quę est ad Formigos, ad quartum et ad servitium, quam terram partirunt et diviserunt inter Pontiam de Cruce et nos fratres Pontii Deodati de Maleriis et Petrus Geraldi de Roveriis et Guilelmus Bremundi et Petrus Dominicus in duas partes, non tamen equales, per transversum, quia major pars nostra minus valebat parte altera, quando partiti sunt eam supradicti viri. Hec terra a circio afrontat in terra Stephani Bona Fos; ab oriente, dat frontum in vinea Petri Rostagni de Marouilo; ab occidente, dat terminum in terra Petri Rostagni de Porcano; a vento, ponit terminum in alia parte quę est de ista terra. Istam terram supradictam dono vobis supradictis fratribus Petro et Stephano Bona Fos et Guilelmo et vestris, tali ratione quod detis quartum de toto blado quod fuerit in ipsa terra, in omni anno, et tres denarios mergorienses, in unoquoque anno, ecclesie Sancti Nazarii de Medulio et monachis ejusdem loci, in kalendis semper augusti, et decimas. Quam terram poteritis vos supradicti fratres et vestri parentes impignorare cuicumque volueritis, preter caballeriis et sanctis et clericis, salvo tamen consilio monachorum Sancti Nazarii de Medulio, sine quo[rum] consilio, si volueritis, potestis eam donare sive relinquere illi ecclesie cujus fundus est. [Et scien]dum quod per istam terram dedistis michi supradicto Petro Rothfredi, priori Sancti Nazarii, vos, supradicti fratres, v solidos pro acapto, de quibus nichil remansit in debito. Et de omnibus, sicut superius dictum [est], mandavi ego supradictus Petrus prior fieri cartam, et cum carta trado vobis supradictis fr[atribus et parentibus] vestris ipsam terram 1118.

[1] Ex autogr., n. 302.

[2] Sic.

a termino usque in terminum, sicut terminaverunt eam supradicti viri per fidem et [sine] malo ingenio perpetue possidendam et hoc cum consilio et laude Otonis monachi et Guilelmi diachoni, qui fuit filius Pontii Geraldi de Medulio. Hoc totum placitaverunt Girbertus de Mergurio et Guilelmus Pontii de Nimitis et Petrus Rostagni de Ovorio. Cui placito interfuit Raimundus de Silviniaco, qui scripsit hanc cartam, precepto supradicti Petri Rothfredi, prioris Sancti Nazarii, anno quo supra. Et est convenientia quod debemus istam terram in tercio vel in quarto anno femare.

1102 [1].

11 jul. 1124. Breve de acapte quam fecit Wilelmus Pictavensis de Beringuario [2], episcopo Forojuliensis, et de Amalrico preposito, cum consilio clericorum omnium cannonicorum, videlicet Bertranno de Celans, Raimundo des Clanz, Bermundo de Sparron, Bonifacio de Claver, Stephano Vilapeis, Uguo Dragunan, cum ceteris aliis et episcopo Massiliensi Raimundo [3], et episcopo Maianfredo Antibolensi [4], in sinodo audientibus, videntibus et laudantibus omnibus qui hibi aderant, de ecclesia Beati Bartolomei de Mota Palaionis, cum decimis et primiciis et omnibus rebus ad ipsam ecclesiam pertinentibus, absque cartone decimarum et receto [5] et tercia parte mortalitatis. Hanc ecclesiam cum omnibus supradictis donavit Guilelmus, ex parte omnium militum templi Salomonis, ecclesie Sancte Marie Palaionis et monachis Sancti Victoris, tam presentibus quam futuris, cum auctoritate Berengarii episcopi et prepositi Amalrichi et omnibus cannonicis, tempore Arnaldi, monachi Sancti Victoris Massiliensis, cognomento Gasco; in quam ecclesiam retinuit supradictus Guilelmus, ad opus militum, VIII sextaria frumenti, vendentis mensure Roche Brune,

[1] Ex autogr., n. 325.

[2] Berengarius IV (1090 — 1131).

[3] Raimundus II, qui in *veteri Gallia christiana* Bertrandi episcopi successor, in *nova* vero prædecessor, fuisse traditur. Priori sententiæ favere videtur charta quam hic edimus. Cæterum historiam pontificum qui, sæculo XI ineunte, Massiliensem ecclesiam rexerunt confusam admodum et perturbatam esse confitemur.

[4] Circ. 1100 — c. 1135.

[5] Pro *recepto*.

sine ullo alio retinaculo, omni anno. Unde testes sunt ipse Guilelmus et Petrus Bertrannus, Guilelmus Bertrannus, Fulco Bertrannus, Petrus Lupus e[t] Petrus Arnaldus, Ugo Faraldus, Guilelmus Garcinus, Guiraldus monachus.

Facta carta ista kalendis julii, feria III, luna XVI [1].

1103 [2].

De Medullio.

In nomine Domini. Anno ab incarnatione ejus M° C° XL°. Ego Rai- 1140.
mundus Guilelmi, de Castello Novo, bona fide et sine dolo, dono Domino Deo et Sancto Nazario de Medulio et monachis ibidem Deo servientibus, in manu Guillelmi, ejusdem ecclesie prioris, totum illum honorem quem ipsi monachi abebant in inpignore [3], pro XX^ti^ solidis, de me et de Ugone, fratre meo [4], videlicet mansum et honorem quem Guillelmus Catla et frater ejus tenent. Hoc totum honorem eum ipso Guillelmo et fratre ejus dono ad proprium alodium, pro emendacione cujusdam mule quam Petrus Rotfredus, antecessor ejus, acomodavit michi, que mula apreciata fuit c[entum] solidis. Hujus donacionis testes sunt ipse [Raimundus Gu]ilelmi, qui hanc cartam scribere [mandavit],..... capellanus de Medulio, et Bertrandus....., et Bertrandus Sigaldi.....us scripsit.

1104 [5].

In nomine Domini. Ego Petrus Bonefacii dono Domino Deo et 1148.
sancte Marie et sancto Victori martiri, et monachis Massiliensibus, corpus meum et animam meam pro monacho. Insuper ego predictus Bonefacius et uxor mea Rispalda et filius meus Guillelmus Ricavi donamus terram que est al Obespi. Terminatur autem terra, ab oriente, usque in terram Sancti Victoris; et ab occidente, in terra Sancti Vic-

[1] Hæ notæ chronologicæ non nisi ad a. 1124 referendæ videntur.
[2] Ex autographo mutilo, n. 303.
[3] Fort. corrig. *in pignore*.
[4] Voces *fratre meo* expunctæ sunt.
[5] Ex autogr., n. 262.

toris quę fuit patris mei; a meridie, usque in via publica; a septentrione, in terra quę fuit Iterii de Boiria.

Facta est carta donationis anno Domini M° C° XL° VIII°.

Ego jam dictus Petrus Bonefacii, *etc.* Signum uxoris ejus Rispalde. Signum filii ejus Guillelmi Ricavi. Signum Aicardi Iterii. Signum Ricau Car.[1] Signum Guillelmus Car. Signum Poncii Ricavi marchi. Signum Arberti monachi. Signum Desiderii presbiteri. Signum Bernardi monachi, qui hanc cartam scripsit.

1105[2].

De Vicano.

Circ. 1160. In nomine Domini. Notum sit omnibus hanc cartam legentibus quod ego R.[3], Dei gratia dux Narbone, comes Tolose et marchio Provincie[4], monasterium Sancte Marie et Sancti Petri de Vicano et villam eidem monasterio coherentem, et homines ibi commorantes et quicquid ad ipsum monasterium pertinet, sub defensione et protectione nostra suscipimus, omnipotentis Dei intuitu et ea scilicet specialiter racione quod majores nostri, Poncius videlicet quondam Tholosanus comes[5], pro anime sue et parentum suorum salute, ipsum locum elemosinaria largicione Massiliensi monasterio contulit. Nos igitur, commoditatibus ejusdem loci et augmentis diligentius intendentes, volumus ibi die lune et mandamus esse mercatum, sicut quondam, Petro ibi de Mairosio existente priore, consilio Bertrandi Audusiensis et Bertrandi de Cabreira et Bernardi de Nancio et Raimondi de Mandagot et Bermondi de Usummaz et aliorum nobilium voluntate et consilio, dispositum est et statutum. Omnes itaque homines, sive die lune in qua exerceri volumus mercatum, sive die dominico, sive die alio quolibet de ebdomada, negociandi causa illuc venientes, nostra et amicorum nostrorum defensione, euntes et redeuntes securos volumus esse, dummodo lezdas seu

[1] Adjecta compendii nota.

[2] Ex autogr., n. 511.

[3] Raimundus V, ut conjicimus (1148 — 1195).

[4] Voces *Dei g. d. N. c. T. et m. Provincie* abraso loco rescriptæ sunt.

[5] Poncius, comes Tolosanus (1037 — circ. 1060).

forenses prestaciones predicto monasterio et monachis ibi Deo servientibus conferant, sicut est consuetudinis in aliis mercatis eidem ville proximis et vicinis.

1106 [1].

Compositiones inter ecclesiam [Massiliensem], ex una parte, et vicecomites, ex altera.

(Fragm. ed., ex *Libro viridi*, in *Antiq. de l'égl. de Marseille*, I, 498.)

Hoc est translatum cujusdam carte per alphabetum divise cujus tenor talis est :

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Tam presentibus quam futu- 17 oct. 1164.
ris pateat hominibus quod de controversiis seu querimoniis, que inter Petrum, Massiliensis ecclesie episcopum, et inter vicecomites Massilienses, scilicet Huguonem Gaufredi et Bertrandum, fratrem ejus, et inter nepotem eorum, Huguonem Gaufridi, juniorem, versabantur, facta prius ab utraque parte satisdationis religione, in manu domini Raymondi II, Arelatensis archiepiscopi, et Raymundi, Carpentoracensis episcopi, hiis assidentibus sibi judicibus, videlicet Villelmo, Tholonensi episcopo, Enrico, Aquensi preposito, W. Bernardi Aquensi, W. Barreria, Petro Ferreolo, Rostagno Carpentoracensi, preposito de Mallac, post multas et longas altercationes in invicem factas, tandem, per mandatum et consilium eorumdem judicum, amicabili compositione interloquentibus ab utraque parte militibus, scilicet Raymundo de Villennas et Raymundo de Ginnato, talis inter eos transactio facta est et a domino Raymundo supradicto, archiepiscopo Arelatensi, voluntate utriusque partis, in hunc modum recitata. In primis ego Raymundus, Arelatensis archiepiscopus, et ego Raymundus, Carpentoracensis episcopus, attribuimus eidem ecclesie Massiliensi et episcopo prenominato Petro ejusque successoribus in eadem ecclesia canonice substituendis in perpetuum, ut idem episcopus civitatem suam Massiliam et omnia castra seu villas, quas per se sive per alios in toto vel in

[1] Ex exemplari, n. 263, a. 1281 descripto, quod ad ecclesiæ Massiliensis, non autem monasterii Sancti Victoris, archivum spectavisse suspicamur.

parte possidet, ecclesias omnes, homines et omnino totum honorem, quem per ecclesiasticas aut seculares personas possidet, liberum et absolutum tam ipse quam successores ejus perpetuo habeat ab omni exaccione et infestatione vicecomitum, nec vicecomites Massilienses, qui modo sunt vel qui post eos futuri sunt, unquam amplius habebunt in supradicto honore ecclesie et episcopi, in hominibus, clericis, laycis, ecclesiis, quistas, firmancias, cavalcadas, justicias, albergos, contra voluntatem Massiliensis episcopi. Episcopus etiam totam terram suam pro voluntate sua munire et de loco ad locum castra seu villas mutare et claudere, tam de vallis quam de muris, poterit, ita quod vicecomites ei contradicere nullo modo possunt nec debent, nec per se nec per alios eum impedire. Civitatem suam de Massilia claudere poterit pro voluntate sua. Rocam Barbaram claudere poterit vallis et barbacanis de lapidibus, cum calce et arena. In ipsa vero Rupe Barbara nec turrim nec eccles'am nec aliquod edifficium facere debet, sine consilio Arelatensis archiepiscopi. In portu antiquo, qui est inter monasterium et civitatem, omnes homines ecclesie et episcopi cargabunt et descargabunt, et omne mercatum, quodcumque voluerint facient suis manibus vel alienis, sine omni usatico vel servicio, nec vicecomites in hiis omnibus aliquam contradiccionem vel inquietationem per se vel per alios facere debent. In portu de Porta Gallica, episcopus et omnes homines ipsius et ecclesie quicquid voluerint facient, et omnes undecumque ibidem advenientes similiter facient, ita scilicet quod vicecomites nec per se nec per alios eos impediant. In montibus ultra Vuelnam, idem[1] homines episcopi et ecclesie fausillum colligent, sine omni usatiquo et servitio. Falcones de terra majori, a castello de Vier usque ad columpnam, episcopus habebit. Similiter capritos Sancti Juliani non accipient vicecomites. Pedaticum Nercii et Alaudii episcopus habebit; Baucetum etiam cum poterit, ita quod vicecomites nec per se nec per alios contradicent vel impedient. Honorem Vilelmi Yterii de Bauceto episcopo vicecomites deliberabunt aut concambium valens ei persolvent. Similiter decernimus ut castrum de Albania cum suis pertinentiis vice-

[1] Sic.

comites ab ecclesia et ab episcopo et canonicis in feudum ad fidelitatem deinceps habeant, et pro eodem feudo in natale Domini et in pascha duos recetos facient, et in predictis diebus totum refectorium cum omnibus hominibus qui in canonica fuerint vel in illis diebus non propter hoc advenerint, honorifice, sicut in tantis festivitatibus expedit, procurabunt. Similiter, vicecomitibus atribuimus ut episcopus vel ecclesia de thesauro et de questione pignoris, scilicet portus et tolnei, xv^cim^ milia solidorum, et de quarta parte castri de Sancto Marcello et de castro Albanie, pro non soluta pencione, petitionem aliquam seu controversiam eis vel eorum filiis deinceps non faciant. De honoribus vero episcopalibus et vicecomitalibus, qui usque nunc possederunt et uti possederunt, sic possidebunt. Si de dominio ab alterutra parte contentio fuerit, sic cognoscetur dominium : si episcopus vel vicecomites de illis honoribus unde contentio fuerit poterint hostendere longo tempore se habuisse servicium, scilicet tasquam vel gardiam vel albergum seu bannum aut quodlibet aliud servicium vel recognitionem, et hoc per testes ydoneos, ille qui hoc facere poterit illius honoris unde talis facta fuerit ostencio consequetur dominium, eo tamen salvo quod illi milites seu coloni qui longo tempore possederunt a possessionibus non expellantur. De castro de Mayranegas, unde similiter inter eos questio vertitur, per testes qui ab utraque parte in curia nostra ostensi sunt et quos adhuc ostendere poterunt, quid episcopus vel vicecomites habeant ipsi habere debeant cognoscetur et terminabitur. De falconibus de Cala[1] Longa, unde erat contentio, juxta testimonium duorum militum qui hoc noverint, unius de villa superiori et alterius de villa inferiori, cognoscetur et terminabitur. Ista autem tria capitula, scilicet de honoribus episcopalibus et vicecomitalibus, de castro de Mayranegas et de falconibus de Cala Longa, per Rai. de Vellennis et per Rai. de Ginnaco terminabuntur, cum duobus causidicis. Quod si super hiis que inter vos per curiam nostram terminata sunt vel in aliis tribus capitulis que per duos milites terminari debent aliquotiens questio oriatur vel per ipsos non diffiniatur, ad cogni-

[1] Vel fort. *Tala* — Edit. habet *Catalonga*.

tionem et judicium Arelatensis archiepiscopi deducatur et per eum diffiniatur. Ut autem hec transactio firma et illibata in perpetuum permaneat, mandato nostro et voluntate propria juraverunt Ugo Gaufredus, vicecomes Massiliensis, et Bertrandus, frater ejus, et mandato eorum isti milites : Raymundus de Albania, Petrus Bremundi de Auriolo, Guillelmus Yterii, Raymundus Yterii. Ex parte vero episcopi juraverunt Raymundus de Affuel, Guitbertus de Torreves, Petrus Attanols, Vilelmus de la Landa. Factum est hoc in civitate Aquensi, in claustro canonicorum, anno ab incarnatione Domini M° C° LX° V°[1], XVI° kalendas novembris, luna XX^a VII^a, epacta VI^a, Alexandro papa III Romane ecclesie presidente, Frederico imperante, per manum supradicti domini Raymundi II, Arelatensis archiepiscopi, et Raymundi Carpentoracensis episcopi, in presencia omnium istorum, Aycardi de Massilia, prepositi Massiliensis, Aycardi de Tollone, Aycardi de Auriol, Petri Martini, Ugonis de Sancto Marcello, Raynerii, Guilelmi Medici, Isnardi de Oliolas, canonicorum Massiliensium; Boimundi, Aquensis archidiaconi, Guilelmi de Sancto Michaele, monachi Montis Majoris, Boni Paris et Petri Adisenis, canonicorum Nemausensium, Ymberti de Aurons, Guilelmi Odolrici, Poncii de Madalgas, Guilelmi Martini de Avinione, Guilelmi Bermundi de Aquis, Porcelli domini de burgo Arelatensi, Ray. Gaufredi de Fos, Rostagni de Fos, Guidonis de Fos, Fulconis de Signna, Raymundi de Signa, Ricavi Carbonelli, Guillelmi Raynaldi. Petrus, clericus Arelatensis, mandato supradicti Raymundi, archiepiscopi Arelatensis, scripsit. Verum ut hec inter nos facta transactio nostra auctoritate magis constans et stabilis et nunc et in futura tempora permaneat, ego Raymundus, Arelatensis archiepiscopus, manu propria subscripsi et auctoritatis nostre sigillo presens instrumentum signare mandavi.

2 jul. 1281. Sciendum vero est quod ego Pasch[alis] de Mayranegas, notarius infra scriptus, predictum translatum sumpsi et extraxi de suo originali auctentico, non viciato, non cancellato nec abraso, nichil addito vel

[1] Hic annus more Pisanorum computatus esse videtur. Anno enim quem 1164 dicimus, dies 17 octobris (XVI kl. nov.) incidit in lunam 27; anno autem 1165, in lunam 9. Fatemur tamen epactam 6 anno 1165, non autem 1164, convenire.

diminuto nisi forcitan dicciones abreviatas per suas litteras protrahendo et protractas abreviando, mandato et auctoritate discreti viri domini Guillelmi Raynaudi, curie episcopalis Massiliensis officialis, in dicta curia pro tribunali sedentis, ad instanciam et requisicionem Petri de Quesacto, clerici, procuratoris venerabilis viri domini Guillelmi de Ferreriis, Massiliensis ecclesie prepositi et procuratorio nomine pro eodem. Quod quidem mandatum fuit michi, dicto notario, datum in dicta curia a dicto domino officiali, eo pro tribunali sedente ut supra, anno Domini M° CC° LXXX primo, indiccione quinta, sexto nonas julii, in presencia et testimonio domini Jacobi Gancelmi, canonici Massiliensis, domini Bernardi Fredoli presbiteri, Jacobi Grossi clerici, et Guillelmi Rodelli[1] notarii, et mei predicti Pasch[alis] de Mayranegas, publici notarii Massiliensis comitatuumque Provincie et Forchalqueri, qui, ad requisicionem et preces dicti procuratoris, procuratorio nomine quo supra, et de mandato, voluntate, et assensu et auctoritate dicti domini officialis, predictum translatum manu propria scripsi, ut supra, et, facta diligenti collatione de dicto translato cum suo originali predicto, exinde hoc instrumentum publicum feci et signo meo signavi. P. d. M-S.

1107[2].

In nomine Domini. Anno incarnationis ejusdem M C L X IIII. 1164.

Notum sit omnibus hec audientibus quod ego Bertranus presbiter et ego Guiraldus, nepos ejus, procuratores ecclesie Sancti Michaelis de Brugueriis, nos ambo simul, cum fide et sine e[n]ganno, damus, laudamus ad acapte, cum consilio Fredelonis, abbatis Marsilie, et Petri de Bruguerriis et Bertranni, filii ejus, et Guillelmi de Castrias, tibi Petro Boerii uxorique tue Aibiline et infantibus vestris atque successoribus vestris, ad omnes voluntates vestras faciendas, ad dandum, ad impignorandum et ad dimittendum cuicumque volueritis, cum consilio procuratoris ecclesie de Brugueriis, exceptis sanctis et

[1] Vel *Redelli*.

[2] Ex exempl., n. 86.

militibus, scilicet unum stare cum curia et cum pertinentibus suis, quod est in ciniterio Sancti Michaelis de Brugueriis. Sciendum vero est quod pro isto stare tu Petrus Boeri dedisti michi Bertrano presbitero et Guiraldo predicto, nepoti meo, x solidos Melguri, pro acapto quorum nichil remansit apud te in debito. Et, in unoquoque anno, dabitis pro hoc stare procuratori ecclesie Sancti Michaelis.... denarios pro usatico, ad festum sancti Michaelis. Hujus rei sunt testes : Guillelmus Johannes, Raimundus de.....,.....[1], Petrus de Brugueiras, Guillelmus de Castrias. Bernardus de Perolis presbiter scripsit.

1108[2].

Carta Sancti Andree Agatensis.

Sept. 1167. .... Ego Guillelmus Affuel...., cum consilio Poncii de Beciano et aliorum amicorum meorum, absolvo et dono et..... sine omni enganno guirpio, in manu Willelmi, Agatensis episcopi, Domino Deo et Beatę Marię ac Sancto Victori Massiliensis monasterii, et tibi Guillelmo, priori Sancti Andreę de Agatę, ... quicquid habebam.... in campo Vivarii.... Et ego supradictus prior.... concedo tibi predicto Affuel laboraneiam duarum [parcium predicti] campi, usufructuario nomine tantummodo, scilicet in vita tua, *etc.*

Hec carta fuit facta anno dominice incarnationis M C L XVII, mense septembris, feria VI[a], rege Lodoyco regnante. Scripta fuit apud Agaten, in operatorio Vincencii, clerici. Laudata fuit a Guillelmo Alfuel supradicto, in curia episcopali, in presencia Randulfi, Agatensis archidiaconi, Petri Raimundi, sacriste, Guillelmi de Pomairiolis, Petri de Corneliano (?), Guillelmi Rainonis, Bernardi de Menerba, nepotis domni Willelmi episcopi, et Bertrandi Repezon. Ab omnibus supradictis rogatus Vincentius levita scripsit.

[1] Hic tres vel quatuor voces oblitteratæ. [2] Ex autogr., n. 530 *bis*.

1109[1].

Audis tu, Petre abbas. Ego Bertrannus Raimbaldi castellum quod vocatur Scala non tollam Sancto Victori neque abbatibus qui post [t]e futuri sunt in monasterio Sancti Victoris, quod est apud Massiliam, neque te inde decipiam neque abbates successores tuos de suprascripto castello. E[t] si est homo aud femina vel homines vel femine qui suprascriptum castellum tollat Sancto Victori vel tibi, Petre, vel abbatibus qui post [t]e futuri sunt, ego cum illo vel cum illa vel cum illis non habebo finem neque placitum quod finem valeat, nisi pro recuperacione castelli quod prescriptum est; et si recuperare potuero, in ipso convenimento permanebo et per quantas vices quesieris mihi, tu, Petre abbas, vel per te vel per tuum nuncium vel per tuos nuncios, prescriptum castellum, id est Scala, ego tibi red[d]am et successoribus tuis, sine inganno et sine decepcione, et ille missus qui de hoc me comonuerit deceptus non erit me sciente. E[t], sicut in ac carta scriptum est et homo in ea legere potest, sci[2] faciemus et sci attendemus. Ego Bertranus sine inganno me sciente, excepto quantum tu, Petre, me absolveris te sciente, non auferam aliquid de proprietatibus que pertinent ad domum Sancte Marie, neque in supradicto castello, neque in villa nec in aliquo loco, si Deus me adjuvet et sancti sui. Hoc juramentum juravit Rostagnus de Bisaldun, Ysnardus Laurenti, Petrus Sclagun, Ymbertus Beons, Rost[a]gnus Feraldi, Torcatus de Castello Novo, Guillelmus Torcatus, Raimundus de Bifaldun, Recordus G...., Rostagnus Dagot firma[3], Fulco de Volona firma, Poncius de Vaumel, Garinus, Raimundus de Vau....., ... Torcatus, Rostagnus Guillelmus.... Hoc factum est in presentia multorum clericorum et laicorum, scilicet Arberti prioris, Ricavus de Moia..., ..., Petrus Casa, R. de Rodes, F. de Monbrun,.... de.... ias qui acn[4] cartam scripsi, Yoanni Dalvi, Petri Arnal, Bosnosz, Ugo Borel. Et ego Ber- 1171.

[1] Ex autogr., n. 480
[2] Pro *sic*.
[3] Sic.
[4] Pro *hanc*.

tranus Raibal, Uga uxs[ore mea] consentiente, pro[p]ter restauracionem malefactorum que feci supradicte domui, oferimus filium nostrum Bertrandum Domino Deo et Scancto[1] Victori, et donamus ei unam modietatem ter[r]e et vineam quam tenet Bernardus Rufus, et, quando erit talis quod poterit monachari, D solidos et equitaturam optimam et alia que sont necessaria et ter[r]as quas abstulerat supradicte domui, scilicet justa feraginem A.... Alcarun et ter[r]am que fuit Micaelis.

Anno ab incarnatione Domini M C L XXI, regnante Frederico imperante Alemaniam, Raimundo Berengario puero, cum Guillelmo de Pulcro Loco, comitates Provinciam.

1110[2].

Carta de Revesto de Sparro.

21 maii 1177. Ildefossus[3], Dei gratia rex Aragonie, comes Barchinonis et Provincie ma[rchio][4], fidelibus suis....[5] de Rianz et G. de Simiana et G. de Rianz et fratri suo ac vicecomitibus de Sparro, salutem. Specialiter ad regie benignitatis providenciam spectat ecclesiarum jura illibata conservare et tueri, maxime tamen illa protegere et sub sua protectione habere tenetur que gratuito beneficio [preceden]cium principum munifica largitas Christi ecclesiis ecclesiarumque servitoribus et ministris liberalitate spontanea contulisse probatur. Inde est quod amiciciam et fidelitatem vestram summopere monemus ut dilectum nostrum F., priorem [de Sparro], et successores ejus, in restauracione et translacione villule nuper Revestum vocitate, vestris consiliis et benigne vestre voluntatis favore juvare, nostri amoris intuitu, promptis animis studeatis, et predictum opus nulla occasione, [null]o prorsus ingenio, vos vel posteri vestri, turbare vel impedire temptetis nec id fieri a vestris hominibus aliquatenus sufferatis. Certum namque vobis volumus fieri quod, ex donacione nostra, prelibato priori et successoribus ejus licitum est et liberum predicte villule ho[mines ad quod]dam

[1] Sic.
[2] Ex autogr., n. 362
[3] Alfonsus II.
[4] Autogr. habet *rex Aragon., comes Barch. et Provincie ma....*
[5] Hic et infra lacerata est membrana.

de[fensum] ęcclesię Sancte Marie proximum transferre et mansiones ibidem construere, in ea donacionis et immunitatis nostre libertate et securitate, quam illustris memorie Dulcia [1], Barchinonis et Provincie comitissa, in remissione peccatorum suorum, ęcclesię prefate concessit.

Acta sunt hec incarnacionis dominice anno M° C° LXX° VII°, mense madio, in presencia nobilium curie, G. videlicet Guerreiat, procuratoris Provincie, A. de Villa Mulorum, G. d'Alcaraz, G. de Claro Monte, A. de Paladol, B. d'Auriach et aliorum quam plurium nobilium.

Data apud Massilliam per manum Bernardi de Calidis, scribe regis, XII° kalendas junii, in presencia Fulconis, episcopi Massiliensis, et Guillelmi, prepositi Sancte Marie.

1111 [2].

Debitum LXXXIIII^{or} milium solidorum debitorum per monasterium judeis et inde episcopo Antipolitano. Jun. 1185.

In nomine eterni Dei. Hec est carta facta, ad memoriam presentium et futurorum, de liberatione monasterii Sancti Victoris Massilie, facta scilicet per sollertiam et pecuniam venerabilis F. [3], Dei gratia episcopi Antipolitani, anno M° C° LXXX° V°, mense junii. Predictum monasterium here alieno a judeis Massiliensibus detinebatur oppressum in LXXX^{a} IIII^{or} milibus solidorum regalis monete. Pro quibus predicti judei jure pignoris tenebant hortum monachorum cum omnibus pertinentiis suis, solo viridario excepto, et Sanctum Genesium cum omnibus pertinentiis suis; et Carvillanum cum omnibus pertinentiis suis, et Salam cum pertinentiis suis. Insuper tenebant possessiones Beati Petri de Paradiso usque ad Sanctum Ferreolum cum clauso Sancti Saturnini, pro DCCC solidis. Et sciendum est quod predictas possessiones dominus episcopus penitus liberavit a judeis pro XL^{a} milibus solidorum regalium et octingentis solidis; quas tenere debet, jure pignoris, dominus episcopus

[1] Dulcia, filia et heres Raimundi Berengarii II, comitis Provinciæ.

[2] Ex autogr., n. 265.

[3] Fulco, 1178-1185.

quousque pecunia universa solvatur sibi, vel cuicumque vel quibuscumque ipse voluerit, et, pecunia soluta, prorsus libere et liberate redire debent ad monasterium. Est etiam sciendum quod dominus abbas A. et B., prior major, cum toto conventu, concesserunt domino episcopo, et ut firmius servaretur sacramento confirmaverunt, IIas possessiones, scilicet castrum de Sex Furnis et sacristiam ecclesie, perpetuo tenendas et disponendas ad propriam voluntatem; sic tamen quod illi quibus commisserit istas possessiones, neque in vita nec etiam post mortem ipsius episcopi, a nemine possint removeri nisi ab ipso episcopo. Sacramento etiam proprio firmaverunt hoc dominus abbas A. et B prior et totus conventus, et W. Grossus et R. Barrals, quod de cetero predictas possessiones, neque in toto neque pro parte, [1]abbate vel priore vel conventu aliquo ingenio alienentur vel obligentur. Si autem contingat (quod Deus avertat !) dominum episcopum decedere ab intestato, pecunia sua non recuperata in solidum vel pro parte, in sacramento predicto continetur quod illi quibus dominus episcopus comiserit predictas possessiones aministrandas habebunt liberam potestatem aministrandi fructus seu redditus colligendi et consignandi cum integritate, bona fide, B. de Petra, priori majori, et B. Garzini. Hoc etiam supradictis est adjunctum quod, si moneta regalis mutaretur vel deterioretur infra tempus solutionis, marcha probatissimi argenti redderetur pro LXa IIIor solidis. Summa expensarum in bobus est XXti VI librarum et dimidie regalium; in mulis, L librarum. Hoc in fine addere curamus quod, si dominus episcopus quascumque expensas in predictis possessionibus fecerit, sicut debitum in ipsis habebit. Monachi qui ex parte tocius conventus laudaverunt hoc et juraverunt sunt isti : B. de Podio, prior clastensis[2], W. de Petra, P. de Cerveria, Ronzolis, Guigo sacrista, B. helemosinarius, B. hortolanus, P. de Mairosio, P. Raucs, W. de Cerveria, P. Rotbertus, Salamos, B. de Croset, P. Guillelmus, Pontius Sancti Michaelis, Jorda, P. Thence, R. d'Orsillac, U. Ruthenensis, Odilo, B. de Castluz, Iterius, W. Altavila, B. Sancti Pauli, P. de Nempse,

[1] Suppl. *ab.*

[2] Sic pro *claustrensis.*

W. de Lein, G. de Bredola, P. Rigal, W. de Sestairo, P. Maza, A. de Grede, U. de Codorzal, A. de Seveirac, B. de Virsec, W. de Sparro, Boisso, G. de Grede, B. de Monbru, S. Auretz, P. Gantelm, G. Paganel, P. de Monrodat, W. Godafre, G. Merle, B. de Saumana, G. de Cerveira, Albert, W. de Bauz, Oalric, R. de Rocca, R. de Monfarran, P. Berengerii, B. Ferriol, A. de Torreves, R. Guillelm, B. de Gleisola, Aldebran, Dalmaz de Berbe, B. Lanbert, W. de Gaias, Sicart, B. Locusta, G. del Tornel, U. de Doalon, Solatius, F. Dalmaz, Pontius Salsellus, W. de Solers, B. de Gardana, R. de Porreriis, Andreas, Berart, W. de Medailla, R. Airas, J. de Cabreira.

Testes qui hoc viderunt et audierunt sunt isti : Ugo Fers, W. de Montoliu, Aicart Iter, Anzeline, B. Sart, W. Vival, W. Dodo, B. Sancti Felicis, B. Dalmaz, U. Dalmaz, Jaufre Ricau, U. Ameil, Simion, B. Laurenz, G. de Port, P. Textor, Rotlan de Marc[1], J. Vivalt, B. Gasquet, Jaufre Ros, P. de Laopia, P. del Crest, B. Iter, W. Molner, G. Pellicerius, Jaufre Garner, P. Geralz, Sermariz, P. Guifre, Amel, G. Cap de rei, S. Blancher, B. Sancti Ferreols, G. Catalas, P. Molners, G. Nizez, G. del Borc.

1112[2].

Ugo Fer, in jurisdictione castri Sancti Marcelli locum G.[3] Biterrensis episcopi et Rocelini[4] obtinens, diremit controversiam quæ inter R. d'Aurella, tunc electum abbatem Sancti Victoris, ex una parte, et Mariam, uxorem Bertrandi Berroardi dictumque Bertrandum, ex altera, mota erat, occasione molendini de Roca et viridarii ad illud molendinum pertinentis. Aug. 1194.

Anno incarnationis MCLXXXXIIII, mense augusto, indictione XI.

Actum in curia tolonei, in presentia et in testimonio Raimundi de Petrolis, G. de Monte Olivo, Guillelmi Andree, Aicardi Audoardi, G. de Civitate, Ugonis de Burgo, Fulconis Licii, G. Boni Pari, Laugerii de Pulcro Monte, R. Iterii de Gardana, Bertrandi Laurencii, tunc curie baiuli, G. Alamanni, tunc curie baiuli, Petri Gomberti, Gui-

[1] Vel fort. *Maro*.
[2] Ex autogr., n. 266.
[3] Gaufridus de Massilia.
[4] Rocelinus, vicecomes Massiliensis.

telmi, G. Aonde, Aicardi Januensis, Petri Silve, Guiraudi de Rivo, Petri de Roaneto, Ugonis Raimundi, Aquensis ecclesie sacriste, G. Gomberti, Bernardi Corssi, Stephani Nigri, G. de Prea, Girardi Donadini, G. Donadini, R. Donadini.

Et ego Bernardus Massiliensis, publicus notarius Massilie, his omnibus interfui, et cartam scribi feci et nomen meum et signum ibi feci, et sigillavi mandato Ugonis Feri predicti.

1113 [1].

Sæc. XII. Hec est querimonia quam monachi Sancti Victoris faciunt super Massilienses canonicos et eorum homines, de subreptione et supercaptione quam faciunt in castello de Pennis de jure Sancti Victoris, que ita se abet [2] : requirimus enim eis totam medietatem de barbacana que est ante portam Poncii Willelmi, sicut vadit per sitam usque in barrium. Requirimus etiam eis casalem quem dedit Noe ad Kaucennam, uxorem Merleti, ad servicium, quod servicium ipsi tulerunt nobis, et tenementum de mansionibus, unam quam dedit Noe ad Durant Estorn et alteram de Amalrico. Et requirimus eis terram de Balzo, quam misit in gadio Bertrannus Frennicus ad Venranno per mi sextarios de segel, et terram de Balma de valle Laudui, que fuit de manso de Jaudat. Et requirimus eis terram de vallone de Roereto usque in terram de Rainulfo, de qua Maiolus ejecit homines Sancti Victoris, Poncium Martino et Poncium Lonzigo, et reduxit eam ad se; et terram de colle de Campanis quam tulerunt Poncius Adalberti et Petrus Adalberti ad Jauzolenum, hominem Sancti Victoris, et reduxerunt ad se, requirimus eis.

1114 [3].

Sæc. XII. In nomine Domini nostri Jesu Christi et sancte Dei genitricis virginis Marie et sancti Victoris. Incipit karta de conquisitis que Rostannus monacus adquisivit de militibus. Inprimis de Gaufredo,

[1] Ex autogr, n. 343.
[2] Sic.
[3] Ex membrana, n. 348, sæculo XII exeunte vel XIII ineunte, ut videtur, exarata.

vicecome[1] de Marsilia, et de Remundo, filio ejus, in primis ęcclesiam quę sita est in castro Porrerias et alias ęcclesias qui in circuitu ejus sunt vel antea edificate erunt, cum apendicis qui ad ipsas ęcclesias pertinent vel antea adquisierint. Hę sunt ęcclesię, id est beate Dei genitricis Marię de Sauto et Sancti Stephani et Sancti Pętri et Sancti Jacobi. Ista honor donavit Gaufridus suprascriptus, in presencia de Willaumo Iterio et fratribus ejus, et Hugone de Sancto Johanne. Per istas honores habuit Gaufridus unum ęquum et decem solidos. Ceteri milites qui sua dimiserunt quę in istas honores habebant : Gaufridus Peletus habuit xxx^{ta} solidos pro quarta parte de ęcclesia Sancte Marię et pro alia quarta parte de cartone; Petrus Ignardus omnia que in ipsa ęcclesia habebat, et habuit III^{es} vacas optimas et unum porcum, et decima de Costantino de omnia que posidebat ; et habuit Vilelmus Petrus XXIII^{or} solidos, et Bertrandus similiter, et mater VI libras. Uxor Iterii, Leugarda nomine, donavit pro remedium animę sue uno cartone et medietatem de alio, consentientibus filiis suis. Dedimus Willaumo Hugone, Hachensis civitate, quadraginta V solidos pro medietate de pane et carne de tribus cartonis, et aliam medietatem donavit Robaudus Athon, cum filio suo, ad Sanctum Victorem. De cartone Abstrudis, pro carta parte, dedimus Wllalmo Pontio VII^{em} solidos et fratribus ejus, et alia III^{a} pars est de altario, et alios duos quartones de Ugone Atanulfo et de Caberto Atanulfo, que abuit Fulco Iter in ingadio per XXX solidos. Gullelmus Petrus dedit octavam partem de decimo vini, pro remedium animę suę. Hugo Tarrimnus dedimus XXIII^{or} solidos pro octavo parte de vino. Bertranno et Erberto dedimus similiter pro illorum partibus. In territorio de Porcilis, de cumba quę vocatur Archerio, quę ascendit usque in Paleria et descendit in Lario, dedimus Remundo XL solidos et alias terras, cultas et incultas, vineasque quę inter istos fines[2] continent se, quę sunt de ipso castro. Pontius Fulco atque Pontius Richardus habebant querelas in isto honore, et dedimus uni III^{or} solidos et ad alium similiter. Gervasius Quatuor Male dedimus quendam ariętem optimum, et isti fir-

[1] Sic.

[2] Membr. *sines*.

maverunt super altare beate virginis Marię. Petrus Isnardus dedit pro filio suo et propter filiam suam unum agrum de tribus modiatibus, supra cumbam de Archerio, justa viam Sanctę Marię, de illa terra que est latus Sancta Maria super viam. Gigo Robaldus et fratres ejus et filii eorum habuerunt XV^cim^ solidos de prato que est justa torentem. Habuit Vilelmus Iterius vinea que fuit de Vitali Benedicta per illa terra que est super Sallices. Habuit Vilelmus Iter tres vineas, unam justa Tunam, et aliam de Oliverio, et aliam de Goiran ministrale; pro decimo de Petro Jacardo, VII^tem^ solidos. Vilelmus Iterius donavit, pro filio suo Raimondo, locas justa ecclesiam ad domos edificandos, domos de Arberto et de Brunceto et de Poncio Adalvera; et feraginem ipsius donavit Aicardus archiepiscopus, et habuit duos boves, et Gisla habuit X^cem^ solidos.

1115 [1].

24 oct. 1205. .... Ego Roncelinus, Dei gratia dominus Massilie et vicecomes,.... obligo et trado pignori tibi Anselmo et tuis sextam partem meam tocius portus Massilie, pro viginti quinque milibus solidorum regalium, quorum LVIII solidi valent nunc marcham argenti fini.... Et omnes introitus, redditus, proventus, et gausidas et obvenciones, quocumque modo, ex predicto pignore deinceps provenientes, jure tuo, tu et tui, durante pignoris jure, habeatis et percipiatis, ita quod in illo tempore de cetero in sortem computentur.... Si autem, in tempore redemptionis, hec moneta habanida vel deteriorata fuerit, reddatur tibi vel tuis marcha argenti fini ad racionem LVIII solidorum. Promitto eciam per stipulacionem me deinceps nullam dare salvedam alicui persone vel aliquibus personis, arte mea seu ingenio meo, nec dare facere, nisi tamen voluntate tua et assensu.... Sciendum autem est te predictum Anselmum predictum pignus a filiis quondam Bondavid Grossi judei XII milia solidorum regalium coronatorum redemisse et michi Roncelino residuos XIII milia solidorum predicte monete numeratione continua integre solvisse et tradidisse.

[1] Ex autogr., n. 268.

Actum fuit in domo Anselmi, in superiori sala que est ante domum infantum quondam Bernardi de Albio, anno dominice incarnationis M° CC° V°, inditione octava, nono kalendas novimbris. Huj[u]s rei sunt vocati et rogati testes : Gaufridus Rostagni, Guillelmus Vivaldi, filius quondam Ugonis Vivaldi, Ugo Ferus, filius quondam Guillelmi Anselmi, Ugo Andree, Andreas, frater ejus, Guilelmus de Servera, Guillelmus de Bagnols, et ego Guillelmus Charelli, publicus notarius, qui, mandato et rogatu utriusque partis, hanc cartam scripsi[1].

1116 [2].

In nomine Domini. Amen. Anno incarnationis ejusdem M° CC° X°, XVIII° kalendas decembris, 14 nov. 1210.

.... Ego Bertrandus Aycardus.... dono titulo donationis inter vivos in perpetuum et trado tibi, Guillelmo Danieli, et Peirone, uxori tue, sorori mee, et infantibus vestris, totam frairescam.... quam.... habeo.... in quodam honore quem ego et frater meus habebamus pro indiviso in territorio Sancti Ma.....[3] de Senaz, scilicet in loco qui dicitur Caudoreira et in loco qui dicitur Romegosa, ad faciendum *etc.*

Ad hec, ego Ugo Ferus laudo et concedo tibi, G. Danieli, et uxori tue, Peirone, et infantibus vestris, predictam donationem, ad omnes voluntates vestras inde faciendas, scilicet ad dandum, vendendum, obligandum, permutandum, seu quolibet alienationis titulo alienandum, quibuscunque personis volueritis, exceptis sanctis et militibus et locis religiosis, salvo tamen ibi jure et dominio meo et tascha de terris et quartono de vineis.

Actum in domo ipsius domini Ugonis Feri. Testes hujus rei *etc.*

1117 [4].

Carta domini Rocelini.

In nomine Domini. Amen. Anno incarnacionis ejusdem millesimo CC° XII°, inditione XV, VI kalendas novembris. 27 oct. 1212.

[1] Cf. n. 926.
[2] Ex autogr., n. 550.
[3] Ultimæ hujus nominis litteræ corrosæ sunt.
[4] Ex autogr., n. 551.

.... Ego Rocelinus, dominus et vicecomes Massiliensis,.... recognosco me habuisse et recepisse mutuo a te Ancelmo CL libras regalium coronatorum...., de quibus LVIII solidi valent nunc unam marcham argenti, quas promitto per stipulationem me daturum et persoluturum tibi vel tuis, in pace et sine molestia, usque ad III annos, ab hoc festo Sanctorum Omnium proximo computatos, et pro predictis CL libris regalium obligo et trado tibi et tuis pignori totum affarum quod Geraldus Ademarus habet in castro Albanie, *etc.* Item promitto per stipulationem quod nunquam contra predicta vel aliquid predictorum, ullo loco vel tempore, ullo jure vel juris subtilitate, veniam per me vel per alium, nec fructus seu gausidas tibi vel tuis in sortem vel in pagam computabo, ante solucionem vel post....; et specialiter renuncio illis legibus et decretis et decretalibus que dicunt sortem per perceptos fructus ex pignore relevari, *etc.*

Actum in domo turri contigua. Hujus rei testes sunt rogati Petrus Raucus, prior de Auriolo, *etc.*[1]

1118[2].

15 apr. 1215. Hugo de Baucio et domina Barrala, ejus uxor, ratam habent compositionem quæ olim facta fuerat inter Petrum, Massiliensem episcopum, ex una parte, et inter Hugonem Gaufridi, dictæ Barralæ avum, Bertrandum fratrem ejusdem Hugonis, Hugonemque Gauffridum, nepotem eorum, filium Jaufridi de Massilia, vicecomites Massiliæ, ex altera[3].

Anno incarnationis M° CC° XV°, decimo septimo kalendas maii.

1119[4].

Carta de Vicano.

27 jan. 1219. In nomine Domini. Anno incarnationis ejusdem millesimo CC° octavo decimo, VI° kalendas febroarii.

[1] Cf. n. 1115.
[2] Ex autogr. mutilo, n. 271.
[3] Vide sup., n. 1106.
[4] Hoc instrumentum bis exaratum est in eadem membrana, n. 513, ut in chartis partitis moris erat.

Noscant presentes et futuri quod ego, Petrus Bermundi, dominus de Salve, consilio et auctoritate domini Bernardi de Andusia, avi mei, et consiliatorum meorum preveniente,.... jure acapiti trado et concedo tibi, Guidoni de Mandagoto, priori et rectori ecclesie Sancti Petri de Vicano, et per te ipsi ecclesie, videlicet quicquid juris habeo et habere debere videor in territorio quod dicitur de Morese, quod est in parrochia Sancti Petri de Vicano, et confrontatur, ab una parte, cum honore Sancti Petri predicti, et attinet *etc.* [1]; et expressim decem solidos melgoriensium, quos singulis annis censuales in dicto territorio habeo, jure acapiti, tibi, ipsi Guidoni, et per te dicte ecclesie dono et concedo. Et si tu vel dicta ecclesia in parte vel in toto dictum territorium ad emphiteosim dare vel concedere volueritis, sine meo et successorum meorum laudimio, hoc facere liceat vobis. Sed in dicto contractu michi et successoribus meis superius dominium et sanguinis firmantias et criminum, que criminaliter debent vel possunt intelligi, et eorumdem cognitionem et punitionem retineo. Et, si minarie vel argenti fodinaria in dicto territorio inventa fuerint, in ipsis et argenti fodinis vel argenteriis firmantias et decimam similiter michi et sucessoribus meis retineo; sed decimam decimarum ad te, dictum Guidonem, et per te ad dictam ecclesiam perpetuo spectare volo. Pro supradictorum vero acapito habui et accepi a te, prefato Guidone, mille et trecentos solidos melgoriensium, *etc.* Singulis vero annis, michi et successoribus meis, pro supradictorum annuo canone sive servitio, solam libram piperis dicta ecclesia dabit et persolvet; sed pro cessatione annui canonis supradicta non cadent in commissum, nisi dicta ecclesia commonita ipsum censum contumaciter retinuerit.... Item ego dictus dominus Petrus Bermundi confiteor sollempniter et recognosco tibi, dicto Guidoni, dictam ecclesiam habere et semper habere debuisse in nemoribus dicti territorii de Morese jura aligandi et suorum pascua porcorum.

Acta sunt hec omnia apud Vicanum, infra claustrum, in camera prioris que est juxta januam, presentibus et consentientibus consilia-

[1] Ut sup., II, 457, n. 1000.

toribus domini Petri Bermundi, scilicet domino B. de Andusia, avo suo, et domino Marchisio, monacho, filio ejusdem domini B. de Andusia, Guillelmo de Legaz, priore de Tornaco, Bertrando de Barre, Fredolo de Rupe, Rai. de Incenobrio, qui his omnibus et singulis supradictis consensum prebuerunt et eadem omnia et singula fieri voluerunt, videntibus etiam et ad hec specialiter convocatis testibus et rogatis Pontio de Fisco, tocius terre d'Arisde a domino P. Bermundo constituto vicario, Rai. de Mandagoto, Rai. Brunencco capellano, Arnaldo de Salve monacho, R. de Bardone sacrista, G. Broia capellano, Brolleto sacerdote, Albarico sacerdote, W. Rubeo, Geraldo Arcole de Solerio, et Berengario filio ejus, Rai. Frotardo, Petro Bertrando, Petro Bastida, W. de Bosco, R. Vitali et W. ejus nepote, Petro de Calmels, Berengario Lamberto, Bernardo Arcole, G. fratre ejus, Bernardo Mernle, Petro Gasc, W. Bertrandi de Rocadu et Bertrando et Rocaduno, filiis ejus, presentibus etiam quam pluribus aliis viris quorum nomina subticentur. Et ego Arnaldus, publicus Arisdensis notarius, his omnibus et singulis supradictis interfui, et, mandato utriusque partis, hanc cartam scripsi et subscripsi. Et ipse, mandato dicti domini P. Bermundi, bulle sue[1] munimine roboravit.

1120[2].

(Ed., cum nonnullis discrepantiis, apud Belsunce, *Antiq. de l'egl. de Marseille*, II, 93.)

14 jan. 1224. In nomine Domini. Anno ab incarnatione ejusdem millesimo ducentesimo vicesimo tercio, decimo nono kalendas febroarii, circa horam diei primam, indicione undecima, regnante domino Frederico secundo, felicissimo Romanorum imperatore, semper augusto.

Notum sit presentibus et futuris quod nos, videlicet Petrus Boniaudus, et Fulco de Nercio, et Johannes de Bucco, et Robertus de Vienna, cives Massilienses, scilicet ejus partis civitatis que episcopalis et ecclesie publice appellatur, per nos ipsos omnes et quisque per se

[1] Appensæ bullæ vestigia nulla chivo Massiliensis ecclesiæ, non autem Sancti
[2] Ex autogr., n. 275, quod olim in ar- Victoris, asservatum erat.

et per omnes et singulos homines seu cives et habitatores, presentes et futuros, et per nostros et ipsorum omnium et singulorum successores, et per totam universitatem predicte partis civitatis seu ejusdem totum populum, ipso populo seu ipsa universitate hic simul congregata et constituta et presente et expressim consentiente et specialiter ac nominatim mandante, ac propter hoc prius cum precone ac buzina per ipsam predictam partem civitatis ut ad colloquium venirent primitus convocata seu populo convocato, bona fide ac sine dolo et absque omni machinatione et fraude recognoscentes et confitentes nos et predictam totam partem civitatis, intus et extra, per totum ejusdem territorium et totam prefatam universitatem seu populum supradictum et ejusdem populi seu dicte universitatis singulos homines, vobis, domino Petro[1], Dei gratia episcopo Massiliensi, recipienti pro vobis et pro ecclesia Massiliensi et pro successoribus vestris et ejusdem ecclesie, esse sub vestra et de vestra et ecclesie Massiliensis temporali dominatione ac jurisdictione temporali, et nos ac predecessores nostros et ipsorum et predicte partis civitatis universitatem seu populum precedentem fuisse sub vestra et de vestra et ecclesie Massiliensis et antecessorum vestrorum et ipsius ecclesie antecessorum dominatione ac jurisdictione temporali, ab antiquissimis temporibus, in tantum quod ejusdem principii memoria non existit, recognoscimus et confitemur publice, coram Deo et vobis et toto populo, nos et omnes alios qui in hoc nobiscum convenerunt seu consenserunt, ipsorum consentientium etiam nomine et mandato (non enim omnes de predicta parte civitatis consenserant illi facto), videlicet injuste ac male, et nostra temeraria propria auctoritate ac per violentiam occupasse et usurpasse predictam vestram et ecclesie Massiliensis jurisdictionem, et attemptasse nos velle habere inter nos consulatum seu nos consules esse velle, et habere super nos alium in potestatem seu nos subtrahere conari aut velle aliquo modo de predicta vestra et ecclesie Massiliensis jurisdictione, et in hiis graviter nos peccasse seu graviter nos errasse. Propter quod illi consulatui et cuicumque consimili im perpetuum renunciamus, pro-

[1] Petrus de Montelauri, 1214-1229.

mittentes per stipulationem vobis, domine episcope supradicte, recipienti pro vobis et pro tota ecclesia Massiliensi et pro vestris et ecclesie Massiliensis im perpetuum successoribus, per nos omnes et singulos supradictos et per totum populum prefatum et per totam supradictam universitatem, presente ipso populo seu presente ipsa universitate et expressim consentiente et specialiter ac nominatim mandante, et per nostros et nostrorum omnium et singulorum predictorum successores, quod ullo umquam tempore aut loco de cetero non attemptabimus inire vel facere consulatum, nec aliquam conjurationem, nec aliquam conspirationem, nec aliquam confratriam, nec aliquod votum inter nos vel cum hominibus inferioris partis civitatis Massilie, que vicecomitalis publice appellatur, vel cum aliis quibuscumque hominibus, infra civitatem Massiliensem vel extra civitatem Massiliensem constitutis, hoc est dicere cum Massiliensibus hominibus vel cum aliis quibuscumque civibus vel populis seu gentibus aut hominibus quibuscumque et cujuscumque generis. Postremo nullam omnino pactionem, nullam razam, nullam confederationem contra vos seu contra ecclesiam Massiliensem vel contra successores vestros vel ecclesie Massiliensis seu contra dominationem et jurisdictionem vestram et ecclesie Massiliensis supradictam, sub aliquo de predictis nominibus sive modis aut sub aliquo quocumque nomine sive modo qui dici vel excogitari valeat in futurum, singuli singulos de tota universitate predicta ab omni voto et omni obligatione et ab omni vinculo sacramenti, quodcumque de predictis hucusque fecerimus, invicem absolventes, faciemus aut cuicumque facienti aut quibuscumque facientibus consentiemus; immo fideles et devoti homines nos et nostri successores im perpetuum subjecti et subditi vobis et ecclesie Massiliensi ac vestris successoribus et dominationi ac jurisdictioni sepe dicte permanebimus, perseverabimus, existemus, recognoscentes et confitentes quod dudum ante, aliis vicibus, juravimus vobis fidelitatem, renunciantes omni juri scripto et non scripto, competenti et competituro, per quod contra predicta vel contra aliquid de predictis venire possemus aut aliquid infringere de predictis. Et ita per omnes nos predictos et singulos, predicta universitate ac populo expressim mandante, in animas nostras et eorum omnium singulorum et

universorum juramus super sancta Dei euvangelia a nobis predictis Petro Boniaudo, et Fulcone de Nercio, et Johanne de Bucco, et Roberto de Vienna, corporaliter manu tacta in perpetuum attendere ac fidelissime observare, mandantes de predictis unum vel plura publica fieri instrumenta.

Actum Massilie, in curia episcopali, in publico parlamento, ante lapidem sculptum in forma leonis, in presentia predicte universitatis et in presentia et testimonio magistri Johannis Bausani archidiaconi, magistri Berengarii precentoris, Hugonis de Burgo juvenis, Guillelmi Ancelmi, Bonaventure, Bertrandi Beroardi, canonicorum Massiliensium, Hugonis Rostagni, Gaufridi Rostagni, R. de Massilia, Petri Bonifacii, Raimundi Amelii, Hugonis Bonifacii, fratrum, Bertrandi Beroardi, Guillelmi de Cerveriis, Guillelmi Ganfridi, R. Ruffi, Guillelmi Martini, Bertrandi Martini, fratrum, Fulconis Rainaldi, Guillelmi de Salada, Raimundi de Podio Abono, Guillelmi de Massilia, Bertrandi Hugoleni, Petri Ymberti, Petri Fulconis, Gaufridi Boscarla, Marquesii Albignose, Hugonis Raimundi Albignose, fratrum, Hugonis Bonifacii parvi, Fulconis de Sancto Antonino, Bernardi clerici, Rostagni Dalmacii, Rastelli, Bertrandi Dalmacii, Guillelmi Datil, Guigonis Bonpar de Auriolo, Aicardi Enguilrandi, Hugonis Jaumari, Fulconis Beroardi, Arnaldi Roche, R. de Luzueg, R. Gasqui, Guillelmi Pelliparii, Petri Segnerii, Bertrandi Pelliparii, Guillelmi Raimundi Abelie, Bertrandi Lautaudi, Sestaironi de Annonaria, Bertrandi Massiliensis, Rostagni Rebol, Petri Johannis, Petri Guillelmi Escaudi, R. Garnerii, Catalani Fabri, Petri Ferrerii, Bausani Parvi, Duranti Bausani, fratrum, Aimerici Grassi, Bertrandi Ligosta, Rainaldi Raimbaudi, Poncii Raimbaldi, Poncii Arabit, Guillelmi Sardi, R. de Sancto Cannato, Guillelmi Sabbaterii, Bertrandi Fornerii, Jacobi Pictavini macellarii, Virginlii macellarii, Petri Multonis macellarii, Porcelli macellarii, Guillelmi de Remolis, Jacobi Guillelmi, Fulconis Boscarle, Petri Bartholomei, R. Bartholomei, Paschalis, Nicholai Fabri, R. de Sancto Egidio, Bertrandi Benedicti, Willelmi Benedicti, Johannis de Riegz, Hugonis Rollandi, Petri Laurentii, Johannis Laurentii, Ganfridi Frenerii, R. Frenerii, fratrum, Guillelmi Rainaldi, R. Nevolonc, Gaufridi de

Lunello et Giraudi de Jherusalem et plurium aliorum, et mei Gauterii, scriptoris publici Massilie et imperialis aule notarii, qui, mandato domini dicti episcopi et ipsorum quatuor et tocius eciam dicte universitatis, hoc instrumentum scripsi et signo meo signavi. Et dominus episcopus supradictus precepit hanc cartam sua bulla plumbea communiri [1].

1121 [2].

28 mai. 1225. Borgondionus, dominus Tritis et castri de Oleriis, Lauriguæ cuidam concedit quidquid juris in Lauriguam ipsiusque res, tam mobiles quam immobiles, habebat. Hæc donatio fuit facta in ecclesia Beatæ Mariæ, in castro de Oleriis. Quam donationem domina Mabilia, uxor Borgondioni, ratam habuit, in porticu castri de Oleriis. Dicta etiam Mabilia confirmavit quidquid Borgondionus concesserat Peregrino, priori Sancti Maximini.

Anno ab incarnatione Domini M° CC° XX° V, V kalendas junii.

1122 [3].

16 aug. 1233. Charta qua, a. 123[3] [4], indictione 6, 17 kalendas septembris, Johannes Maimfre Johanni de Fuillaquerio, elemosinario Sancti Victoris, vendit quamdam peciam terræ, in Campo Majori, in tenemento Albanie sitam, pretio centum solidorum regalium coronatorum.

1123 [5].

26 sept. 1233. In nomine Domini. Amen. Anno incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo tricesimo tercio, indictione septima, sexto kalendas octobris.

Per hanc scripturam publicam cunctis clareat audientibus quod ego Hugo Vivaudus, filius quondam Raimundi Vivaudi,... vendo et perfecte venditionis titulo trado vel quasi trado et cedo tibi Petro Guillelmo, monaco [6] et elemosinario domus elemosine monasterii Sancti Victoris Massiliensis, ementi nomine dicte domus et pro ea et ad ejus

[1] Dependet bulla plumbea, cujus pars altera episcopum benedicentem, cum hac inscriptione: S. P. D'I. GRA. EPI. MASSILIE, exhibet; altera vero, turritæ civitatis mœnia, circum exaratis his litteris: CIVITAS MASSILIE.

[2] Ex autogr., n. 306.

[3] Ex autogr., n. 13.

[4] Locus vetustate corrosus.

[5] Ex autogr., n. 14.

[6] Sic.

utilitatem et proficuum, tres pecias terre quas ego habeo in territorio Albanie, in loco qui vulgariter appellatur Camp Major...; precio videlicet centum librarum regalium coronatorum, cujus monete quinquaginta octo solidi valent nunc unam marcham argenti fini, *etc.*

Actum Massilie, in domo Templi, sub porticu ejusdem ecclesie domus. Testes ad hec fuerunt vocati et rogati : magister Giraudus Arnaudi jurisperitus, magister Martinus jurisperitus, Bertrandus Bausani, Guitelmus de Mari, Virgilius Campsor, Poncius de Villa Majori, Bona Via Manto. Et ego Bertrandus Augerius, publicus Massilie notarius, qui, utriusque partis rogatu, hanc cartam inde scripsi et signo meo signavi.

1124 [1].

In nomine Domini. Anno incarnacionis ejusdem millesimo ducentesimo tricesimo sexto, indiccione decima, quarto idus novembris, regnante felicissimo domino Frederico, Romanorum imperatore, semper augusto. 10 nov. 1236.

Pateat cunctis hominibus, presentibus et futuris, quod dominus Rostagnus de Podio Alto, vicarius Massiliensis pro illustri domino R.[2], Dei gratia comite Tholose, marchione Provincie et domino Massilie, nomine dicti domini comitis et comunis Massilie et pro eis, finivit atque desamparavit et remisit Gaufrido Garino, baiulo domus helemosine Massilie, recipienti nomine dicte domus et pro ea, viridarium et terram, quod et quam Guillelmus de Monte Olivo quondam reliquid dicte domui, in sua ultima voluntate, omnemque peticionem et demandum, quam et quod dictus dominus vicarius, pro dicto domino comite et pro comuni Massilie, facere posset in ipso viridario et terra, ea scilicet occasione quia fuit dicti Guillelmi de Monte Olivo, mascharati, cujus et aliorum mascharatorum bona publicata fuerunt et ad comune Massilie et dictum dominum comitem pro eo applicata, cedendo ac remittendo dicto Gaufrido Garino, nomine dicte domus et

[1] Ex autogr., n. 280.

[2] Raimundus VII

pro ea, quicquid juris ipse dominus vicarius habet vel dictum comune seu predictus dominus comes in dicto viridario et terra. Quod viridarium et terra confrontatur, ab una parte, cum honore liberorum quondam Blaquerie de Monte Olivo, et, ab alia parte, cum besali quo tendit aqua ad molendinum Gibelini, et, ab alia, cum matre Ybelne. Et predicta fecit dictus dominus vicarius, salvo tamen jure omnium aliarum personarum.

Actum in domo palacii Massiliensis, in presencia et testimonio Bertrandi de Rullis, Andree de Hoperatorio, canonici de Bellicadro, Guillelmi de Rocha Folio, Arcii Currerii, et mei Guillelmi Ymberti, notarii judicis ordinarii et publici tabellionis imperii, qui, mandato dicti domini vicarii, hanc publicam cartam scripsi et signum meum apposui, et, ad majorem precedentium firmitatem, sigillo tam dicti domini comitis quam communis Massilie sigillavi.

1125 [1].

26 mart. 1237. In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Anno incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo tricesimo sexto, septimo kalendas aprilis, indictione decima, regnante serenissimo ac excellentissimo domino Frede[r]ico secundo, Romanorum imperatore et semper augusto, Jherusalem et Cicilie rege.

.... Ego Gisbertus de Baucio, dominus Albanie,... confirmo tibi, Gaufrido Garino, baiulo domus helemosine apud Massiliam constitute, ...venditionem seu permutationem trium peciarum terre, sitarum in territorio quod Campus Major vulgariter nuncupatur, quas tres pecias dicte terre tibi dicto Gaufrido Garino, recipienti nomine dicte domus et pro ea, venditurus seu permutaturus est Aicardus del Barri...; eximens etiam et absolvens dictas terras ab omni jugo tam directi dominii quam alterius segnorie, quod vel quam in dictis terris, occasione laudimii seu trezeni vel alterius cujuslibet modi, usque in hodiernam

[1] Ex autogr., n. 15.

diem videor habuisse... Et confiteor me habuisse a te, nomine laudimii seu trezeni, XII libras regalium coronatorum, renuncians, *etc.*

Actum apud Albaniam, ante castellum dicti Gisberti, supra quandam terraciam, in presentia et testimonio testium infra scriptorum, ad hoc specialiter vocatorum, scilicet R. d'Eula, R. Rainaudi, Aicardi Scoferii, Berengarii de Cavillione, Dalmatii de Bolbone, Guillelmi Scofierii, Hugonis Michaelis, R. de Alansone, et mei Poncii Guillelmi, publici notarii Massilie, qui, mandato dicti Gaufridi Garini et dicti domini Gisberti, hec scripsi et meo signaculo communivi.

1126 [1].

In nomine Domini. Anno incarnationis ejusdem millesimo CC°XLVII°, indictione quarta, X kalendas septembris. Sit notum cunctis, presentibus et futuris, quod ego frater Petrus Ruphus, ospitalerius [2] ospitalis Sancti Johannis Babtiste,... vendo.... tibi, domino Rocelyno, helemosinario domus helemosine Massilie,... quandam terram meam, cum omnibus suis juribus et pertinentiis, quam habeo et teneo sub seheneoria et dominio dicte domus helemosine; que terra est in territorio Albanie, ubi dicitur apud Linerias..., precio silicet sex librarum francarum regalium coronatorum, *etc.* 23 aug. 1247.

Actum fuit hoc ante ecclesiam Sancti Ferreoli Massiliensis, in presentia et testimonio R. d'Eura, Hugonis de Aculia, Bertrandi de Bauceto, Pontii Johannis, et mei Bernardi de Cezeresta, publici Massilie et castri Albanie notarii, qui, mandato et rogatu partium, hanc cartam scripsi et signo meo signavi. — B. d. C.

[1] Ex autogr., n. 16.

[2] Sic.

1127[1].

15 apr. 1247. Instrumentum quo Audebertus de Roca Vaira et Hugo de Auriolo, fratres, domini castri de Roca Vaira, recognoscunt jura ad monasterium Sancti Pontii, sive ad ecclesiam Sancti Vincentii, in territorio dicti castri spectantia. Monasterio Sancti Poncii tunc præerat domina Nicolaa abbatissa.

Anno incarnati Verbi millesimo ducentesimo kadragesimo septimo, scilicet septimo decimo kalendas madii, indicicne quinta.

1128[2].

Carta Sancti Petri Achais.

21 et 29 jan. 1250. Draconetus, dominus Montis Albani, confirmat quæcumque Arnaudus, prior Sancti Petri Achais, ejusque antecessores nomine dictæ ecclesiæ tenuerant, excepta tamen terra quæ Crosus Sancti Romani appellatur. « Pro hujusmodi laudismio et concensu[3], » dictus Draconetus habuit a prædicto priore ccc solidos viennensium nigrorum.

Anno Domini M CC XL IX, XII kalendas febroarii.

.... Testes ad hoc vocati et rogati fuerunt : Hugo de Monte Bruno, Hugo de Bello Monte, milites; Buxeria, preceptor domus Belli Loci, Petrus, clericus capellanus Sancti Albani, Marinus, capellanus de Rioms, Poncius Vitalis, Bertrandus Vitalis, Johannes Clemens, Johannes Pelencs, Petrus Auraudi, R. Maurelli, Martinus Maurelli, Guillelmus Chais; et ego Johannes Gaanha, notarius domini Draconeti, qui huic facto presens interfui, et mandato parcium presentem cartam scripsi et signo meo signavi. Actum apud Montem Grarsum, in area Raimundi Gandalberti. Et, ad majorem firmitatem predictorum, nos predictus Draconetus presentem cartam fecimus bulle nostre munimine comuniri.

Item[4], eodem anno quo supra, videlicet III kalendas febroarii, ego Petrus dictus Rascaz, notarius publicus domini Draconeti Montis

[1] Ex autogr., n. 372.
[2] Ex autogr., n. 307.
[3] Sic.
[4] Quæ sequuntur altera manu scripta sunt.

Albani, mandato ejusdem interveniente, ad majorem hujus instrumenti firmitatem, hanc cartam cum bulla ejusdem bullavi et meo signo proprio in fine signavi[1].

1129[2].

Rocelinus, abbas Sancti Victoris, componit lites inter Ugonem Gaufridum et popu- 2 mart. 1250.
lum Kaderiæ ortas, occasione cujusdam bosquæ, « quæ est in territorio castri de Kaderia, sub dominio et segnoria domus Sancti Damiany, in qua bosqua consueti sunt homines dicti castri Kaderie (ut ipsi contendunt), semper habere ibi introitum et exitum et passagium, cum animalibus et averis suis, et ibi pacere[3] et pascua habere quandocumque volebant, et ligna colligere et carbonum facere, et rumpere in dicta bosqua et rumpitas facere illi qui habent terras ibidem. » Asserebat autem dictus Ugo hanc bosquam « esse suum defensum proprium et suam deffensionem. »

Anno incarnationis millesimo cc° quadragesimo nono, sexto nonas marcii.

1130[4].

Limitationes terre Gresaque et terre de Afuello.

Anno Domini M° cc° L° octavo, XI kalendas marcii. Notum sit cunctis, 19 febr. 1259.
presentibus et futuris, quod domini de Affuello, silicet[5] dominus Hugo, sacrista, et Hugo de Affuello, miles, et dominus Roca et dominus Bertrandus Pelagallus, milites, et Raimundus Berengarius, domicellus, nomine suo et nomine domini Petri de Roveria, fratris sui, et nomine domine Sanche, tutricis liberorum suorum, silicet Ermenguaveti et Bertrandeti, filiorum condam domini Bertrandi de Merolio, fratris dicti Raimundi, et Raimundus Sabaterius, baiulus domini Rostagni Alfanti, et Petrus Gifredus, baiulus domini Guillelmi de Ornono, domini et baiuli de Affuello, ex una parte; et frater Sicardus, comandator domus elemosine Sancti Victoris Massiliensis, et frater Fachetus, sindicus ejusdem elemosine, et frater Bertrandus, comandator domus

[1] Dependet bulla plumbea, duorum, ut videtur, draconum imagine utrinque insculpta, circum exaratis his litteris : S. DRACONETI MONTIS ALBANI.

[2] Ex autogr. mutilo, n. 93.

[3] Sic.

[4] Ex autogr., n. 129.

[5] Sic.

de Gresasca, et frater Raimundus Garinus, comandator de Sosquerias, ex altera; concorditer compromiserunt in dominum Gaufridum de Solobiis, militem, super divisione et terminatione territorium de Gresasca et de Affuello facienda, ita quod dictus dominus Gaufridus possit ponere terminos dicta territoria dividentes, prout novit dicta territoria et voluerit et poterit, cum Hugone Laugerio et Petro Raimundo et Amalrico, fratre elemosine, invenire, *etc.;* sub pena centum librarum turonensium a parte parti stipulata et promissa...; et fuit stipulata et promissa sive concessa dicta pena ab omnibus supradictis Danieli, clavario Aqensis curie, ibi presenti, nomine Aqensis curie; promittentes, *etc.* Actum in camino publico quo itur a castro de Affuello versus Massiliam, super fonte d'Aurimia. Testes fuerunt : Raimundus Audebertus, Christianus, Raimundus Olivarius, Guillelmus Aibelinus, Petrus Esmiso, Hugo Guillelmus, Raimundus Lauraudus, Fulco Audebertus, Poncius Arribaudus, Rostagnus Inardus de Aquis, Petrus Balbus, Olivarius de Aquis, Niellus, Petrus de Rot, Rainaudus de Sancto Saturnino, Robinus, cursor curie Aqensis, Daniel clav[a]rius.

Post hec, eodem die quo supra, quasi in continenti, predictus dominus Gaufridus, cum consilio concordi et voluntate predictorum trium per ipsum electorum, posuit terminos dividentes dictum territorium de Affuello et de Gresasca, et ipsi cum eo. Et posuerunt primum terminum lapideum aput Sambolas, in quodam monte, et de[s]cendit per vallonum de Sambolas usque ad caminum Massilie, ubi est alius terminus; et postea per caminum Massilie usque ad fos d'Aurimia, ubi est quidam terminus vetus, et ab illo termino usque ad riale ubi conjunguntur duo rivi, et a rivo protenditur usque ad vineam Guillelmi de Affuello et ab illa vinea usque ad terram Giraudi Marcel, usque ad summum inferius; et postea dividitur cum deffenso sacriste usque ad terram Petri Esmiso, et ab illo usque ad terram Martinorum, et ab illo usque ad terras dels Gavares, et ab illo usque ad terram Petri Raimundi Basterii, per riale, et ab illo usque ad terram Martinorum de Aquis, et postea per riale quoddam usque ad collam d'Amendolerias, in qua colla dividitur territorium de Affuello et de Gresasca et de Gardana. In predictis autem locis omnibus supra nominatis posuerunt

terminos lapideos, dividentes predicta territoria, et inter predictos terminos nominatos sunt multi alii termini lapidei qui non sunt hic nominati. Actum in quadam terra de Gresasca, super vallono de Petarico, versus meridiem. Testes fuerunt omnes supradicti testes. Et ego magister Guillelmus, notarius publicus comitatus Provincie et Forcalcherii, pro illustri domino K.[1], Dei gratia comite comitatuum predictorum, et etiam notarius Aqensis curie, omnibus supradictis interfui, qui, mandato et rogatu omnium supradictorum, hanc cartam publicam scripsi et signo meo signavi. — G. III libras.

1131 [2].

In nomine Domini amen. Dudum sanctissimus in Christo pater et dominus noster, dominus Benedictus[3], divina providentia papa duodecimus, nos Girbertum, Sancti Victoris Massiliensis, et Raimundum, Montis Majoris, ordinis Sancti Benedicti, Arelatensis diocesis, monasteriorum abbates, per suas litteras, ejus vera bulla munitas, deputavit, nobisque, inter alia in eisdem litteris contenta, auctoritate apostolica commisit et districtius injunxit ut ad monasteria et alia loca conventualia ejusdem ordinis, infra provincias Viennensem, Arelatensem, Aquensem et Ebredunensem existentia, conventim et divisim per diversas partes, prout ad invicem conveniremus, personaliter accedentes[4], de ipsorum necnon membrorum suorum facultatibus ac quot monachi esse consueverint in eisdem, quot etiam de dictis facultatibus, incumbentibus eis supportatis oneribus, commode valeant sustentari, diligenter inquirere, ipsum etiam de premissis, per diligentem et plenariam relationem, informare curaremus. Insuper certos et perpetuos redditus pro pensionibus magistris seu instructoribus ac monachis mittendis ad studia, necnon pro suppletione officiorum et administrationum insufficientium, assignandi, secundum formam et modum qui in ordinationibus in dicto ordine per ipsum dominum papam salubriter editis exprimuntur, plenam atque liberam nobis concessit po- 17 sept. 1337.

[1] Carolus, frater sancti Ludovici.
[2] Ex schedis d. Le Fournier.
[3] Benedictus XII.
[4] Cod. *attendentes*.

testatem, per suas litteras apostolicas supradictas, quarum tenor talis est :

13 dec. 1336. « Benedictus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Girberto, Sancti Victoris, et Raimundo, Montis Majoris, ordinis Sancti Benedicti, Arelatensis diocesis, monasteriorum abbatibus, salutem et apostolicam benedictionem. Paterne considerationis aciem ad salubrem statum ordinis seu religionis monachorum nigrorum attentius dirigentes, pro salute et prosperitate ipsorum, post habita[1] deliberatione matura, nonnulla statuta edidimus et ordinationes fecimus, que volumus et mandavimus in eodem ordine seu religione perpetuis futuris temporibus observari. Et, quia in eisdem statutis et ordinationibus inter alia duxerimus statuendum quod in ordine seu religione prefata, in singulis provinciis per nos in ipsis ordinationibus noviter statutis et etiam designatis, fiat de triennio in triennium provinciale capitulum abbatum et priorum monasteriorum abbates proprios non habentium, et etiam priorum cathedralium ecclesiarum ordinis et religionis ipsius seu aliorum majorum in ipsis ecclesiis existentium post antistites earumdem, apud unum de monasteriis ejusdem ordinis ad hoc aptum vel, si hoc fieri non posset, apud alium locum ad hoc congruum et securum, de quo monasterio, sacro loco et die primi capituli hujusmodi celebrandi et aliis ad id oportune facientibus haberent[2] qui super hoc per sedem apostolicam forent deputati, prout in dictis ordinationibus plenius continetur, ut hoc executioni debite demandaretur; vos.... ad exequenda premissa et alia infrascripta, in Viennensi, Arelatensi, Aquensi et Ebredunensi provinciis, quas, quoad celebrandum nunc et in posterum hujusmodi provinciale capitulum, pro una voluimus et statuimus reputari provincia, tenore presentium deputantes, discretioni vestre auctoritate apostolica conjunctim districtius injungimus ut, pro celebrando hac prima vice hujusmodi capitulo in dicta provincia, per nos ut premittitur designata, aliquod monasterium ejusdem ordinis seu religionis ad hoc aptum, si in ea valeat reperiri, alioquin locum alium ad hoc congruum, securum et diem ad id etiam congruum

[1] Fort. corr. *prehabita*

[2] Rectius *caverent*.

cum continuatione dierum sequentium eligentes, abbates, priores et alios prenominatos ad hujusmodi capitulum convocare curetis...., per quem in ipso primo instanti capitulo missa solempniter celebrari sermoque convenientibus ad dictum capitulum fieri debeat, proinde ordinando; eodemque capitulo congregato, faciatis aliquas personas ydoneas per ipsum capitulum eligi, que primo capitulo presideant eaque faciant et adimpleant que juxta hujusmodi nostras vel alias acta sunt, per presidentes hujusmodi provincialibus capitulis facienda. Statuta quoque et ordinationes hujusmodi, que vobis et dicto capitulo sub bulla nostra transmittimus, in eodem capitulo publicetis ac legi et auscultari integraliter faciatis.... Statuta etiam in provincialibus seu communibus abbatum et priorum predictorum dictarum Viennensis, Arelatensis, Aquensis et Ebredunensis provinciarum vel alicujus earum capitulis olim facta, portari per eos qui illa habuerint ad prefatum primum capitulum, et ipsa per aliquos ab eodem capitulo deputandos examinari cum diligentia faciatis.... Deinde ad ecclesias cathedrales, monasteria et alia loca conventualia ejusdem ordinis seu religionis, infra eandem provinciam existentia, conjunctim vel divisim per diversas partes, prout ad invicem conveneritis, personaliter accedentes[1], de ipsorum necnon membrorum suorum facultatibus, ac quot monachi esse consueverunt in eisdem, quot etiam de dictis facultatibus, incumbentibus eis supportatis oneribus, commode valeant sustentari, diligenter inquiratis, nosque de premissis per diligentem et fidelem relationem plenarie informare curetis, ut, consideratis facultatibus et honeribus[2] supradictis, certum in eis monachorum numerum statuere valeamus. Insuper cunctos et perpetuos redditus pro pensionibus magistris seu instructoribus ac monachis mittendis ad studia, necnon pro suppletione officiorum et administrationum insuficientium assignandi[3], secundum formam et modum qui in eisdem ordinationibus exprimuntur; necnon, ut in exequendis premissis vos non contingat expensis propriis pregravari, pro diebus singulis quibus post predictum ca-

[1] Cod. *attendentes.*
[2] Cod. *hominibus.*
[3] Subaud. *vobis concedimus auctoritatem,* vel aliquid hujus modi.

pitulum celebratum in predicte executionis prosecutione fueritis, eundo, morando et redeundo, cuilibet vestrum, exigendi et recipiendi sexaginta turonenses argenti, dumtaxat ab ecclesiis, monasteriis aliisque locis predictis conventualibus et membris eorum.... Ceterum, quod[1] pro dictorum statutorum et ordinationum expeditione dilectos filios Bernardum de Genebreda, de Longavilla, et Johannem de Fisco, Sancti Pauli de Cadaionis, Cluniacensis et Sancti Benedicti ordinum, Rothomagensis et Vavrensis diocesum, prioratuum priores, in Romana curia prosecutores per alias nostras litteras duximus deputandos, et eis inter alia exigendi ab abbatibus, capitulis, prioribus et aliis administrationibus ejusdem ordinis seu religionis, de quibus videtur[2] eisdem, pro premissorum expeditione, certas pecuniarum summas et taxandi ac distribuendi inter dictas provincias, quantum videlicet quelibet provincia per nos distincta de expensis per eos in scriptis aut alias premissorum occasione factis solvere teneatur[3], et[4] liberam dedimus potestatem, volumus et mandamus ut, tam vos quam presidentes primo provinciali capitulo, ceterique abbates ejusdem provincie, taxationem per eos in ipsa vestra provincia impositam solvere et alias circa hec eorum mandatis devote et efficaciter parere curetis.

« Datum Avinione, idibus decembris, pontificatus nostri anno secundo. »

Presidentes etiam capituli provincialis dicti ordinis predictarum provinciarum et ipsum totum capitulum nuper anno presenti, de[5] mense maii, in prioratu Beate Marie de Manuasca, dicti ordinis, Cistaricensis diocesis, celebratum[6], nos prefatum Raymundum, dicti monasterii Montis Majoris abbatem, et visitatorem prefati monasterii Sancti Victoris pro presenti et immediate sequenti annis concorditer deputaverunt.

Congregati igitur nos prefati Girbertus et Raymundus, predictorum monasteriorum Sancti Victoris et Montis Majoris abbates, anno Domini millesimo ccc° tricesimo septimo, die decimo septimo mensis septembris, pontificatus dicti domini pape anno tertio, in prefato monasterio

[1] Fort. pro *quia*.
[2] Fort. corrig., *videbitur*.
[3] Cod. *teneantur*.
[4] Vox *et* abundat, nisi suppleas *plenam*.
[5] Sic.
[6] Cod. *celebratur*.

Sancti Victoris Massiliensis,.... de ipsius monasterii Sancti Victoris necnon membrorum suorum facultatibus et oneribus ac quot monachi esse consueverint[1] in eisdem, quot etiam de dictis facultatibus, incumbentibus eis supportandis oneribus, commode valeant sustentari, inquirere curavimus diligenter.

Et tandem per inquisitionem hujus modi invenimus quod dudum auctoritate apostolica fuit in eodem monasterio Sancti Victoris sexaginta monachorum numerus institutus. Sed paulatim post modum, presertim postquam sedes apostolica extitit citra montes, propter preces frequentes et importunas multorum et magnorum dominorum abbatibus dicti monasterii Sancti Victoris factas, predictus numerus fuit auctus et etiam aliquando, licet raro, in duplo et ultra. Ex quo accidit quod officium cellerarie dicti monasterii raro post augmentum hujus modi extitit sine gravamine debitorum. Ex tunc etiam cessavit quasi omnino reparatio dicti monasterii Sancti Victoris et hedificiorum[2] solemnium ejusdem monasterii et officiorum ipsius, exceptis edificiis sacristie, prout evidenter et notorie plurime ruine damnose et periculose hedificiorum et officiorum predictorum testantur, que tamen frequenti reparatione indigere noscuntur propter antiquitatem eorum et quia sepe a ventis et pluviis maritimis consumuntur. Remanserunt etiam et adhuc remanent vituperabiliter edificia ecclesie ac clausure ejusdem monasterii incompleta, cum tamen, situ ipsius monasterii et conditione patrie ac aliis circumstanciis diligenter pensatis, clausura magna, alta et forti ipsum monasterium, ad ejus et monachorum ipsius honestatem et tuitionem, indigere noscantur, sicut etiam multa exempla dampnosa et perniciosa aliquando monstrarent[3]. Propter monachorum insuper multitudinem supradictam, non potuerunt abbates vel officiales dicti monasterii nec adhuc possunt, loco vinearum dicte cellerarie dudum alienatarum, redditus alios emere, ymo, cum ante[4] alienationem hujusmodi vinum in magna quantitate per cellerarium dicti monasterii quolibet anno venderetur, postea tamen oportuit et

[1] Cod. *consueverunt*.
[2] Sic.
[3] Fort. corrig. *monstraruni*.
[4] Cod. *autem*.

adhuc oportet cellerarium annis singulis vina in magna quantitate emere et etiam frequenter in mutuo vina hujusmodi recipere, in magnum dicti monasterii et officii cellerarie ejusdem detrimentum. Insuper, cum olim jam dudum census in pecunia eidem officio presertim Massilie debiti in bono et utili valore monete regalium minutorum solverentur, per conditionem tamen et potentiam illorum qui tenentur ad solutionem ipsorum censuum et declamationem ac immutationem monetarum, sunt redditus censuum predictorum dicti officii cellerarie et aliorum officiorum ejusdem monasterii in tertia parte eorum et ultra evidenti notione minuti. Invenimus etiam per inquisitionem quod, a viginti quinque annis citra, ut communiter, fuerint in dicto monasterio Sancti Victoris a quatuor viginti usque ad centum monachi vel circa, inclusis in hujusmodi numero monachis illis qui in prioratibus et castris mense abbatis ejusdem monasterii morabantur. Rursus, per eandem inquisitionem[1] quod, solemnitate ipsius monasterii Sancti Victoris et multitudine membrorum ejusdem ac locorum eidem subjectorum necnon ordinationibus ac observationibus salubribus antiquorum et religiosorum ac devotorum fundatorum ejusdem monasterii, maxime circa divinum officium in ipso solemniter et laudabiliter impendendum, ac situ ejusdem monasterii et circum positarum ecclesiarum ipsius, in quibus oportet aliquos ex eisdem monachis presertim senes et emeritos cum aliis monachis eorum sociis[2], diligenter pensatis, considerato etiam quod circa regimen monasterii et officiorum ejusdem ac bonorum ipsorum et victu[m] et alia necessaria conventui et monachis ministranda et procuranda, et circa legendas et audiendas scientias primitivas, oportet plures ex monachis ejusdem monasterii occupari et sic divertere a divinorum in ecclesia ejusdem solemni et laudabili celebratione, et, propter occupationes hujusmodi, ipsos, ut communiter, ea celebrare privatim, et quia etiam, juxta domini pape prefati ordinationes, oportet sex ex monachis ejusdem monasterii ad studia destinare, et quia etiam multi ex monachis ejusdem monasterii infirmantur, frequenter non sufficeret sexagenarius monachorum nu-

[1] Subaud. *invenimus*.

[2] Suppl. *manere*

merus, olim auctoritate apostolica, ut premittitur, institutus, aut minor, quia sunt hodie octuaginta et sex monachorum et octo aliorum in prioratibus et castris mense abbatis et sex conversorum, unius[1] videlicet qui panem et vinum et aquam conventui portare tenetur, et alterius qui [cum] monacho porterio ad portam regularem moratur[2], ac duorum pro pistrino, et aliorum duorum pro coquina conventus, pro servitio quorum ac pro regimine ac necessitatibus ejusdem monasterii ac officiorum conventus, sunt in ipso monasterio et cellis et locis cellerarie quadraginta et sex seculares persone vel circa. Invenimus etiam per inquisitionem predictam quod, consideratis, *etc.*, aliquando occurreret tot quot proxime sunt premissi non posse[3] commode sustentari sine augmento et suppletione infra scriptis officiis ejusdem monasterii faciendis..... Per inquisitionem predictam etiam invenimus, [et] ex evidentia eorum apparet, quod domus, turres et alia hedificia, muri et clausure officiorum dicti monasterii, propter antiquitatem et vetustatem eorum, sunt adeo ventis et pluviis et aquis maritimis consumpta et perforata, quod, in pluribus partibus eorum[4] ruerunt et ruinam magnam periculosam et vituperabilem minantur et patiuntur.

Unde, die presenti, conventualiter ad sonum tabule.... monachis infrascriptis in dicto monasterio Sancti Victoris specialiter congregatis,..... et consilium nostri et eorumdem monachorum ac totius conventus prefati recedit[5], et consensus expressus nostri Girberti abbatis et totius predicti conventus accessit, videlicet quod fiere[n]t ordinationes, imposiciones et uniones infra scripte... :

Nos igitur.... ordinamus.... quod[que] paulatim hedifitia supradicta multipliciter et in pluribus partibus eorum corruunt, totaliter ac vituperabiliter collabuntur, sed paulatim et successive reparentur, et, pro reparatione ejus modi et facienda clausura prefata, cellerarius dicti monasterii .... teneatur perpetuo deinceps annis singulis, dum de augmento seu suppletione predictis gaudebit, in festo pasche seu resurrectionis Domini, infra ipsum monasterium poni[6] unam archam, tri-

[1] Cod. *unus*.
[2] Cod. *moretur*.
[3] Cod. *posset*.
[4] Cod. *earum*.
[5] Sic.
[6] Fort. corrig. *ponere in*.

bus diversis serris serratam, quarum unam teneat abbas vel unus monachus nomine suo, et aliam clavem monachus sive officialis aut administrator ejusdem monasterii quam major pars elegerit, clavem vero tertie ille monachus quem major pars monasterii ad hoc deputabit, quadringentos turonos boni, fini et puri argenti cum o rotundo[1], quorum turonensium argenti huju[s]modi duodecim valeant unum florenum auri puri de Florentia; quod si in futurum valor et pondus hujusmodi floreni de Florentia, vel[2] quorum turonensium argenti sexaginta valeant unam marcham boni, fini et puri argenti, secundum pondus marche civitatis Massilie, seu estimationem et valorem eorumdem; et helemosinarius dicti monasterii Sancti Victoris, trecentos similes turonos argenti...; et infirmarius dicti monasterii, similes ducentos turonos argenti...; et camerarius ejusdem monasterii alios similes ducentos turonos...; et sacrista ipsius monasterii, centum et sexaginta similes turonos argenti...; et armararius ejusdem monasterii, dum de infra scripta suppletione gaudebit, quatuor viginti similes turonos argenti, ad reparationem, renovationem et sustentationem hedificiorum, murorum et clausuram dictorum officiorum et armararii dicti monasterii, per[3] modum infra scriptum : videlicet quia hedifitia et muros[4] tenetur reparare vel sustinere dictus cellerarius seu celleraria dicti monasterii infra scripta *etc.*[5] : illa que sunt extra, videlicet apud Sanctum Genesium et locum de Sala, prius et quantocius opus erit reparentur, renoventur et sustine[a]ntur et reparata teneantur de quadringentis turonis argenti.... De predictis autem trecentis turonensis[6] argenti edificia dicte helemosinarie, intra septa monasterii et etiam extra, illa solum videlicet que sunt prope Sanctum Ferreolum constructa, debeant renovari et reparari. Et, de predictis turonis argenti de proventibus infirmarie deputandis, omnes domus et omnia edifitia ac omnes muri et clausure infirmarie dicti monasterii Sancti Victoris, que sunt infra septa illius, prout [protenduntur] murus et clausura a parte maris, et vinee que sunt prope ipsum monasterium; et incipiunt a pede tu[r]ris helemosinarie,

[1] Id est cum littera *o*.
[2] Hic nonnulla deesse videntur.
[3] Cod. *post*.
[4] Cod. *muri*
[5] Sic Cod.
[6] Sic.

et protenduntur versus infirmariam predictam, et continguntur cum coquina ejusdem infirmarie, qui murus de presenti minatur ruinam, una cum janua que est in capite vie eidem muro contigue qua itur de monasterio ad ipsam infirmariam, que janua de predictis turonis argenti debeat reparari, et prout a dicta coquina infirmarie domus et camere ejusdem et pavimenta earum protenduntur usque ad carieram vinearum, et prout ab angulo dicte cariere camere dicte infirmarie et muri et alia hedifitia ac pavimenta eorum protenduntur, per omnes alias tres partes, et includunt capellam Sancti Benedicti in uno angulo dicte infirmarie, circa cymiterium situatam, et etiam prout includunt domum seu refectoretum ipsius infirmarie in quo eduntur carnes, quod refectoretum de presenti magnam imminet ruinam et cujus capitis murus per medium est [s]cissus: que omnia pavimenta, tam superius quam subtus et in quibuscunque partibus eorum, ac janue, armaria, fenestre, serrature et claves, mense, scamna et lectrile dicti refectoreti, ac coquina ipsius, necnon claustra ipsius infirmarie, pile, columne, tectum ejusdem claustri, ac latrine et alia ad predicta hedifitia pertinentia vel necessaria sunt vel erunt, a pavimento usque ad viginti palmos in altum, de predictis turonis ducentis argenti debeant fieri, renovari et reparari, et ab hujusmodi oneribus sit deinceps perpetuo sacrista ipsius monasterii, qui antea ad predicta omnia pro majori parte tenebatur seu dicebatur teneri, omnino liberatus et relevatus, cum ejusdem sacristie facultates sint a longis citra temporibus plurimum diminute. De predictis vero centum sexaginta turonis argenti de proventibus dicte sacristie debeant bene et sufficienter teneri cooperta tecta et pavimenta ecclesie dicti monasterii, tam antique quam nove, eidem antiquitus conjuncte, ac capituli, refectorii, dormitorii et claustri et lavatorii ac totum lavatorium ipsius sustineri necnon tectum et parietes armararii, et camere crotate ac pavimentate, in qua consueverunt monachi radi, ecclesie antique et contigue, et locus in quo fit quotidie mandatum, renovari ac reparari et sustineri. Pavimenta tectorum seu coopertarum[1] predictorum edifitiorum et eisdem

[1] Fort. corrig. *cooperturarum*.

adherentium ac vie meatus aquarum, necnon pavimenta soli seu fundamenti ecclesie antique et refectorii et alia pavimenta, si qua superius vel subtus sint vel fiant pro tempore, in antiqua vel nova ecclesia, vel capitulo, claustro, dormitorio, *etc.*[1] Debea[n]t etiam de predicta summa janue et fenestre et serrate claves in dictis offitiis fieri et renovari, ac etiam scamna seu sedes claustri et capituli dicti monasterii. De predictis vero ducentis turonis argenti de proventibus offitii camerarie deputatis debeant renovari turris domus dicte camerarie ac muri ejusdem contigui; que turris et muri turpem et periculosam ruinam minantur, et deinde ecclesia Beate Marie de Paradiso prope dictum monasterium, ad dictam cameriariam pertinens, cujus hedifitia quasi totaliter sunt collapsa. De predictis autem quatuor viginti turonis argenti de proventibus offitii armararii deputatis, teneatur armararium librorum dicti monasterii, et janue et serrature et claves ipsius et postes, ac archie et coffini, pro privilegiis et instrumentis dicti monasterii et etiam libris tenendis et custodiendis necessarie, et facere et renovare serraturas et claves, et libri ipsius ecclesiastici et alii sufficienter ligati et cooperti, et ligatori et coopertori satisfieri, ac emi et haberi pergamena et papirus que pro inquestis faciendis et correctionibus monachorum necessaria et pro litteris per conventum mittendis necessaria erunt, et reparari et sustineri quatuor tabularia in capitulo dicti monasterii ad tenendum libros necessaria, et tabule ac graffia ad scribendum breviaria necessaria....

Sane, circa suppletionem defectus predictorum offitiorum, nos prefati abbates, una cum conventu dicti monasterii Sancti Victoris, cogitavimus, tractatum ac deliberationem, ut premissum est, habuimus diligenter et inter cetera attendimus, ad predictam diminutionem reddituum, censuum, pensionum dicte cellerarie, que accidit ex predicta declinatione et i[m]mutatione monete et ex malitia et potentia non solventium predictorum, advertimus ad maximam diminutionem reddituum pecuniarum proveniente[2] ex eo quia laudimia seu tresena dicte cellerarie quasi ad nihilum sunt redacta.

[1] Sic in Cod.

[2] Leg. *provenientem*.

Advertimus insuper.... quod, secundum consuetudinem ipsius monasterii, quilibet monachus qui graviter infirmatur, ultra predictas personas seculares, debet habere unum secularem servitorem vel plures, si pluribus indigeret, quibus cellerarius debet providere de pane, vino et mercede seu salario, et visum est aliquando quod in eodem monasterio erant similiter et eodem tempore quadraginta monachi vel circa infirmi.

E[s]t etiam exposita dicta celeraria fortune temporis vacationis ipsius monasterii, quo tempore consueverunt consumi[1]..., sicut olim accidit in ipso monasterio post obitum bone memorie domini Raimundi Lordeti, quondam ejusdem monasterii Sancti Victoris abbatis. Est etiam exposita fortune durationis multorum dierum capituli generalis ipsius monasterii..., sicut accidit tempore bone memorie domini Guillelmi de Sabrano, quondam abbatis monasterii supradicti, *etc.*

Est etiam exposita celleraria predicta fortunis regum, principum ac reginarum, ad ipsum monasterium declinantium, ac cardinalium ac legatorum et nuntiorum sedis apostolice necnon prelatorum multorum et comitum ac baronum frequenter ad ipsum monasterium et civitatem Massilie, presertim preter[2] portum, declinantium.

Est insuper exposita fortune et periculo defectus vinorum, cum, *etc.* Et si magna caristia accidet, sicut speratur verisimiliter anno presenti propter defectum vinorum accidere, esset et est celleraria ipsa in magno periculo magna debita propter hoc contrahendi.

Est etiam exposita periculo fortune destructionis molendinorum prope Massiliam, apud Sanctum Genesium, in rivo Yvelneo positorum...: namque dictus rivus tantam innondationem aquarum recipit quod molendina[3] hujusmodi cum ipsius cellerarie magno dispendio destruuntur, *etc.*

Rursus consideravimus et invenimus quod.... patitur defectum facultatum celleraria predicta.... usque ad octoginta libras turonensium parvorum et ultra, quorum duodecim denarii valent unum turonensem[4] argenti cum o rotundo[5], et duodecim hujusmodi turonenses

[1] Suppl., *bona ipsius.*
[2] Sic.
[3] Cod. *molendinum.*
[4] Cod. *torenen.*, adjecta compendii nota.

valeant unum florenum auri boni, fini et puri, valoris et ponderis supradictorum. Unde.... onera infrascripta.... imponimus infrascriptis prioratibus monachalibus, ad dictum monasterium Sancti Victoris pertinentibus, videlicet :

Prioratui[1] de Tritis, Aquensis diocesis,... CLX sestaria annone seu frumenti, ad antiquam vel, si priori ejusdem magis placuerit, ad novam mensuram Massilie, et LXXX sestaria ordei ad eandem mensuram.

Prioratui de Articella, ejusdem diocesis, *etc.*

Prioratui de Affuvello, ejusdem diocesis, *etc.*

Prioratui de Podio Nigro, ejusdem diocesis, *etc.*

Honori seu prioratui de Pennis, Massiliensis diocesis, *etc.*

Helemosinarius dicti monasterii.... de quadringintis sestariis annone seu frumenti boni, puri et mundi, loci seu castri et territorii de Alpibus, *etc.*

Priorat[ib]us vero de Bucco, de Gardana, de Adana, de Revesto, de Cadeneto, Aquensis diocesis, *etc.*

Prioribus autem de Turribus, de Olleriis et de Brusa, dicte Aquensis diocesis, *etc.*

Prioribus vero de Sancta Cruce, de Salleta, Sancti Johannis de Mosteriis, Regensis diocesis; de Villa Crosa, de Tortorio, de Bargemone[2], de Seillanis et de Callassion, diocesis Forojuliensis, *etc.*

Prioratibus autem de Palaisono, de Arcubus et de Luco, Forojuliensis diocesis, *etc.*

Prioribus vero de Bello Genserio et de Solleriis, Tolonensis diocesis, *etc.*

Ceteris vero omnibus et singulis prioratibus regularibus dicti monasterii..., et inter eos specialiter Sancti Maximini, diocesis Aquensis; et Sancti Zacharie et Sancti Saturnini, diocesis Massiliensis; de Porcillis, dicte Aquensis diocesis; de Grimaudo et de Sancto Torpeto, Forojuliensis diocesis; et de Roca Martina, Avinionensis, et omnibus aliis, *etc.*

Imponimus auctoritate apostolica supradicta omnia.... pro sup-

[1] Cod. *prioratum.*

[2] Cod. *Bargemono*, adjecta compendii nota.

pletione facultatum cellerarie, dispense et infirmarie dicti monasterii, *etc.*

Predicto vero prioratui Sancti Saturnini imponimus.... XL et VIII sextaria annone, que annis singulis hactenus solvere consuevit infirmarie dicti monasterii, pro censu solvendo per eundem infirmarium annuatim phisico et chirurgico conventus dicti monasterii, pro stipendio seu salario eorum, *etc.*

Ordinamus.... ut dicta blada.... de bonis ac novis anni cujuslibet bladis faciant[1] solvere...., de sic mundatis seu mundis bladis quod de centum sextariis.... non opporteat fieri immunditias seu mundillas ultra unum sextarium....

Preterea, quia, ut jam prelibatum est, propter multas et diversas declinationes et mutationes monetarum olim factas, redditus et proventus dicte cellerarie et aliorum officiorum predicti dicti monasterii Sancti Victoris, in censibus pecuniariis existentes, sustinuerunt et sustinent diminutionem damnosam,... ordinamus.... quod prioratuum infrascriptorum priores.... teneantur annis singulis facere et solvere et portare ad dictum monasterium Sancti Victoris officio cellerarie predicte et cellerario ejusdem.... in festo Omnium Sanctorum, in turonibus argenti boni, fini, mundi et puri, de o rotundo, de bona lege et bono pondere, tali videlicet quod duodecim ipsorum turonensium argenti valeant unum florenum boni, fini et puri auri et ponderis de Florentia vel eorum valorem in alia moneta,... solvendo.... pro quolibet solido quem antea soliti sunt solvere, sive esset monete regalium sive turonensium parvorum, sive cujuscunque alterius monete, unum predictorum turonensium boni, fini et puri argenti, cum o rotundo, ita quod XII turonenses argenti hujusmodi, quorum unus pro uno predictorum solidorum solvetur et solvi debebitur, valeant unum florenum boni, fini, mundi et puri auri, valoris et ponderis, de Floren[ti]a, prout presenti die anni et mensis predictorum valor et pondus floreni hujus modi de Florentia esset et ponderat, dato quod in futurum valorem vel pondus hujusmodi attin-

[1] Cod. *facient.*

geret[1] declinare vel minui, vel quorum turonensium argenti predictorum[2] LX[a] valeant unam marcham boni, fini, mundi et puri argenti in pondus et marcham civitatis Massilie, seu valorem, *etc.*

Sunt autem priores et prioratus, *etc.* videlicet:

Sancte Marie de Monachia, burgi Narbonensis...;
Beate Marie de Serra, diocesis Sancti Pontii Tomeriarum...;
Beate Marie de Ambileto, diocesis Albiensis...;
De Romanon, ejusdem diocesis...;
Sancti Amantii de Ruthena...;
Sancti Genesii de Ripa Olti, diocesis Ruthenensis...;
Castri Novi de Luvezone, ejusdem diocesis...;
Sancti Leontii, ejusdem diocesis...;
Beate Marie de Amiliavo, ejusdem diocesis...;
De Chiriaco, Mimatensis diocesis...;
De Canonica, ejusdem diocesis...;
De Colonheto, ejusdem diocesis...;
De Bragnanis, ejusdem diocesis...;
De Punctis...;
Sancti Andree de Agatha...;
De Medullione, Magalonensis diocesis...;
De Brugueriis, ejusdem diocesis...;
De Arcis, Nemausensis diocesis...;
De Alzone, ejusdem diocesis...;
De Vicano, ejusdem diocesis...;
De Saumana, ejusdem diocesis...;
Sancti Mameti, Uticensis diocesis...;
Sancti Michaelis de Maderiis, Arelatensis diocesis...;
Sancti Honorati Arelatensis...;
Sancti Nicolai de Tarascone, Avinionensis diocesis...;
De Roca Venaissii, Carpentoratensis diocesis...;
De Valle Clusa, Cavallicensis diocesis...;
De Agoutho, ejusdem diocesis...;

[1] Fort. pro *contingeret*.

[2] Cod. *quos turonens. argenti pdtoru.*

De Malaussena, sive de Grausello, Vasionensis diocesis...;
De Bonilis, Aptensis diocesis...;
Sancti Hypoliti de Venellis, Aquensis diocesis...;
Sancti Mitrii de Relhana, ejusdem diocesis...;
Sancti Petri de Assana, ejusdem diocesis...;
De Cucurone, ejusdem diocesis;
De Manuasca, Sistaricensis diocesis...;
De Sancto Promassio, ejusdem diocesis...;
Sancti Marcellini, ejusdem diocesis...;
De Valerna, Vapincensis diocesis...;
Sancti Petri de Ruenhis, ejusdem diocesis....;
Sancti Genesii de Dromone, ejusdem diocesis...;
De Mandanois, ejusdem diocesis...;
Sancti Christofori et Beate Marie de Roverbello, ejusdem diocesis...;
De Tres Clivis, ejusdem diocesis...;
De Grigornicis, diocesis Ebredunensis...;
De Bredula, ejusdem diocesis;
De Caturicis, ejusdem diocesis...;
De Clocherio, Digniensis diocesis...;
De Castellana, Senecensis diocesis...;
De Mura, ejusdem diocesis...;
De Thoramina, ejusdem diocesis...;
Sancti Poncii de Folgaireto, Glandatensis diocesis...;
Beate Marie de Penna, ejusdem diocesis...;
Sancti Petri de Bono Villari, ejusdem diocesis...;
De Crotonis, Venciensis diocesis...;
Prioratibus vero de Villa Nova Granholleti, diocesis Rutenensis,
Beate Marie de Verdelayo[1] prope Graulerias, Venciensis diocesis,
Sancti Thome de Fluviano, Gerundensis diocesis,
Sancti Johannis de Fontibus, ejusdem diocesis,
Sancti Michaelis de Fallio, Barchinonensis diocesis,
Sancti Sebastiani, ejusdem diocesis,

[1] Vel, ut infra habetur, *Verdalais*.

Sancti Victoris civitatis Janue,

Sancti Andree de Pisis,

Sancti Saturnini de Calharis in Sardinia,

Sancti Nicolai de Gossolino, Gisardensis diocesis....

Et prioratibus Beate Marie de Penna et Sancti Petri de Bono Villario, Glandatensis diocesis, et prioribus ipsorum qui erunt pro tempore, nichilominus imponentes quod iidem priores et eorum successores, dum possessionem pacificam fructuum et proventuum ecclesiarum ruralium sine cura, videlicet Sancte Marie de Coina, Sancti Andree de Sala Griffone, predicto prioratui Sancti Petri de Bono Villario, et Sancti Petri de Cluzella et Sancti Petri Albi subtus Gilatam, prefato prioratui Beate Marie de Penna, ad dictum monasterium pertinentibus, unitarum habuerint, teneantur.... solvere dicto monasterio Sancti Victoris.... viginti quinque predictorum turonensium argenti, pro quinquaginta solidis regalium, quos hactenus tam dicte ecclesie eisdem prioratibus, quam due alie, videlicet Sancti Sepulcri et Sancti Michaelis de Minel[1], erectis in cathedrali eccles[2] Glandatensi, unite, hactenus dicto officio cellerarie fecerunt, ... debent, *etc.*

.... Sic hactenus, tam miserabiliter quam vituperabiliter, in eodem monasterio Sancti Victoris observatum [fuit] et adhuc observatur, ob defectum facultatum camerarie supradicte, quod juvenes et infantes monachi fractas et dissolutas ac repeciatas cucullas ac aliis[2] diversorum colorum, quod nonnunquam una ex duabus veteribus componitur, consueverint deferre, et quod sotulares per monachos presbyteros dicti monasterii relicti, etiam aliqui sudore et fetore sordidati, noviter repeciati, aliis non presbiteris, per eos portandi[3], traditi fuerunt et traduntur.... Ob hoc etiam, in eodem monasterio, fuit hactenus per nonnullos monachos et camerarios ipsius monasterii abusive servatum quod pro modica quantitate pecunie conveniebant ad invicem, pro dictis sotularibus et aliis ipsis monachis necessariis, que ipsis per ipsum camerarium fieri vel dari in calceamentis vel aliis singulis debeant, postulantes[4] ipsi post modum, quasi mendicando et in notam ac infa-

[1] Adjecta compendii nota.
[2] Sic.
[3] Cod. *portandis*.
[4] Cod. *portantes*.

miam dicti monasterii, residuum a consanguineis vel amicis, sive cum dissolutis[1] et fractis ac inhonestis et indecentibus calceamentis ac cucullis ac aliis necessariis incedendo, *etc.*

Eapropter nos.... prioratum monachalem seu ruralem et sine cura Sancti Marcellini, Sistaricensis diocesis,... perpetuo unimus.... prioratui monachali rurali et sine cura Sancti Promassii, ejusdem diocesis, *etc.*

Statuimus etiam.... quod.... prior Sancti Marcellini teneatur deinceps, quandiu ipsi prioratui prefuerit, annis singulis, in festo Omnium Sanctorum, unum denarium monete coronatorum solvere predicto prioratui Sancti Promassii, *etc.*

Nos.... perpetuam annuam pensionem octingentorum similium turonensium boni, fini et puri argenti, cum o rotundo, valoris supradicti, imponimus sub prioratu rurali et sine cura de Serra, diocesis Sancti Poncii Thomeriarum, prope villam de Pippionibus, ad dictum monasterium pertinente, *etc.*

Invenimus etiam.... quod fructus, redditus et proventus annui officii dispense dicti monasterii Sancti Victoris possunt ascendere ad[2] sex milia et nongintorum turonensium argenti vel circa, quibus habet provideri centum viginti personis, inclusis in eis dictis octuaginta monachis et sex conversis, et abbate et omnibus prioribus et monachis dicti monasterii de prioratibus vel undecumque aliter quam ad capitulum generale venientibus, de omnibus que proveniunt de coquina et que sunt necessaria pro eadem, lignis dumtaxat exceptis, de quibus providet celleraria predicta, et sale de quo providet prefata cameraria, et exceptis sexdecim diebus seu festivitatibus cujuslibet anni, in quibus provident de predictis tam cellerarius quam alii officiales dicti monasterii Sancti Victoris.

Invenimus etiam quod.... fuerint in eodem monasterio..., anno quolibet, sexaginta et septem festa duplicia, in quibus datur duplex refectio, sive portio seu pitantia, omnibus supradictis, et expenduntur pro qualibet festivitate xxx turonenses argenti.... Sunt etiam alia

[1] Cod. *dissolutione.*

[2] Suppl. *summam.*

decem solemniora et precipua festa in quorum quolibet expenduntur octnaginta turonenses argenti.... Et insuper in festo sancti Victoris.... expenduntur communiter trecenti turonenses argenti vel circa. Et pro quolibet anno in speciebus, ficubus, avellanis, nucibus et amigdalis, et xxx sextaria[1] cicerum et fabarum, et in ollis, scutellis et aliis pro coquina necessariis, expenduntur sexcenti et duo turonenses argenti. Et dat in decima centum turonenses argenti vel circa. Et est summa summarum predictarum expensarum tria millia et septingentos et duodecim turonenses argenti. Restant autem de toto anno ducenti et septuaginta et unus dies, in quorum quolibet, pro dictis centum et viginti personis et supervenientibus supradictis, necessarii ad minus quindecim turonenses argenti, et faciunt quatuor millia et septuaginta turonenses argenti. Et sic est summa summarum omnium predictarum expensarum septem millia et septingentos et octuaginta et duos turonenses argenti.... Ob defectum hujus[2] conventus et monachi dicti monasterii misere et pauperrime alimentantur, seu potagium ex predicta coquina habuerunt et habent per cameras comedere[3] et particulares comissationes facere coguntur....

Invenimus.... quod officio infirmarie.... deficiunt trecenti turonenses argenti vel circa.

.... Invenimus quod officio armararie dicti monasterii deficiunt centum et quadraginta turonenses argenti vel circa....

Nos igitur.... prioratibus dicti monasterii Sancti Victoris.... imponimus pensiones.... infrascriptas.... videlicet prioratibus de Chiriaco, de Canonica, de Colhoneto, de Branhanis, Mimatensis diocesis; Sancti Leontii, Beate Marie de Amiliavo, Castri Novi de Levezone, Sancti Genesii de Ripa Olti, de Villa Nova Granolheti, Rutenensis diocesis; de Ambileto et de Romanono, Albiensis diocesis; Beate Marie de Narbona, Beate Marie de Serra, diocesis Sancti Pontii Tomeriarum; Sancti Andree de Agatha, de Brugeriis et de Medullione, Magalonensis diocesis; de Arcis, de Vicano, de Alsono et de Saumana,

[1] Sic.

[2] Fort. leg *hujus modi*.

[3] « Hic quædam deficiunt. » Ita annotavit d. Le Fournier.

diocesis Nemausensis; de Sancto Mameto, diocesis Uticensis; Sancti Johannis de Fontibus et Sancti Thome de Fluviano, Gerundensis diocesis; Sancti Michaelis de Fallio et Sancti Sebastiani in Penedes, Barchinonensis diocesis; Sancti Honorati Arelatensis et Sancti Michaelis de Medenis, Arelatensis diocesis; Sancti Nicholai de Tarascone et de Roca Martina, Avinionensis diocesis; de Roqua Venaissii, Carpentoratensis diocesis; de Agoutho et de Valle Clusa, Cavallicensis diocesis; de Grausello, Vasionensis diocesis; de Bonilis et de Cesarista, Aptensis diocesis; de Bello Genserio et de Soleriis, Tolonensis diocesis; de Cadeneto, de Cucurono, de Assana, Sancti Mitrii de Relhana, de Adana, Sancti Hypoliti de Venellis, de Bucco, de Gardana, de Affinvello, de Rosseto sive de Favarico, Sancti Pontii de Podio Luperio, Beate Marie de Bosco, de Olleriis, de Tritis, de Turribus, de Arta Cella, de Gareudo, de Brusa et de Revesto, Aquensis diocesis; de Pennis, Sancti Saturnini et Sancti Zacharie, diocesis Massiliensis; de Sancta Cruce, de Saletta et Sancti Johannis de Mosteriis, Regensis diocesis; de Palaysono, de Villa Crosa, de Grimaudo, de Luco, de Sethano, de Calassio, Sancti Torpetis, de Arcubus, de Tortorio et de Barjamone, diocesis Forojuliensis; de Mandanois, de Fescalco, Sancti Genesii de Dromono, de Valerna, Sancti Petri de Ruenbis, de Tresclivis et Beate Marie de Roverbello, diocesis Vapincensis; Sancti Promassii de Forcalquerio, Beate Marie de Manuasca et Sancti Marcellini, Sistaricensis diocesis; de Gigornicis, de Bredula et de Caturicis, diocesis Ebredunensis; de Clocherio, Digniensis diocesis; de Castellana et de Mura, ambo simul, diocesis Senecensis; de Folgaireto et Toramina et de Bono Villario, Glandatensis diocesis; de Graulleriis et de Crotonis, Venciensis diocesis; Sancti Victoris de Janua; Sancti Andree de Pisis; Sancti Saturnini de Calharis in Sardinia, Sancti Nicolai de Gossolino, Gisardensis diocesis, in eadem insula, ut quilibet ipsorum, *etc.*

Prioratus vero de Podio Luperio et de Rosseto sive Favarico, et Beate Marie de Bosco, Aquensis diocesis, supradicti, non teneantur, *etc.*

Teneantur tamen dispensarii.... congrue et sic sufficienter, et maxime de bonis potagiis et melioribus solito, providere et ad provi-

dendum cogantur, quod non habeant deinceps monachi commoditatem deferendi et per cameras comedendi, vel singulares seu extraordinarias comessationes faciendi. Teneantur etiam deinceps perpetuo officium dispense et dispensarii ejusdem providere singulis diebus monacho custodi Sancti Genesii vallis Massilie et ejus socio, monacho, sicut consueverunt providere priori Sancti Nicolai prope dictum monasterium et ejus socio, vel priori Sancti Petri et ejus socio, monachis, necnon omnibus et singulis monachis dicti monasterii qui deputabuntur deinceps ad colligendum seu colligi faciendum sive ad custodiendum et defferendum messes vel vindemias apud Sanctum Genesium supradictum, cuilibet ipsorum, die qualibet, sicut uni monacho predicti monasterii Sancti Victoris, etiam bannerio monasterii, pro toto tempore quo suum officium exercebit, sicut uni de secularibus personis quibus providere consueverunt et celleraria et cellerarius de pane et vino.

.... Imponimus prioratui de Bonilis et priori ejusdem qui est et erit pro tempore, de supervenientibus fructibus, redditibus et proventibus ejusdem[1], deinceps teneatur perpetuo, singulis annis, ...solvere officio dispense.... octuaginta predictorum turonensium argenti..., ex causa salarii seu stipendii barbitonsorum necessariorum ad radendum et flebetomandum monachos dicti monasterii, *etc.*

Rursus, cum, juxta predicta statuta et ordinationes prefati domini pape, sint in ipso monasterio Sancti Victoris duo monachi pro facultate theologie et quatuor juris canonici ordinati, deputati et electi et licentiati, pro quorum pensionibus debent per nos.... certi et perpetui redditus assignari,... nos.... prioratum ruralem et sine cura Sancti Petri de Assana, Aquensis diocesis,... perpetuo unimus.... prioratui monachali sine cura Sancti Victoris de Cucurono, ejusdem diocesis, *etc.* Teneatur perpetuo idem prior de Cucurono et quilibet ejus successor, annis singulis,... solvere cellerario dicti monasterii, dictam[2] pensionem studentium collectori jam deputato, pensionem annuam et perpetuam quadraginta librarum turonensium parvorum,

[1] Suppl. *quod*

[2] Fort. suppl. *ad.*

quorum tredecim denarii valeant unum turonensem boni, fini et puri argenti cum o rotundo, quorum turonensium argenti duodecim valeant et valere debeant unum florenum boni, fini et puri auri, valoris et ponderis de Florentia, *etc.* Ordinamus perpetuam annuam pensionem septuaginta librarum turonensium parvorum.... super prioratu Beate Marie de Ambileto, Albiensis diocesis, *etc.* Pensiones, quanto magis moderate possumus, imponimus infrascriptis prioratibus... : de Gigornicis..., de Areis..., de Villa Nova Granolheti..., de Chiriaco..., de Sancto Leontio..., de Vicano..., de Amiliavo..., Sancti Michaelis de Fallio..., de Agouto..., Sancti Michaelis de Medenis..., de Canonica..., Beate Marie burgi Narbone..., Sancti Sebastiani..., de Grausello..., Sancti Genesii Ripe Olti..., de Grimaudo..., Castri Novi de Levezone..., de Colhoneto..., Sancti Andree Agatensis..., de Alzone..., Sancti Amantii Rutenensis..., de Gareudo..., de Valerna..., de Romanono..., de Bonilis..., de Brahanis..., de Brugeriis..., de Saumana..., de Sancto Mammeto..., de Medullione..., Sancti Thome de Flaviano..., Sancti Johannis de Fontibus..., de Caturicis..., de Clochario..., de Castellana et Mura..., Sancti Honorati Arelatensis..., de Manuasca..., de Fugaireto et Thoramina..., de Penna..., Sancti Petri de Ruenhis..., de Roverbello..., de Crotonis..., de Tresclivis..., Sancti Torpetis..., de Valle Clusa..., Sancti Mitrii de Relhana..., de Bono Villari..., de Grauleriis.... et Sancti Nicolai de Tarascone, *etc.*

Acta et alta et sonora voce publice recitata fuerunt omnia et singula supradicta in capitulo dicti monasterii Sancti Victoris, nobis abbatibus supradictis in eodem [1], una cum toto conventu, fratribus Bertrando de Mayrosio, sacrista, Raymundo Raynardi, eleemosinario, Guillelmo Catelli, infirmario, Guillelmo de Aquis Vivis, camerario, Bertrando Fabri, armarario, Raynaudo de Roto, subpriore, Guillelmo Raynaudi, Guillelmo Egidii, priore Sancti Petri, Alberto de Sanareto, priore de Gardia, Petro Coquini, priore Sancti Nicolai, Aymerico de Capella, priore Sancti Genesii, Olivario de Malo Bosco, Arnaldo Berengarii, Guillelmo de Spinassono, Hugone de Motusanis, Petro Ma-

[1] Cod. *eadem.*

liani, Johanne Nicolai, Petro Bernardi, Johanne Florini, Pontio Virisico, Guillelmo de Roveria, Fulgone de Roveria, Bertrando Dentilis, Rostagno de Ronguis, Pontio de Armallis, cellerario, Arnaldo de Privis Branis, Radulfo de Villa Nova, Guillelmo Caroli, Ademario de Trillis, Raymundo de Casalicis, Giraudo Dalmatii, Stephano de Rupe, Bernardo Romegerio, Jacobo Gavoti, Guillelmo de Fonte Seca, Deodato de Armallis, Jacobo de Vaqueriis, Bernardo de Spinassono, Raymundo Jaraya, Hugone de Alguerio, Aymerico de Serverio, Ricardo de Creyssello, Hugone de Paultino, Petro de Aurosio, Fredolo de Romegueria, Johanne de Monte Matono, Hugone de Aguilhaco, Johanne Calverei, Andree Amici, Raterio de Balaguerio, Raymundo Silvester, Arnaudo Jaulesii, Guillelmo de Sabrano, Raymundo Stephani, Bernardo de Fara, Rostagno Mastini, Andrea de Romestagio, Guillelmo de Sugolis, Chabaudo de Ventayrolis, Bertrando Escaffini, Guillelmo Nigri, Giraudo de Sabrano, Petro de Clivoniis, priore de Roverbel, Petro de Sancto Maximino, sacrista Narbone, Johanne de Monte Lanardo, Petro Ademarii, Vesiano de Porreriis, priore Sancti Johannis de Mosteriis, monachi[s] ipsius monasterii Sancti Victoris, conventum in eodem facientibus, ad sonum tabule, ut moris est, in ipso monasterio, ut premittitur, congregatis, *etc.;* anno, die, mense et pontificatu supradictis, indictione quinta, illustrissimo principe domino Roberto, Dei gratia Sicilie et Jerusalem rege, ac Provincie et Forcalquerii comite, regnante; presentibus etiam religiosis ac discretis viris, fratribus Bertrando Audiberti, doctore decretorum et priore de Revesto, monasterii Sancti Andree, Raymundo de Caldayraco, priore Sancti Petri in Vallibus, Raymundo Berengarii, priore Sancti Salvatoris de Valle Bairesio, monachis monasterii Montis Majoris, Bernardo de Sancto Amantio, monac[h]o ecclesie Sancti Papuli, domino Petro de Bono Solatio, capellano Vabrensis diocesis, Bernardo de Sancto Stephano, Mimatensis diocesis, Petro Fabri de Massilia, et me Guillelmo de Artigua, Massiliensis diocesis, in comitatibus Provincie et Forcalquerii publico notario, *etc.*

Post que, anno, pontificatu et indictione supradictis, die xvm[a] dicti mensis septembris,... nos prefati Girbertus et Raymundus, dictorum

monasteriorum Sancti Victoris Massilie et Montis Majoris abbates,... attendentes quod monachi ipsius monasterii pro raubis seu vestibus a celleraria ipsius monasterii, a qua pannos de albo seu blanqueto monachi pro vestibus habere consueverunt, non habeant.... nisi quilibet eorum qui magne stature erat solummodo duos cannas panni albi annuatim sine alia forratura...; propter quod clamabant unanimiter...., dicentes quod non erat eis de panno hujus modi sufficienter provisum ad sui corporis tuitionem contra frigora, que ratione fluctuationis maris et ventorum fortium ac magnorum vigebant et regnabant fortissime in ipso monasterio et in choro et in claustro ac dormitorio ejusdem, tempore hiemali, et ideo peterent.... sibi provideri solum de tercia canna panni albi predicti, ut sic majores viginti annis et majoris etatis monachi hujus modi tres cannas ejusdem panni possent sufficientes vestes habere et a frigore preservari, minoribus autem viginti annis daretur dumtaxat ultra mensuram solitam tantum de panno predicto quod saltem inde possent, singulis annis, pro quolibet fieri una sufficiens tunica et una sufficiens cotardia, cum duobus paribus manicarum pro qualibet earum, postquam non habebant pellicias vel alias forraturas, peterentque.... honorem seu cavaillaragium sive prioratum de Pennis.... uniri perpetuo dicto officio cellerarie, *etc.* Idcirco nos.... ipsum honorem, cavallayragium seu prioratum sive beneficium sine cura de Pennis, Massiliensis diocesis,... unimus perpetuo dicto officio cellerarie, *etc.*

(Ex libro Talmut pension., et in archiv. Massiliensis diocesis n° 337.)

1132.[1]

Carta de Tonacio et Selvenciano.

In sanctæ et individuæ Trinitatis nomine. Ego Guilielmus Aculio ac filius meus Petrus, audientes Dominum dicentem : « Date elemosinam et omnia sunt vobis munda, » et alibi : « Sicut aqua extinguit ignem, 1058.

[1] Duo quæ sequuntur instrumenta ex autographis, cura D. Mortreuil, descripta sunt, seriusque nobis innotuerunt quam ut loco suo interponi possent.

ita elemosina extinguit peccatum, » pro animarum nostrarum remedio et pro animabus patris mei et matris mee parentumque meorum, donamus altari quod est consecratum in honore sancte Marie semper virginis Deique genitrix[1] et sancti Victoris in monasterio Massiliensi, et habitatoribus ejusdem loci, tam presentibus quam futuris, in videlicet mansos ad proprium alodem. Sunt autem ipsi mansi in territorio Ga-t vallitano : sed[2] duo eorum in villa Tonacio, tercius autem in Selventiaco. Ego Guilielmus Aculio et jam dictus filius meus Petrus hos ipsos mansos, de quibus sermo mihi est, cum omnibus que ad ipsos pertinent, ex integro, sicut diximus, donavimus ad proprium alodem jam nominato altari Sancte Marie et Sancti Victoris monasterii Massiliensis, monachisque presentibus et futuris, ea videlicet ratione ut ipsi de eisdem mansis quicquid voluerint faciant ex hac hora.

Hanc donationis cartulam scribi precepimus et manibus nostris firmavimus et alios firmare rogavimus.

Si quis autem hanc donationem annulare vel decurtare voluerit, non valeat vendicare quod voluit, sed cogatur sepe dictis monachis solvere quadraginta auri purissimi libras; insuper Dei omnipotentis iram incurrat, dampneturque in inferno inferiore cum Juda traditore, nisi satisfecerit digna emendatione.

Acta est autem anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi millesimo LVIII, indictione VI, epacta XXIII. Feliciter.

Syrus scripsit.

1133.

[Electio Durandi abbatis.]

1060. Norma divine institutionis, quid actum, cur et quando in Sancti Victoris Massiliensis urbis cenobio, sermone licet pauperculo, sed non nimium prolixo, vobis intimare curabo. Cum tanta quidem unanimitas tantaque concordia in novem angelorum ordinibus in celis sit,

[1] Sic.

[2] Rectius fort. *scilicet*.

ut, post perfidi apostateque angeli ruinam, ibi nullus inveniatur qui, propter suam quę nulla est superbiam, creatori suppeditare suo jure cogatur, immo omnes, pace summa, karitate perfecta, ei cujus quanto magis vultum contemplantur tanto magis contemplari appetunt, indesinenter concorditerque famulentur, tamen dispensatione hoc actum est divina ut alii aliis premineant, alii vero aliis, secundum sibi officia disposita, principalibus obsecundent. Hanc igitur eorum concordem obedientiam et karitatem ferventissimam divina cernens sapientia, quanto est gavisa, tanto condoluit ovem periisse erroneam. Volens itaque eam diligenter humiliterque inquirere, non fastidivit, nostre carnis trabeam induens, in hanc convallem lacrimarum, secundum tempus a patre constitutum, descendere; ubi dum inter vepres hęrens offuscata vulneratąque reperitur, extruditur, abluitur, sanatur et propter justorum ex quibus constat congregatione[1] multorum, ecclesia catholica nominatur. Quam quoniam decreverat pius redemptor ad caulas unde oberraverat paradisi quandoque reducere, dignum duxit eorum quibus postmodum resocianda erat aliquantisper moribus informare : docuit ergo eam ipse prius patri subjectus obediensque prelatis subesse et obedire; preposuit quoque ei pastores secundum psalmistam sibi pro patribus natos, pastor ipse summus, qui eam a luporum quantum valerent custodirent morsibus. Quibus diversis ordinum gradibus ordinatis decorata, eadem prepollet in summis, vernat in mediocribus, floret in minoribus. De quorum numero, multorum annorum curriculo evoluto, nostro in tempore, primus Vuifretus, secundus Isarnus pastores in prefato monasterio extitere, post quos tertius extitit Petrus, qui, precedentium doctrinis et exemplis informatus, gregem sibi commissum, quandiu vixit, decenter nutriens custodivit. Quo de ergastulo educto carnis, dominus Pontius, jam dicte urbis scilicet Massilie episcopus, venit consolari fratres; amicabilius interrogat interim eos si pastorem velint et quem, qui respondent se velle virum nomine Durandum, a primeva fere ętate regularibus disciplinis bene instructum, quem jam ante elegerant de suo conventu secundum

[1] Fort. leg., *congregationem*.

beati Benedicti regulam. Interrogantur quoque de ejus moribus et vita, et respondent omnia decentia. Tunc ille, cum domino Fulcone vicecomite, scilicet suo avunculo, pariterque consensiret[1] voluntate multimoda fratrum suorum, cum cetu etiam sibi commisso tam clericorum quam laicorum, annuit petitioni voluntatique monachorum. Rursus igitur laudatum et ab omnibus acclamatum, eundem virum per manum introdusit[2] ecclesiam ante altare, et benedicens consecrat, in cathedrat, eique virgam greg....[3], omnia quę infra extraque sunt monasterium ad id pertinencia feliciter commendat custodienda, qui, loci sibi, ut creditur, a Deo commissi curam pervigil gerens, sui mercedem laboris optimi percipere a vero pastore cum sibi subditis mereatur.

Facta est autem hec electio anno ab incarnatione Dominica millesimo LX; indictione XIII, epacta XV, luna III, cum consensu omnium supradictorum, domni scilicet Pontii episcopi et domni Fulconis vicecomitis, ejus avunculi, fratrorumque suorum domini videlicet Vuilelmi, Gosfredi et Petri et domni Raimbaldi, Arelatensis episcopi, prenominati monasterii monachi, ceterorum quoque omnium monachorum, canonicorum ceu etiam laicorum fidelium, eorumque conjugum et filiorum, regnante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia seculorum secula.

Dominus Raimbaldus Arelatensis sedis archiepiscopus et monachus firmavit. Stephanus firmavit. Vuilielmus prior firmavit. Bremundus firmavit. Iterius firmavit. Dodo firmavit. Isnardus firmavit. Armanbaldus[4] firmavit. Fulcho firmavit. Pontius firmavit. Adalardus firmavit. Pontius firmavit. Petrus firmavit. Maiamfredus firmavit. Pontius firmavit. Barnardus firmavit. Bertranus firmavit. Richardus firmavit. Richaus firmavit. Barnardus firmavit. Vincentius firmavit. .... us firmavit. Pontius firmavit. Bonus Filius firmavit. Vuilielmus firmavit. .... anus firmavit. .... anis firmavit. Pontius firmavit. Matfredus fir-

[1] Reclius fort. *consentiente*
[2] Sic
[3] Lacuna in membrana.
[4] Reclius fort. *Archanbaldus*.

mavit. Gieronimus firmavit. Petrus firmavit. Lambertus firmavit. Vuilielmus firmavit. Vuido firmavit. Petrus firmavit. Lupus firmavit. Raimundus firmavit. Vuilielmus firmavit. Aicardus firmavit. Stephanus firmavit. Aribaldus firmavit. Stephanus firmavit. Aimericus firmavit. Petrus firmavit. Arbertus firmavit. Aimericus firmavit. Donadeus firmavit. Petrus firmavit. Rotbertus firmavit. Ivo firmavit. Barnardus firmavit. Petrus firmavit. Vuilielmus firmavit. Petrus firmavit. Vuilielmus firmavit. Pontius firmavit. Vuilielmus firmavit. Petrus firmavit. Sigerius firmavit. Rainulfus firmavit. Durandus firmavit.

Frater Sirus scripsit, firmavit et coram omnibus recitavit.

DESCRIPTIO MANCIPIORUM

ECCLESIE MASSILIENSIS.

A

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUI, SANCTO ET VIRTUTES SANCTE MARIÆ ET SANCTI[1] CYRICI MASSILIENSIS. [DISCRIPTIO] MANCIPIORUM DE VILLA NONO, SEU ET CAMPANIA, FACTUM TEMPORIBUS DOMNO VUADALDO, EPISCOPO DE INDICCIONE VII.

1. Colonica in Campania. Stephanus colonus. Uxor Dara. Dominicus, filius baccalarius. Martina, filia baccalaria. Vera, filia annorum XV. Ermesi[ndis, filia] annorum VII. Aprilis[2], filius annorum III. Stephania annorum III. Aprilis, presbiter[3]. Martinus, presbiter.

2. Colonica in Nono. Eb.... colonus. Uxor.... Nonilde, baccalaria. Serena, filia baccalaria. Onuldes, filia baccalaria.

3. Inibi Colonica in Nono. Gisefredus, colonus. Justinianus, ad requirendum. Murtesinda, filia baccalaria. Donatus, ad requirendum. Godobertus baccalarius. Joannes.

4. Colonica in Petrolas. In illa tercia parte abemus que Dodo habet. Gisilfredus filius[4].

5. Vergeria in Pradinas. Antoninus. Uxor Estl....e. Joannis, filius annorum V. Infans ad uber.

B

DISCRIPTIO MANCIPIORUM SANCTÆ MARIÆ MASSILIENSIS DE VILLA DOMADO DE ILLA TERCIA PARTE, FACTUM TEMPORIBUS DOMNO VUADALDO EPISCOPO, DE INDICCIONE QI.

1. Colonica ad Nemphas. Martinus, colonus. Uxor Dominica. Bertemarus, filius baccalarius. Desideria, filia accalaria. Dabt censum

[1] Hic et infr. (H et N) membrana abrasa, voxque *Cyrici* manu recentiore, sæc. forsitan XII, exarata est.

[2] Vol. *Aprl*, adjecta compendii nota.

[3] Voces *Aprilis presbiter* expunctæ sunt.

[4] Hic vox una abrasa est.

porco I, lactantem I, pastas II, pullos X, ova XL. Savarildis, baccalaria. Olisirga, filia annorum X. Rica, filia annorum ɋIII.

2. Colonica inter vineas Ingoaldus, mancipium. Uxor Unuldis. Martinus, filius ; uxor Magna. Onoria, filia, marito extraneo. Deda, filia. Donobertus, filius baccalarius. Ingobertus, filius baccalarius. Arubertus, filius baccalarius.

3. Colonica ad Code apsa I.

4. Colonica a Ruinolas[1] apsta I.

5. Fiunt in summa colonice IIII.

6. Colonica ad Ursiniangas apsa I.

C

DISCRIPTIO MANCIPIORUM SANCTÆ MARIE MASSILIENSIS DE VILLA LAMBISCO, FACTUM TEMPORIBUS DOMNO VUADALDO EPISCOPO, DE INDICCIONE ɋI.

1. Colonica in Siverianis. Valerius, colonus. Uxor Dominica. Ducsana, filia annorum V. Infans ad uber. Dat censo porco I, lactantem I, pastas II, pullos X, ova XX.

2. In Siverianis. Valerianus, colonus. Uxor Desiderada. Anastasia, filia annorum V. Stephanus, filius annorum IIII. Martinus, filius annorum III. Infans ad uber. Dat censum similiter.

3. Colonica in Marte. Adjutor, colonus. Uxor Natalia. Justa, filia anni I. Porco I, pasta I, pullos V, ova XX.

4. Colonica in Campo Miliario. Colonus Sidonius. Uxor Lia. Dat censum similiter, verbecem I.

5. Colonica in Roveredo apsta I.

6. Colonica[2] Dominicio. Guntardus (?), cum infantes suos, ad requirendum.

7. Colonica in Siverianis. Mercorinus, colonus. Uxor Vina, cum infantes suos, ad requirendum. Dat censum similiter, verbecem I.

8. Colonica in Rovereto apsta I.

9. Colonica in Burbuliana apsta I.

[1] Vel fort. *Arvinolas*.

[2] Fort. suppl. *in*.

10. Colonica in Campo Macuni apsta I.

11. Colonica in Plama. Marta, femina. Maria, vidua. Anastasia, filia baccalaria. Eligia, filia annorum V. Infans ad uber.

12. Colonica Maurisca apsta I.

13. Colonica ad Marcella, quem Landefredus abet pro solido [1] I.

14. Inibi colonica apsta I.

15. In Argentia apsta I.

16. Colonica in Valle Quinana apsta I.

17. Colonica in Armellaria apsta I.

18. Item colonica in Burbuliana apsta I.

19. Colonice in Seucia apste V.

20. Fiunt in summa colonice XXII.

21. Juvinus et uxor, cum infantes suos, ad requirendum.

22. Juliani uxor, cum infantes suos, ad requirendum.

D

DISCRIPTIO DE VILLA BEDADA, FACTUM TEMPORIBUS DOMNO VUADALDO EPISCOPO, DE INDICCIONE QI.

1. Colonica ad Oliveto apsta I. Stephanus, cum filios suos, ad requirendum.

2. Colonia ad Pontiglos apsta I.

3. Colonica ad Amdula apsta I.

4. Colonica ad Mariolas apsta I.

5. Colonica ad Mariolas [2].

6. Colonica ad Orto apsta I.

7. Colonica ad Casa Framberto I.

8. Colonica ad Montiglos apsta I.

9. Colonica ad Faxa Longa apsta I.

10. Colonica ad Oliveto apsta I.

11. Colonica ad Molarias apsta I.

[1] Vol. *sold*, adjecta compendii nota.

[2] Voces *Colonica ad Mariolas* abundant.

12. Colonice in valle de Oliveto apste II.
13. Colonica in Casale apsta I.
14. Colonica ad Fonte Mauri[1] apsta I.
15. Colonica Specariolas apsta [I].
16. Colonica in Casales apsta I.
17. Colonica Cervariaga apsta I.
18. Colonice in Clapes apste II.
19. Colonice in Bagnarias apste II.
20. Colonice in Ninividunum[2] apste II.
21. Colonice in Ripas apste III.
22. Colonica in Caleis apsta I.
23. Colonica Maximiana apsta I.
24. Colonica in Salescaria apsta I.
25. Fiunt in summa colonice XXXqIII[3].

E

DISCRIPTIO DE VILLA MARCIANA, FACTUM TEMPORIBUS DOMNO VUADALDO EPISCOPO, DE INDICCIONE qI.

1. Colonica in medio in valle apsta I.
2. Colonica in Leviriaga apsta I, ad requirendum.
3. Colonica in Ribas apsta I.
4. Colonica in Cadaneto apsta I.
5. Colonica ad Pargarinnarias[4] apsta I.
6. Colonica ad Marciana, ad Petro[5], apsta I.
7. Colonica in Amanolatis[6] apsta I.
8. Colonica in Lubinianicus apsta I.
9. Inibi colonica super Roca apsta I.
10. Colonica in Corviliatis apsta I.
11. Abet ibidem pasco nummos II, et ipso presbiterato ab integritate.
12. Eusebia baccalaria. Teudisia baccalaria.

[1] Vel *Fontem Auri*, vel etiam *Fonte*[*m*] *Mauri*.
[2] Vel fort. *Junividunum*.
[3] Leg. XXqIII.
[4] Vel fort. *Pargarnivarias*.
[5] Voces *ad Petro* inter lineas exaratæ sunt.
[6] Vel *Amanobatis*.

13. Fiunt in summa colonice XI.

14. Dominica, filia baccalaria. Teodisiasa, filia baccalaria.

F

DISCRIPTIO MANCIPIORUM SANCTÆ MARIÆ MASSILIENSIS DE VILLA BETORRIDA, FACTUM TEMPORIBUS DOMNO VUADALDO EPISCOPO, DE INDICCIONE $\overline{QI}$.

1. Colonica[1].... in Cenazello. Dructaldus, accola, uxore extranea. Dructonus, filius. Dutberta, filia baccalaria. Drueterigus, filius ad scola. Sinderaldus, filius ad scola. Joannis. Pasco nummum I.

2. Colonica in Albiosco. Teodorus, colonus. Uxor Eugenia. Marius, diaconus. Teobaldus, filius baccalarius. Teodericus, clericus. Ing.... dus[2], filius annorum $\overline{QI}$. Teodesia, filia annorum $\overline{QI}$. Pasco denarium I.

3. Colonica inibi apsta I. Denarios II.

4. Colonica in Asaler[3]. Candidus, colonus. Uxor Dominica. Celsus, filius, ad requirendum. Mariberta, filia baccalaria. Regitrudis, filia baccalaria. Gennarius, filius, verbecarius. Saviniana, filia, ad requirendum. Dat censo porco I, lactantem I, pastas II, pullos X, ova XL, pasco verbecem I, trebuto nummum I.

5. Colonica apsta in Nonticlo, quem Bertarius, presbiter, abet in beneficio. Dat censum et tributo similiter verbecem.

6. Colonica inibi apsta I. Paulus et Valeriana, cum infantes suos, ad requirendum. Dat censum et tributo similiter; pasco verbecem I.

7. Colonica in Albiosco, ad requirendum.

8. Colonica in Cŭria. Calumniosus, colonus, uxore extranea. Dat censum denarium I et tributo similiter. Saumo, cum infantes suos, ad requirendum.

9. Colonica inibi. Colonus Martinus. Uxor Primovera. Felicis, filius baccalarius. Deidonus, filius baccalarius. Leobertga, filia baccalaria. Martina, filia annorum $\overline{Q}$. Infans ad uber[4]. Dat censum et tributo similiter; pasco denarium I.

[1] Hic una vox deleta est.
[2] Fort. *Ingoaldus*. Cf. B2.
[3] Fort. *Asales*.
[4] Voces *infans ad uber* inter lineas adjectæ.

10. Colonica Cusanulas, que Nectardus abet in beneficio. Dat censum et tributo similiter.

11. Colonica in Carmillo Sancto Promacio, presbiterado; dat pasco denarium I.

12. Colonica in Cumbis apsta I, quem Druetebertus abet[1]. Pasco denarios II.

13. Colonica in Massimana[2]. Donaldus, mancipium. Uxor Dominica. Domnildis, filia. Bertarius, filius baccalarius. Bertulfus, filius baccalarius. Bertelaicus, filius baccalarius. Saisa, filia baccalaria. Maria, filia baccalaria. Dat posco denarios II.

14. Colonica in Asinarias apsta I. Pasco verbecem I.

15. Colonica in Terciago, quem Martinus in beneficio abet. Pasco nummos II.

16. Colonice in Cenazellis apste II. Pasco verbecem I.

17. Colonica in Tullo apsta I. Pasco verbecem I. Vuarmetrudis, cum infantes suos, ad requirendum.

18. Colonica in Galiana. Cannidius, colonus. Uxor Ingildis. Infans ad uber. Domecianus, clericus. Laurada, filia amorum VIII. Dat censum et tributo similiter; pasco denarios II.

19. Colonica in Cleo. Aquilo, equizarius. Uxor Vumiberga. Candidus, filius amorum VI. Infans ad uber. Pasco nummum I.

20. Colonica in Gencianicus. Ursius, clericus. Mancipium Lubus, filius, uxore extranea, qui ipsa colonica regere debet[3].... Gencuonca, filia baccalaria. Teodo, filius baccalarius.

21. Colonica in Nidis apsta I. Bernarius Cotidianus[4]. Uxor Dominica. Magnildis, filia, ad requirendum. Dominico, filio. Bernardus, filius. Teodranus filius, ad requirendum. Tributo nummum I. Montigla, femina, marito extraneo. Cenazello filio sunt ad requirendum.

22. Colonica in Vencione. Ildebertus[5], mancipium. Uxor Luborfolia. Dat censum denarios II.

[1] Imprudenter, ut conjicimus, iterata est vox *habet*.

[2] Fort. *Massiniana*.

[3] Hic quatuor vel quinque voces deletæ sunt.

[4] Vol. *cotianus*, cum littera *i* litteræ *t* superscripta.

[5] Volumen habet *Ildebertus*, littera *i*, ut videtur, litteræ *d* superscripta.

23. Colonica in Cumbis apsta I. Dat pasco denarios II.

24. Colonica in Tasseriolas apsta I. Pasco denarium I.

25. Colonica in Massimiana Sancto Promacio, de illo presbiterado. Donoberto, Babilde, ad requirendum.

26. Colonica in Camarjas, quem Bertaldus, presbiter, abet.

27. Colonica[1] abemus in Sugnone, tercia parte de illo villare, et sunt colonice X.

28. Colonica in Camarja apsta I.

29. Abemus in Salo illa tercia parte de illo villare, et sunt colonice III apste.

30. Colonica in Puncianicus apsta I.

31. Colonica in Campellis apsta I.

32. Colonica in Rosolanis apsta I.

33. Colonica in Speluca apsta I.

34. Vualdebertus, Guirbertus, Ragnebertus sunt ad requirendum.

35. Fiunt in summa colonice XLQIII.

G

DISCRIPTIO MANCIPIORUM DE VILLA VEL AGRO SINACA, FACTUM TEMPORIBUS DOMNO VUADALDO EPISCOPO, DE INDICCIONE QII.

1. Colonica ad Ulmes. Fulcomares u (?).... Uxor Vuteria. Radebodus, filius baccalarius. Dominicus, filius baccalarius. Dominildis, filia baccalaria. Fulcorad, annorum QI. Beto, filius annorum V. Ingomares, filius annorum III. Romildis, filia annorum II. Pasco verbecem I.

2. Colonica. Dominicus, mancipium. Colonica ad Fabricas[2]. Uxor Stephana. Ulmisis, filius ad scola. Peregrinus, filius annorum QIIII. Teoderada, filia annorum QI. Dadilane, filia annorum V.
filius baccalarius.

3. Inibi colonica. Vualdebertus, mancipium. Uxor Savina. Rodobertus, filius baccalarius. Tructerigus, filius baccalarius. Baldebertus,

[1] Vox *colonica* abundat.

[2] Fort. leg. *Colonica ad Fabricas. Dominicus mancipium. Uxor....*

[3] Locus vacuus.

filius baccalarius. Martinus, filius annorum qui. Valdeberga, filia annorum VII. Pasco verbecem I. Maira, vidua. Luceria. [filia] baccalaria. Lucerius. Uxor Savilde. Beto, baccalarius, ad requirendum. Aspasius, baccalarius.

4. Colonica in Elenicis. Rumulus, colonus. Uxor Maira. Sperandeo, filius baccalarius. Romildis, filia annorum qui. Rometrudis, filia annorum VI. Rootbertus, filius. Dat censum porco I, pastas II, pullos X, ova XL, pasco verbecem I. Donadeus, ad requirendum. Elisabet, ad requirendum. Petronella, baccalaria.

5. Colonica in Bais. Tudomaris, colonus. Uxor Montana. Rigomaris, filius baccalarius. Goomaris, filius baccalarius. Salvia, filia baccalaria. Gemmulfus, filius baccalarius. Elisabe, filia baccalaria. Genabe, filia annorum VI. Dat censum similiter, pasco verbecem I.

6. Colonica in Lancione. Rustica, colona. Juannia, marito extraneo. Rentrudis, marito extraneo. Donadeus, baccalarius. Fulcoara, filia baccalaria. Agadeus, filius baccalarius. Segelina, filia baccalaria. Dat censo similiter. tributo nummum I, pasco nummum I.

7. Colonica in Cassaneto. Teobertus, colonus. Uxor Natalia. Teoberta, filia annorum V. Offrasia, annorum III. Pasco verbecem I. Magincus baccalarius. Rodolandus, baccalarius. Roofredus, clericus, ad requirendum.

8. Colonica in Fabricas. Juvinianus, mancipium. Uxor Genesia. Ingoara, filia annorum X. Ingomares, filius annorum VIII. Desideria, filia annorum VI. Genesius, filius annorum VIII. Rodofredus, filius annorum III. Pasco denarios II.

9. Inibi colonica. Lautrudis, vidua. Gisilardus, filius annorum X. Lauteria, filia annorum V. Pasco verbecem I.

10. Colonica in Bagarris. Deidona, vidua. Eligia, filia annorum V. Aurelianus, filius, ad requirendum. Crisperga, filia baccalaria. Polemia, filia baccalaria. Dat censo et tributo similiter, pasco verbecem I.

11. Inibi colonica. Aurilius, colonus. Uxor Magna. Magneberga, filia annorum V. Martinus, filius annorum IIII. Pasco verbecem I.

12. Inibi colonica apsta I. Pasco verbecem I.

13. Colonica in Mairolas. Rodulfus, mancipium. Uxor Fromuldis.

Audildis, filia annorum x. Rooara, filia annorum ɋIII. Dadebertus, baccalarius. Pasco verbecem I.

14. Colonica in Fontelaigas. Maginca, marito extraneo. Adalsinda, filia annorum x. Joannaces filius, ad requirendum.

15. Colonica in Fonteleigas apsta I. Pasco verbecem I.

16. Colonica in Bugiata apsta I.

17. Colonica in Dimicinis apsta I.

18. Colonica in Juncariolas apsta I.

19. Colonica in Artigenis apsta I.

20. Colonica in Sugione apsta I.

21. Colonica in Leboraria apsta I.

22. Colonica in Fagito apsta I.

23. Sunt colonice qui censo redere debent foras illocate IIII : debent donare porcus[1] IIII, pullos XL, ova CXLXXX[2], tributo nummos IIII.

24. Sunt colonice de misteriales ɋI.

25. Sunt colonice in beneficio IIII.

26. Sunt colonice apste ɋI.

27. Fiunt in summa colonice XXIIII.

II

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITU SANCTI, ET VIRTUTES SANCTE MARIE ET SANCTI CYRICI[3], MARTYRIS MASSILIENSIS, ET SANCTO COSME ET DAMIANI. DISCRIPTIO MANCIPIORUM DE AGRO GALADIO, FACTUM TEMPORIBUS DOMNO VUADALDO EPISCOPO, DE INDICCIONE ɋI.

1. Colonica in Uledis. Vualdefredus accola, uxore extranea. Leotardus, filius annorum V. Pasco verbecem I. Joannis, mancipium. Uxor Auriana. Bertelaicus, filius annorum VIII. Deidonus, filius[4] VI. Justus, filius baccalarius. Domnaldus, baccalarius. Adildis, filia annorum III. Infans ad uber. Deda, baccalaria. Godina, baccalaria. Projetus, cum infantes suos, ad requirendum.

[1] Sic.
[2] Sic, fort. pro CLX.
[3] Vid. sup. p. 633, n. 1.
[4] Fort. suppl. *annorum*.

2. Colonica in Primo Capa. Giso, mancipium. Uxor Muscula. Adaltrudis, filia baccalaria. Ermentrudis, filia baccalaria. Tomas, filius, ad scola. Ilius, filius annorum VIII. Arsinda, annorum V. Dat tributo nummum I, pasco verbecem I. Maxima, vidua. Vibiana, filia annorum X. Magna, filia annorum VIII. Ermesindis cum infantes suos. Dominici, verbecarius[1]. Maurobertus, mancipium. Uxor Superantia. Mauregotus, filius baccalarius. Scæmerus, baccalarius. Scolastica, vidua.

3. Colonica in Caladio. Dominicus, colonus. Uxor Bene Nata. Cogneramnus, faber. Uxor Auteria. Ingiliramnus, filius, ad scola. Victor, filius annorum VII. Filia annorum VI. Onoratus, diaconus.

4. Colonica in Albarasco. Domnolinus, mancipium. Saixo, baccalarius. Iva, baccalaria. Teutebertus, baccalarius. Vuilelmus, filius baccalarius. Rico, filius annorum X[2]. Madalgaria, baccalaria.

5. Villare in Nannas[3]. Ebroinus abet in beneficio.

6. Inibi colonica in Nannas. Teofredus, mancipium. Maria, mancipium, marito extraneo. Elpericus, clericus. Stabilia filia, marito extraneo. Abulinus, filius annorum XII. Sarifredus, filius annorum VIII. Infans annorum VI. Doda, baccalaria. Austaldus, filius baccalarius. Odolfredus, filius baccalarius. Maricus, baccalarius.

7. Inibi colonica in Nannas apsta I.

8. Colonica in Ardonis. Mauresindus, mancipium. Uxor Gennaria. Teufreda, filia baccalaria. Licinia, marito extraneo. Infans ad uber. Trasebertus, filius baccalarius. Maria filia, marito extraneo. Arinildis, filia baccalaria. Remedius, filius baccalarius.

9. Vercarias in Nannas. Maria filia, marito extraneo, cum infantes suos.

10. Colonica in Sinido apsta I. Pasco verbeces II.

11. Pasco in Nannas verbeces II, cevate I.

12. In Orsarias, verbeces III, cevate I.

13. In Senedo, verbeces II.

14. In Albaroseo, verbecem I.

15. In Ordanis, verbecem I.

[1] Vol. *verbrs*, compendii nota litteræ *b* adjuncta.

[2] Vel. fort. IX.

[3] Vol. *Nannasi* vel *Nannafi*.

16. Colonica in Printino apsta I.

17. Colonica in Anana. Gairaldus, mancipium. Fredelindis, baccalaria. Fredegarda, baccalaria.

18. Inibi colonica apsta I. Costantinus filius, qui ipsa colonica regere debet. Uxor Lubetrude. Dagoara, filia annorum VI. Proseria, filia baccalaria. Damianus, filius baccalarius. Dat censum porco I, lactantem I, pastas II, pullos X, ova XL, trebuto nummum I.

19. Inibi vercarias. Basilius, vebrecarius[1]. Uxor Germana. Basilia, filia. Adaulfus, filius baccalarius. Deda filia. Elisabe, filia baccalaria.

20. Vercarias in Frondarias, quem[2] Celsus in beneficio habet. Pasco verbecem I.

21. Vercaria in Primo Capa. Radebertus, colonus. Uxor Marcella. Gairebertus, filius baccalarius. Audobertus, filius baccalarius. Radeberga, filia baccalaria. Tributo nummum I, censo medio.

22. Inibi colonica in Primo Capa. Georgia, vidua. Rigardus, filius, mancipium. Ermenella, filia. Petronella. Richelmus, filius baccalarius. Anselmus, filius baccalarius. Bertelmus, filius baccalarius.

23. Colonica in Albiano[3]. Exoperius, colonus. Uxor Stefana. Astares filius, ad requirendum. Deidonus, filius baccalarius. Scetildis, filia baccalaria. Vuilimares, filius baccalarius. Stanteus, filius baccalarius. Basilia, filia baccalaria. Juvinus, filius baccalarius. Dat[4] censum et tributo similiter.

24. Inibi colonica apsta I. Pasco verbecem I.

25. Colonica in Mercone. Castellanus, artifex. Pasco verbecem I. Justa, cum infantes suos, ad requirendum.

26. Inibi colonica in Fraxeno apsta I. Pasco verbecem I.

27. Colonica in Teodone. Arbertus, mancipium, uxore extranea. Ariberta, baccalaria. Apsalon maritus. Gunteramnus, mancipium. Sindardus filius, ad requirendum. Guntardus, filius baccalarius. Ariberga, filia baccalaria. Maria, filia baccalaria. Benedicta, filia baccalaria. Pasco verbeces II.

28. Inibi colonica apsta I. Teodo, filius. Remedius, filius. Isannus

[1] Vol. *vebr*, fort. pro *verb'*, id est *verbecarius*.
[2] Vol. *quen*.
[3] Fort. *Alberiano*.
[4] Vol. *dac*.

filius, ad requirendum. Antonia filia, cum infantes suos, ad requirendum.

29. Colonica in Prato[1]. Onorata, vidua. Landeberga filia. Berterada, filia baccalaria. Infans annorum VI. Pasco verbeces II.

30. Colonica in Bedata apsta I. Georgius, ad requirendum. Pasco verbecem I.

31. Colonica in Travigio. Leotrigus, mancipium. Pasco verbecem I.

32. Colonica in Nezitenis[2]. Gairebertus, colonus. Uxor Maxima. Pasco verbeces III.

33. Inibi vercarias apstas. Pasco verbeces II.

34. Colonica in Dailosca. Berteramnus, mancipium. Uxor Almalgarda. Abet infantes II. Rodaldus, filius baccalarius. Celsa, filia baccalaria. Infante suo Joannis filius[3], ad requirendum. Pasco verbecem I.

35. Colonice in Tulpino apste II, quem Autramnus in benefitio abet. Pasco verbeces III.

36. Inibi colonica in vilare, in Tulpino, in ipso vilare quem Autramnus in benefitio abet. Pasco verbeces X.

37. Inibi colonica in Tulpino apsta I. Pasco verbecem I. Unaldus, cum infantes suos, ad requirendum.

38. Inibi colonica in Tulpino.

39. Item colonica in Tulpino, quem Landefredus, mancipium[4]. Uxor Saixitrude. Arigius, filius annorum II. Infans ad uber. Pasco verbecem I. Ursus filius. Uxor Marcella. Siverina, marito extraneo. Savina, filia baccalaria.

40. Colonica in Ulegelis. Astrebertus, mancipium. Dominica vidua. Austrildis filia, marito extraneo. Austremundus, filius baccalarius. Austremares, filius baccalarius. Austreberga, filia baccalaria. Pasco verbeces II. Censo similiter. Martina, mancipium, marito extraneo. Ceta[5] baccalaria. Infans annorum III. Gaugebertus, filius baccalarius.

41. Colonica in Carcas. Betolenus[6], mancipium. Uxor Desideria. Momola, filia annorum V. Magnildis, filia annorum III. Teobertus,

[1] Vel *Prao*.
[2] Vel fort. *Neutenis*.
[3] Vel *filio*.
[4] Suppl. *habet*.
[5] Vel fort. *Ceca*.
[6] Vol. *Sbetolenus*, vel *Fbetolenus*.

filius annorum III. Infans ad uber. Magnildis, vidua. Avola, marito extraneo, cum infantes suos. Pasco verbecem I.

42. Inibi colonica. Pelagis, mancipium. Uxor Rooberta. Roolindis, filia baccalaria. Arnulfus, filius baccalarius. Dominicus, filius annorum VII. Betolenus, filius annorum III. Infans annorum III. Stabilius, baccalarius. Scæbertus, baccalarius. Dominica, marito extraneo[1]. Ausania, baccalaria. Rigomires, filius baccalarius. Scolastica, vidua. Genesius, mancipium, uxore extranea. Genesia, marito extraneo. Arduino, filius baccalarius. Infans annorum III. Sigibertus, mancipium, uxore extranea. Pasco verbecem I.

43. Inibi vercarias in Olegolis, quem Dodo abet. Pasco verbecem I.

44. Colonica in Sclangone. Saxo, mancipium. Uxor Aregia. Infans ad uber. Maginca filia. Maurone, filius baccalarius. Pasco verbecem I. Magna, marito stranco, cum infantes suos.

45. Inibi colonica apsta I. Dignoaldus, colonus. Uxor Pascasia. Ailaldus, filius baccalarius. Excisefredus, filius annorum X. Exuperius, filius baccalarius. Giso, filius baccalarius. Gairefredus, filius baccalarius. Dat censo et tributo similiter. Pasco verbecem I.

46. Inibi colonica. Dominicus, colonus, uxore stranea. Maximus, filius baccalarius, qui ipsa colonica regere debet. Standeus, filius baccalarius. Christidonus, filius baccalarius. Infans annorum V. Dat censo et tributo similiter. Pasco verbecem I.

47. Colonica in Ventonis. Maurontus, mancipium. Superantia, marito extranea[2]. Joannis, filius annorum X. Ursius, mancipium, qui ipsa colonica regere debet. Uxor Marcella. Maximus, filius annorum VIII. Infans annorum V.

48. Colonica in Viledis. Bonus, mancipium. Adaltrudis, baccalaria. Roofredus, baccalarius. Pasco verbecem.

49. Colonica in Sulauda, ad requirendum. Joannis, mancipium, uxore estraneo[3]. Infantes suos.

50. Colonica in Ampro[4] Callo apsta I, ad requirendum.

[1] Subsequitur littera *b'*, quæ expuncta fuisse videtur.

[2] Sic.

[3] Sic.

[4] Vol. *Apro*, compendii nota litteræ *a* superaddita.

51. Vercarias in Caudulo. Maurobertus, mancipium, uxore estranea. Vuiliberta filia, marito extraneo. Bertus, filius annorum XI. Infans annorum X. Roobertus, filius baccalarius. Aridia, filia baccalaria. Ingilibertus, filius baccalarius, debilis. Alda, filia baccalaria. Maganbertus, filius baccalarius. Isimbertus, filius baccalarius.

52. Colonica in Almis, quem Celsus in beneficio abet. Pasco verbecem I.

53. Colonica in Curiosco apsta I.

54. Colonica in Cenas[1] apsta I. Magincus, ad requirendum.

55. Inibi colonica. Gairefredus, mancipium. Uxor Vuoldefreda. Adalbertus, filius annorum VI. Gairberga, filia annorum V. Infans ad uber. Dominica, vidua. Maria, filia baccalaria. Orsalla, filia baccalaria. Scildis, filia. Stantildis, filia. Scefredus, filius. Momola, filia. Dat censo et tributo similiter. Genebertus, baccalarius. Dominica, baccalaria. Celsa, baccalaria. Austoaldus, baccalarius. Maria, baccalaria. Spicia, baccalaria.

56. Colonica in Campus, quem Lauterigus abet.

57. Colonica in Cavadenis, quem Goodina, vidua[2]. Adelinda, filia, marito extraneo. Adaltrudis, filia. Sigirannus, filius baccalarius.

58. Colonica in Cangnola. Rustica, vidua. Vualderannus, mancipium. Uxor Rigoberga. Infans ad uber. Absalom, filius mancipium. Uxor Ariberta. Optata, filia, marito extraneo. Ortinsia, baccalaria. Scefredus, baccalarius. Domnicia[3], filia baccalaria. Absalom, filius baccalarius. Infans annorum V. Infans ad uber. Joanna, baccalaria. Vualdeberga, marito extraneo, cum infantes suos, ad requirendum.

59. Colonica in Sebeto apsta I. Maria, cum infantes suos, ad requirendum. Pasco verbecem I.

60. Inibi colonica ad requirendum.

61. Colonica in Buxeto apsta I.

62. Inibi vercarias apsta I.

63. Vercarias in Cangnola apsta I.

64. Vercaria in Alisino, quem Dodo abet, uxore estranea. Rado, filius baccalarius. Justa, filia baccalaria. Infans annorum V. Ingoara,

[1] Vel fort. *Denas*.
[2] Suppl. *habet*.
[3] Vol. *Dɔnicia*, compendii nota litteræ *o* superaddita, fort. leg. *Deonicia*.

baccalaria. Vuilildis, baccalaria. Dominica, baccalaria. Godina, baccalaria, cum infantes[1] suos. Bertelaico, ad requirendum. Justus, filius baccalarius. Frodolaicus, filius. Lubus, ad requirendum, cum infantes suos.

65. Colonica in Tuda, quem Stephanus abet. Deidonus, filius baccalarius. Stephana, filia baccalaria. Christidonus, filius ad scola. Pasco verbecem I. Celsa, cum infantes suos, ad requirendum. Eusebius, cum infantes suos. Ermenbertus, cum infantes suos, ad requirendum. Maximus, mancipium. Uxor Momola. Bertingus, presbiter. Leoncius, filius baccalarius. Cælen, filius baccalarius; uxor Valtrude[2]. Magneberga, filia baccalaria.

66. Colonica in Caladio indominicada. Onoratus, ad requirendum. Vuideratus[3], baccalarius. Bertefredus. Uxor Florentina. Inga, filia annorum x. Emnildis, filia annorum v. Dominica, filia annorum III. Joanna, filia annorum III. Infans ad uber. Dat censo medio.

67. Inibi vercarias. Incaladius[4] quotidianus. Uxor Aridia. Joannis, filius, ad requirendum. Christiduna, filia annorum XV. Dignoaldus, filius annorum VIII. Scæfredus, filius annorum V. Joanna, filia annorum IIII.

68. Vercaria in Caladio. Paulus. Uxor Castellana. Dominicus, filius annorum x. Ragnulfus, filius annorum VIII. Prodagia, filia annorum IIII. Victor, filius annorum III. Teotildis, filia annorum III. Infans ad uber. Dat censo medio. Paula, baccalaria. Raignulfus, filius annorum VIII. Prodagia, filia annorum VII. Martina, baccalaria.

69. Colonica in Mora apsta I. Pasco verbecem I.

70. Vercarias in Ventonis. Pasco verbecem I.

71. Vercarias in Stolegario, ad requirendum. Pasco verbecem I. Marcella, Ansebertus, infantes suos, nummos II. Dominicus, infantes suos, tributum nummos II. Maurontus, infantes suos. Sidonia, cum infantes suos. Onorada, cum infantes suos. Leodisinda, cum infantes suos. Teodegundis, cum infantes suos. Teodeberga, cum infantes suos.

[1] Vol. *cum in infantes.*

[2] Voces *Uxor Valtrude* inter lineas adjectæ sunt. Cum polyptychum in ordinem redactum est, *Cælen*, ut conjicimus, uxorem nundum duxerat, vel certe ejus matrimonium notario innotuisse non videtur; ideo *filius baccalarius* dictus est.

[3] Vox dubia. Vid. tabulam.

[4] Sic. Imprudenter fortasse hominis nomini sub-titutum est loci nomen.

Argesinda, cum infantes suos. Scoaldus, clericus. Espasanna, cum infantes suos.

72. Vercarias in Caladio apsta. Ingitrudis, cum infantes suos, ad requirendum. Dominica, infantes suos. Elisabet, Unaldus, cum infantes suos; Teuderigus, cum infantes suos; Austrobertus, cum infantes suos, sunt ad requirendum. Audino, mancipium, uxore estranea. Vuarmentrudis, filia baccalaria. Cauciobertus, filius baccalarius. Baldemares, filius annorum x. Daitrudis, filia annorum v. Maria, baccalaria. Betelmus[1], filius baccalarius. Olieda[2], marito extraneo. Ardone, filius baccalarius. Adulfus, filius baccalarius. Joanna[3]. Dodila, marito estraneo. Infans ad uber. Leotrud, marito extraneo. Joanna, cum infantes suos. Scolastica, cum infantes suos. Dominica, cum infantes suos.

73. Vercaria in Alisino, quem Maximus abet. Espassanna, vidua. Benedicta, filia, marito estraneo. Infantes suus [4]. Erilinus, filius. Christianus ad requirendum. Adelilde, filia, marito estraneo. Infantes suos. Garuinus, filius, mancipium. Stabilia, filia, marito extraneo. Infantes suos : Projecta, Maria, Nicasia, Gaugemares, Constantinus, Babo, Daniel, Leuderico, Adelaico.

74. Vercarias in Dunulo indominicata. Martinus, uxore extranea. Infantes suos. Timasia, cum infantes suos. Nicasia, cum infantes suos. Maxima, baccalaria. Godina, cum infantes suos. Maria, cum infantes suos. Nicasia. Avula, cum infantes suos. Trasualdus. Uxor Iva. Timasia, filia. Asperius, filius.

75. Vercarias in Casa Nova, de illo presbiterato Sancto Damiano de Caladio. Goodiacus. Stephana, filia. Teoderamnus, filius baccalarius. Magno, filius ad scola.

76. Vercaria in Argario. Joannes, cum infantes suos, ad requirendum.

77. Colonica in Lebrosca apsta 1.

78. Colonica in Derveno[5] apsta 1.

79. Colonica in Castelione apsta 1.

[1] Fort. *Betelinus*.

[2] Volumen exhibet litteram *i* litteræ *e* superscriptam. Fort. legendum *Olida*.

[3] Vox *Joanna* transversis lineolis deleta est.

[4] Sic.

[5] Vel *Desveno*.

80. Vercaria Sancto Damiano. Prodagius, colonus. Momolus, filius, ad requirendum. Dominica, filia baccalaria. Beno, presbiter. Benedictus, filius. Giso, filius debilis. Martinus, filius. Auteria. Stabilis[1], filia annorum x.

I

DISCRIPTIO MANCIPIORUM SANCTÆ MARIÆ MASSILIENSIS DE VILLA VIRGONIS, FACTUM TEMPORIBUS DOMNO VUADALDO EPISCOPO, DE INDICCIONE VII.

1. Colonica ad Fonte. Benignus, colonus, uxore estranea. Stephana, baccalaria. Dominica, filia baccalaria. Dat censo porco I, verbecem I, pastas V, ova XL, nummum I.

